missos, lætus suscipiebat et demulcebat; Ismeniam vero propalam contemtim tractabat, summovens eum atque aspernans. Quo quidem tempore exsules nonnulli, conspiratione facta, Ismeniam tantum non saxis obruissent, nisi sub Romanorum legatorum podium confugisset. Per id tempus vigebant *Thebis* tumultus et seditiones. Nam alii urbem fidei Romanorum permittendam censebant; *Coronæi* vero et *Haliartii*, facto Thebas concursu, rerum curam acriter ad se trahebant, et in societate Persei manendum esse contendebant. Ac fuerunt quidem aliquamdiu paria contendentium studia. Sed postquam primus omnium Olympichus Coronæus mutata sententia adhærendum esse Romanis dixit, animorum totius multitudinis facta inclinatio est et mutatio. Primo igitur Dicetan legatum proficisci ad Marcium compulerunt, qui societatem cum Perseo initam illi excusaret. *Neonem* deinde atque *Hippiam* ejecerunt, impetu in eorum domos facto; jusseruntque, ut universæ administrationis suæ rationem redderent: hi namque erant, quorum auctoritate contracta fuerat cum Perseo societas. Qui postquam abierunt, protinus isti, concione advocata, honores, [et munera] decreverunt

13 ἐπεργεῖν ἐπέταξαν τοῖς ἄρχουσι τὴν συμμαχίαν. ἐπὶ δὲ A. U. 583.
πᾶσι πρεσβευτὰς κατέστησαν τοὺς ἐγχειριοῦντας τὴν
πόλιν Ῥωμαίοις, καὶ κατάξοντας τοὺς παρ' αὐτῶν
φυγάδας.

II. Τούτων δὲ συντελουμένων ἐν ταῖς Θήβαις, οἱ Legati Romani Chalcide.
φυγάδες ἐν τῇ Χαλκίδι, προστησάμενοι Πομπίδην,
κατηγορίαν ἐποιοῦντο τῶν περὶ τὸν Ἰσμενίαν, καὶ Νέωνα,
2 καὶ Δικέταν. Προδήλου δὲ τῆς ἀγνοίας οὔσης τῶν
πρειρημένων, καὶ τῶν Ῥωμαίων συνεπισχυόντων τοῖς
3 φυγάσιν· εἰς τὴν ἐσχάτην διάθεσιν ἦκον οἱ περὶ τὸν
Ἱππίαν, ὥστε καὶ τῷ βίῳ κινδυνεῦσαι παρ' αὐτὸν τὸν
καιρὸν ὑπὸ τῆς ὁρμῆς τοῦ πλήθους, ἕως οὗ βραχύ τι
τῆς ἀσφαλείας αὐτῶν προὐνοήθησαν οἱ Ῥωμαῖοι, παρα-
4 κατασχόντες τὴν ἐπιφορὰν τῶν ὄχλων. Τῶν δὲ Θη- Thebani tradunt se Romanis.
βαίων παραγενομένων, καὶ κομιζόντων τὰ προειρημένα
δόγματα καὶ τὰς τιμάς, ταχεῖαν ἅπαστα τῶν πραγ-
μάτων ἐλάμβανε τὴν ἀντατόδοσιν, ἅτε τῶν πόλεων
παρακειμένων ἀλλήλαις ἐν πάνυ βραχεῖ διαστήματι.
5 Πλὴν ἀποδεξάμενοι τοὺς Θηβαίους οἱ περὶ τὸν Μάρ-
κιον, τήν τε πόλιν ἐπῄνεσαν, καὶ τοὺς φυγάδας συνε-
6 βούλευσαν ἀπαγαγεῖν εἰς τὴν οἰκείαν. εὐθύς τε παρ-
ήγγειλαν πρεσβεύειν πᾶσι τοῖς ἀπὸ τῶν πόλεων εἰς τὴν
Ῥώμην, διδόντας αὐτοὺς εἰς τὴν πίστιν κατ' ἰδίαν
7 ἑκάστας. Πάντων δὲ κατὰ τὴν πρόθεσιν αὐτοῖς χωρούν-
των· ταῦτα δ' ἦν τὸ διαλῦσαι τῶν Βοιωτῶν τὸ ἔθνος,

Romanis; deinde magistratibus mandarunt, ut societati cum illis ineundæ operam darent: postremo legatos decreverunt, qui Romanis urbem traderent, exulesque suos reducerent.

II. Hæc dum ita geruntur Thebis, exsules, qui *Chalcide* erant, duce atque auctore Pompida, Ismeniam, Neonem, et Dicetam deferre instituerunt. Quum autem manifesta esset illorum culpa, et Romani exsulibus faverent; ad extremum periculi et inopiæ consilii Hippias, et qui earumdem erant partium, venerunt: adeo ut, concitata vehementius multitudine, etiam de vita statim periclitarentur; donec Romani, aliquam sibi curam esse de eorum salute ostendentes, ruentis turbæ impetum inhibuerunt. Ubi vero advenerunt Thebani, qui decreta Thebanorum et delatos Romanis honores nunciabant; brevi omnia in contrarium sunt mutata, maxime propter intervallum exiguum, quo duæ illæ urbes inter se distant. Ceterum *Marcius*, benigne exceptis legatis, civitatem dilaudavit, et consilium iis dedit, ut exsules in patriam reducerent: monuitque insuper, ut ex omnibus civitatibus Romam mitterentur legati, qui singulas illas in fidem Romanorum permitterent. Omnibus dein rebus ex animi sententia confectis, *dissoluta* nempe *societate mutua gentis Bœotorum*,

Ol. 152. 1. Servius Lentulus.

καὶ λυμήνασθαι τὴν τῶν πολλῶν εὔνοιαν πρὸς τὴν Μακεδόνων οἰκίαν· οὗτοι μὲν μεταπεμψάμενοι Σερούϊον 8
ἐξ Ἄργους, καὶ καταλιπόντες ἐπὶ τῆς Χαλκίδος, προῆγον ἐπὶ Πελοπόννησον· Νέων δὲ μετά τινας ἡμέρας
ἀνεχώρησεν εἰς Μακεδονίαν. Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἰσμενίαν 9
καὶ Δικέταν τότε μὲν ἀπήχθησαν εἰς φυλακήν· μετὰ

Bœotorum resp. divulsa.

δέ τινα χρόνον ἀπήλλαξαν αὐτοὺς ἐκ τοῦ ζῆν. Τὸ δὲ 10
τῶν Βοιωτῶν ἔθνος, ἐπὶ πολὺν χρόνον συνεστηκὸς τε
τὴν κοινὴν συμπολιτείαν, καὶ πολλοὺς καὶ ποικίλους
καιροὺς διαφυγὸς παραδόξως, τότε προπετῶς καὶ
ἀλογίστως ἑλόμενον τὰ παρὰ Περσέως, εἰκῇ καὶ παι-
δαριωδῶς πτοηθὲν, κατελύθη καὶ διεσκορπίσθη κατὰ
πόλεις. Οἱ δὲ περὶ τὸν Αὖλον καὶ Μάρκιον, παρα- 11

Archo, prætor Achæorum.

γενηθέντες εἰς τὴν τῶν Ἀργείων πόλιν, ἐχρημάτισαν
ταῖς συναρχίαις ταῖς τῶν Ἀχαιῶν, καὶ παρεκάλεσαν
Ἄρχωνα τὸν στρατηγὸν, χιλίους ἐκπέμψαι στρατιώτας
εἰς Χαλκίδα, παραφυλάξοντας τὴν πόλιν μέχρι τῆς
Ῥωμαίων διαβάσεως. Τοῦ δὲ Ἄρχωνος ἑτοίμως συν- 12
υπακούσαντος, οὗτοι μὲν ταῦτα διαπραξάντες ἐν τοῖς
Ἕλλησι κατὰ χειμῶνα, καὶ τῷ Ποπλίῳ συμμίξαντες,
ἀπέπλευσαν εἰς τὴν Ῥώμην.

et aversis populorum animis a Macedonum domo regia, Marcius ceterique Romani, Argis accitum Servium [Cornelium Lentulum], Chalcidi eum præficiunt, ipsi in Peloponnesum proficiscuntur. *Neon* post paucos dies in Macedoniam se transfert. *Ismenias* vero et *Dicetas*, in carcerem tunc conjecti, non multo post mortem sibi consciverunt. At *gens Bœotorum*, quæ unam rempublicam longo tempore coluerat, et multa magnaque pericula præter spem evaserat, quum præpeti vel potius nullo consilio Persei partes esset amplexa, temere ac puerilem in modum tunc territa, soluta est et oppidatim divulsa. *Aulus* [*Atilius*] et *Marcius*, postquam Argos ventum, cum magistratibus Achæorum, qui eo loci convenerant, egerunt, et prætorem *Archonem* hortati sunt, ut Chalcidem milites mille præsidii causa mitteret, donec Romani illuc trajicerent. Quod quum ab Archone sine mora esset factum, Romani hisce rebus per hiemem in Græcia gestis, cum *Publio* [*Lentulo*] congressi, Romam navibus repetierunt.

(II.) *Legatio Romanorum in Asiam.* A. U. 583.

*

III. Οἱ περὶ τὸν Τιβέριον καὶ Ποστούμιον κατὰ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς, ἐπιπορευόμενοι τὰς νήσους, καὶ Ti. Claudius, A. Postumius.
2 τὰς κατὰ τὴν Ἀσίαν πόλεις· [a]* * πλεῖστον δ' ἐν τῇ
Ῥόδῳ, καίπερ οὐ προσδεομένων τῶν Ῥοδίων κατὰ τοὺς
3 τότε χρόνους. [b]Ἡγησίλοχος γὰρ, τότε πρυτανεύων, Hegesilochus, prytanis Rhodior.
ἀνὴρ τῶν εὐδοκιμούντων, ὁ καὶ μετὰ ταῦτα πρεσβεύσας
εἰς τὴν Ῥώμην, ἔτι πρότερον, ἅμα τῷ φανερὸν γενέσθαι,
διότι μέλλουσι πολεμεῖν Ῥωμαῖοι τῷ Περσεῖ, τἆλλά
τε παρασκευὴν ἐποιεῖτο τοὺς πολλοὺς ὑπὲρ τοῦ κοινωνεῖν τῶν
αὐτῶν ἐλπίδων, καὶ μ' ναῦς συμβουλεύσας τοῖς Ῥοδίοις Classem Romanis offerunt Rhodii.
4 ὑποζωννύειν· ἵνα, ἐάν τις ἐκ τῶν καιρῶν γένηται χρεία,
μὴ τότε παρασκευάζωνται πρὸς τὸ παρακαλούμενον,
ἀλλ' ἑτοίμως διακείμενοι πράττωσι τὸ κρίθεν ἑαυτῆς.
5 [c]Ἃ τότε [d]προφερόμενος τοῖς Ῥωμαίοις, καὶ δεικνὺς ὑπὸ
τὴν ὄψιν τὰς παρασκευὰς, [e]εὐδοκουμένους τῇ πόλει
6 τοὺς πρεσβευτὰς ἐξαπέστειλεν. Οἱ δὲ περὶ τὸν Τιβέ-
ριον, ἀποδεδειγμένοι τὴν τῶν Ῥοδίων εὔνοιαν, ἐκομίζοντο
εἰς τὴν Ῥώμην.

[a] Lacuna ex Livio XLII, 45. supplenda. [b] Alias Ἀγησίλοχος. [d] προφερόμενος correxi. Vulgo προσφερόμ. [e] εὐδοκουμένους scripsi ex mente Casaub. Vulgo εὐδοκουμένους. Tota hæc Ecloga desideratur in cod. Bav.

(II.) *Legatio LXIV.*

*

III. Circa tempus idem *Tiberius* [*Claudius*] et *A. Postumius*, insulas circumeuntes et Asiæ urbes, *Rhodum* quoque adierunt; etsi Rhodii tempestate illa hac inspectione nequaquam opus habebant. *Hegesilochus* enim, qui in summo tum magistratu erat, (Prytanin ipsi vocant) magnæ vir dignationis, qui etiam postea legatione Romam est functus, jam antea, simul ac cognitum est, bellum a Romanis cum Perseo gestum iri, cum ad cetera quod adtinet suos cives fuerat cohortatus, ut spes suas cum Romanis jungerent, tum etiam auctor Rhodiis fuerat, ut quadraginta naves reficerent; ne, si quæ tempora inciderent, ut iis populo Romano opus esset, in adparanda classe, tunc cum peteretur, essent occupati; sed, rebus ante præparatis, extemplo, quod decretum foret, præstarent. Hæc ille tum Romanis ostentans, et adparatus ipsos oculis eorum subjiciens, legatos dimisit, de civitate optime sentientes. Tiberius cum collegis, studio *Rhodiorum* collaudato, Romam est reversus.

Ol. 152. 1. (III.) *Legatio* PERSEI *ad* RHODIOS.

*

Rhodios ad partes suas invitat Perseus.

IV. [1]Περσεὺς μὲν, μετὰ τὸν σύλλογον τὸν πρὸς τοὺς Ῥωμαίους, [m]* τῶν Ἑλλήνων, πάντα τὰ δίκαια κατέστατταν εἰς τὴν ἐπιστολὴν, καὶ τοὺς ὑφ' ἑκατέρων ῥηθέντας λόγους· ἅμα μὲν ὑπολαμβάνων, ὑπερδέξιος φα- 2
νήσεσθαι τοῖς δικαίοις, ἅμα δὲ βουλόμενος ἀπόπειραν λαμβάνειν τῆς ἑκάστων προαιρέσεως. Πρὸς μὲν οὖν 3
τοὺς ἄλλους δι' αὐτῶν τῶν γραμματοφόρων ἔπεμπε τὰς ἐπιστολάς· εἰς δὲ τὴν Ῥόδον καὶ πρεσβευτὰς συνα-
πέστειλεν, Ἀντήνορα καὶ Φίλιππον. οἳ καὶ παρα- 4
γενηθέντες τὰ γεγραμμένα τοῖς ἄρχουσιν ἀπέδωκαν, καὶ μετά τινας ἡμέρας ἐπελθόντες ἐπὶ τὴν βουλὴν παρεκάλουν τοὺς Ῥοδίους, κατὰ μὲν τὸ παρὸν ἡσυ-
χίαν ἔχειν, ἀποθεωροῦντας τὸ γιγνόμενον· ἐὰν δὲ Ῥω- 5
μαῖοι παρὰ τὰς συνθήκας ἐγχειρῶσι τὰς χεῖρας ἐπι-
βάλλειν τῷ Περσεῖ καὶ Μακεδόσιν, κωλύσασθαι διαλύειν. τοῦτο γὰρ πᾶσι μὲν συμφέρειν, πρέπειν δὲ μάλιστα 6
Ῥοδίοις. Ὅσῳ γὰρ πλεῖον ὀφείλονται τῆς ἰσηγορίας 7
καὶ παῤῥησίας, καὶ διατελοῦσι προστατοῦντες οὐ μόνον τῆς αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ τῆς τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ἐλευ-
θερίας· τοσούτῳ καὶ τὴν ἐναντίαν προαίρεσιν μάλιστα

[1] Abest particula μὲν a Bav. [m] Verba τῶν Ἑλλήνων, ante quæ *notam lacunæ* posui, abundare censuit Ursinus. et in vers. Lat. omisit Casaubonus. Mihi utique intercidisse non nihil videtur; nempe, *ad varios Græciæ populos epistolas ad unum idemque exemplar descriptas misisse Perseum.*

(III.) *Legatio LXV.*

*

IV. *Perseus*, post colloquium cum Romanis habitum, * * Græcorum, omnia suæ causæ jura, et quæ ab utraque parte dicta fuerant, in epistola exposuit: simul quia futurum arbitrabatur, ut superior fuisse in disceptatione videretur; simul quod cupiebat omnium animos tentare. Et ad alias quidem civitates per tabellarios dumtaxat epistolas illas misit; *Rhodum* vero legatos etiam ire jussit, Antenorem et Philippum. Qui ubi eo ventum, literas magistratibus tradunt: deinde post paucos dies in senatum veniunt, a Rhodiisque petunt, ut *in præsentia quidem nihil moveant, sed, quid geratur, velut e specula prospiciant; verum si Romani contra fœderis leges Perseum et Macedones adgredientur lacessere, pacem ut concilient inter ipsos conentur. Id enim ut fiat, interesse omnium, et Rhodiis præcipue convenire. Nam quo plus ipsi, quam ceteri, æquabilitati juris et libertati studeant; (ut qui non suæ tantum libertatis sint custodes ac vindices, sed et reliquorum etiam Græcorum:) eo diligentius providere, sibique pro virili cavere debere, ne ad*

δεῖν αὐτοὺς [n]προορᾶσθαι καὶ φυλάττεσθαι κατὰ δύνα- A. U. 583.
8μιν. Ταῦτα καὶ [o]πλείω τούτοις παραπλήσια δια- Romanis fidem
λεχθέντων τῶν πρέσβεων, ἥρεσκε μὲν ἅπασι τὰ λεγό- servant
9μενα· προπατεχόμενοι δὲ τῇ πρὸς Ῥωμαίους εὐνοίᾳ, Rhodii.
καὶ νικῶντος αὐτοῖς τοῦ βελτίονος, τ' ἄλλα μὲν ἀπε-
δέξαντο φιλανθρώπως τοὺς πρέσβεις, ἠξίουν δὲ τὸν
Περσέα διὰ τῆς ἀποκρίσεως, εἰς μηδὲν αὐτοὺς παρα-
καλεῖν τοιοῦτο, ἐξ οὗ φανήσονται πρὸς τὴν Ῥωμαίων
10ἀντιτράττοντες βούλησιν. Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀντήνορα
τὴν μὲν ἀπόκρισιν οὐκ ἔλαβον, τὴν δὲ λοιπὴν φιλανθρω-
πίαν ἀποδεξάμενοι τὴν Ῥοδίων, ἀπέπλευσαν εἰς τὴν
Μακεδονίαν.

(IV.) Bœotos *tentat* Perseus.

*

v. Περσεὺς πυθανόμενος, ἔτι τινὰς τῶν ἐν τῇ Βοιω-
τίᾳ πόλεων ἀντέχεσθαι τῆς πρὸς αὐτὸν εὐνοίας, Ἀντί-
2γονον ἐξαπέστειλε τὸν Ἀλεξάνδρου, πρέσβευτήν. ὃς καὶ
παραγενόμενος εἰς Βοιωτούς, τὰς μὲν ἄλλας πόλεις
κατῆκε, διὰ τὸ μηδεμίαν ἀφορμὴν λαμβάνειν ἐπιπλο-
3κῆς· εἰς δὲ Κορώνειαν, [p]καὶ Θήβας, ἔτι δ' Ἁλίαρτον
εἰσελθών, παρεκάλεσε τοὺς ἀνθρώπους, ἀντέχεσθαι τῆς

[n] προορᾶσθαι scribere jussit Gronov. idque jam in vers. expresserat Casaubonus. Vulgo προαιρεῖσθαι. [o] Vocab. πλείω ignorat Bav. [p] Verba καὶ Θήβας suspecta habuit Casaub. et in vers. Lat. omisit. Imo vero paulo post, ubi *lacunæ notam* posui, perperam nonnihil prætermisit Epitomator, ex Livio supplendum.

contraria consilia trahi se patiantur. Hæc et similia his plura quum disseruissent legati, etsi placebat omnibus eorum oratio; quia tamen præoccupati benevolentia Romanorum animi erant, et partis melioris auctoritas vincebat, ceteris quidem rebus comes se erga legatos exhibent; ceterum responsi loco *Perseum* rogant, *ne quid hujusmodi a se postularet, unde possint existimari voluntati Romanorum contrarium aliquid facere.* Antenor responsum quidem non accepit; verum reliqua Rhodiorum civilitate et humanitate usus, in Macedoniam est reversus.

(IV.) *Legatio LXVI.*

*

v. Quum esset relatum *Perseo*, nonnullas e civitatibus Bœotiæ in suscepta erga se benevolentia adhuc perstare, legatum eo misit Antigonum, Alexandri filium. Qui in Bœotiam ubi venit, ceteras quidem civitates, quod nullam occasionem jungendæ cum iis societatis inveniret, prætermisit; *Coroneam* vero et *Thebas* atque *Haliartum* adiit, et ut *ab amicitia Macedonum ne discederent,*

Ol. 152. 1. Coronæi et Haliartii favent Perseo.

πρὸς Μακεδόνας εὐνοίας. * * Τῶν δὲ προθύμως ἀποδε- 4
χομένων τὰ λεγόμενα, καὶ πρεσβευτὰς ψηφισαμένων
πέμπειν εἰς Μακεδονίαν· οὗτος μὲν ἀπέπλευσε, καὶ
συμμίξας τῷ βασιλεῖ διεσάφει τὰ κατὰ τὴν Βοιωτίαν.
Παραγενομένων δὲ καὶ τῶν πρεσβευτῶν μετ' ὀλίγον, καὶ 5
παρακαλούντων βοήθειαν ἐκπέμψαι ταῖς πόλεσι, ταῖς
αἱρουμέναις τὰ Μακεδόνων· τοὺς γὰρ Θηβαίους, βαρεῖς 6
ὄντας, ἐπιπεῖσθαι καὶ παρενοχλεῖν αὐτοὺς, διὰ τὸ μὴ
βούλεσθαι συμφρονεῖν σφίσιν, μηδ' αἱρεῖσθαι τὰ Ῥω-
μαίων· ἅπερ ὁ Περσεὺς διακούσας, βοήθειαν μὲν οὐδα- 7
μῶς, ἔφη, δύνασθαι πέμπειν οὐδενὶ διὰ τὰς ἀνοχάς·
καθόλου δ' αὐτοὺς παρεκάλει, Θηβαίους μὲν ἀμύνα- 8
σθαι κατὰ δύναμιν, Ῥωμαίοις δὲ μὴ πολεμεῖν, ἀλλὰ
τὴν ἡσυχίαν ἔχειν.

(V.) Rhodii *fidem servant Romanis.*

* * *

C. Lucretius prætor, per aliptam Rhodiis mittit literas.

VI. [1]Γάϊος, ἔτι περὶ τὴν Κεφαλληνίαν ὁρμῶν, ἐξέ-
πεμψε τοῖς Ῥοδίοις γράμματα περὶ πλοίων ἐξαποστο-
λῆς, συνθεὶς τὴν ἐπιστολὴν ἀλείπτῃ τινὶ Σωκράτει.
Παραγενομένων δὲ τῶν γραμμάτων εἰς τὴν Ῥόδον, 2
Στρατοκλέους πρυτανεύοντος τὴν δευτέραν ἔκμηνον, καὶ
τοῦ διαβουλίου προτεθέντος· τοῖς μὲν περὶ τὸν Ἀγα- 3

[1] Desideratur hæc Ecloga in Bav. Videtur autem utique postponenda fuisse ei quæ sequitur.

cives est hortatus. Qui propensis animis ejus orationem quum excepissent, et legatos in Macedoniam mittendos decrevissent; abit Antigonus, et ad Perseum reversus, quid in Bœotia egisset, illi exposuit. Nec multo post adsunt legati, *præsidium mitti petentes ad illas civitates, quæ sectam Macedonum sequerentur: imminere enim illis infestos Thebanos, et molestias exhibere, quod secum in suscipiendis Romanorum partibus consentire nollent.* Horum postulatis *Perseus* respondit: *præsidium quidem se propter inducias cum Romanis factas mittere non posse: cetcrum suadere, ut a Thebanorum quidem injuriis, quibus possent rationibus, sese vindicarent; cum Romanis vero ne bellum susciperent, sed pacem cum iis colerent.*

(V.) *Legatio LXVII.*

* * *

VI. *Caius Lucretius*, dum circa Cephalleniam stabat classis, per literas cum *Rhodiis* egit, naves sibi mitti petens, eamque epistolam Socrati *aliptæ* tradidit perferendam. Hæc Rhodum illo tempore est perlata, quo posterioris semestris *Stratocles* Prytanis erat. Quum ea de re consultatio haberetur,

θάγητον καὶ Ῥοδοφῶντα καὶ Ἀστυμήδην καὶ ἑτέρους πλείοσιν ἐδόκει πέμπειν τὰς ναῦς, καὶ συνάπτεσθαι τῆς ἀρχῆς εὐθέως τοῦ πολέμου, μηδεμίαν πρόφασιν ποιουμένους. Οἱ δὲ περὶ τὸν Δείνωνα καὶ Πολυάρατον, δυσαρεστοῦντες μὲν καὶ τοῖς ἤδη γεγονόσιν φιλανθρώποις πρὸς Ῥωμαίους, τότε δὲ προθέμενοι τὸ τοῦ βασιλέως Εὐμένους πρόσωπον, ἤρξαντο λυμαίνεσθαι τὴν τῶν πολλῶν προαίρεσιν. Ὑπαρχούσης γὰρ τοῖς Ῥοδίοις ὑποψίας καὶ διαφορᾶς πρὸς τὸν Εὐμένη, πάλαι μὲν ἐκ τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς Φαρνάκην, ὅτε, τοῦ βασιλέως Εὐμένους ἐφορμοῦντος ἐπὶ τοῦ κατὰ τὸν Ἑλλήσποντον στόματος, χάριν τοῦ κωλύειν τοὺς πλέοντας εἰς τὸν Πόντον, ἐπελάβοντο τῆς ὁρμῆς αὐτοῦ καὶ διεκώλυσαν Ῥόδιοι· μικροῖς δ' ὑστέρου χρόνοις ἐκ τῶν Λυκιακῶν ἀναζαινομένης τῆς διαφορᾶς ἐπ τινων ἐρυμάτων καὶ χώρας, ἣν συνέβαινε κεῖσθαι μὲν ἐπὶ τῆς ἰσχατιᾶς τῆς τῶν Ῥοδίων Περαίας, κακοποιεῖσθαι δὲ συνεχῶς διὰ τῶν ὑπ' Εὐμένει ταττομένων· ἐκ πάντων δὲ τούτων εὐηκόως διέκειντο πρὸς πᾶν τὸ λεγόμενον κατὰ τοῦ βασιλέως. Διὸ ταύτης ἐπιλαβόμενοι τῆς ἀφορμῆς οἱ περὶ τὸν Δείνωνα, διέσυρον τὴν ἐπιστολήν, φάσκοντες, οὐ παρὰ Ῥωμαίων αὐτὴν ἥκειν, ἀλλὰ παρ' Εὐμένους, βίλοντος αὐτοῦ ἐκείνους κατὰ πάντα τρόπον ἐκβιβάζειν εἰς τὸν

A. U. 583.

Dino et Polyaratus favent Perseo.

Eumenes suspectus Rhodiis.

Ridetur aliptes.

[r] Δείνωνα correxi. Vulgo h. l. et paullo post rursus Δίνωνα. [s] δὲ malim. [t] ἐκβιβάζειν voluit Reisk.

Agathagato quidem et Rhodophonti et Astymedi ac pluribus aliis placebat, ut sine ulla tergiversatione naves mitterent Rhodii, et ut jam inde a principio belli cum Romanis sese jungerent. At *Dino et Polyaratus*, quibus ne illa quidem probabantur, quæ antea Romanorum ad gratiam fuerant decreta, interposita tunc Eumenis persona, alienare animos multitudinis coeperunt. Quippe suspectus vulgo regis *Eumenis* animus erat, quicum et controversiam aliquam habebant; partim ob veterem causam ex bello contra Pharnacem, cum, Hellesponti fretum suis navibus obsidente Eumene, ne cui navi in Pontum transitus pateret, Rhodii se opposuerunt, et conatum ipsius impedierunt; partim quod paucis ante annis occasione Lyciaci belli recruduerant inter ipsos odia propter castella quædam et agrum, qui in extremis finibus situs oppositæ continentis Rhodiorum, (Peræam vulgo nominant) ab iis, qui sub Eumene erant, quotidie infestabatur. Quas omnes ob causas cupidis auribus universa admittebant, quæ contra regem dicerentur. Hac arrepta ansa, *Dino* epistolam ludibrio habere, cum diceret, *non a Romanis eam fuisse missam, sed ab Eumene, qui id omni studio ageret, ut ad bellum ipsos trahe-*

Ol. 152. 1. πόλεμον, καὶ προσάπτειν τῷ δήμῳ δαπάνας καὶ κακο- 9
παθείας οὐκ ἀναγκαίας. καὶ μαρτύριον ἐποίουν τῆς
ἑαυτῶν ἀποφάσεως τὸ παραγεγονέναι φέροντα τὴν ἐπι-
στολὴν ἀλείπτην τινὰ, καὶ τοιοῦτον ἄνθρωπον· οὐκ
εἰωθότων τοῦτο ποιεῖν Ῥωμαίων, ἀλλὰ καὶ λίαν μετὰ
πολλῆς σπουδῆς καὶ προστασίας διαπεμπομένων ὑπὲρ
Frustra Rhodios sollicitat Dino. τῶν τοιούτων. Ἔλεγον δὲ ταῦτα, καλῶς μὲν εἰδότες, 10
ὅτι συμβαίνει γεγράφθαι τὴν ἐπιστολὴν ὑπὸ τοῦ Λου-
κρητίου, βουλόμενοι δὲ τοὺς πολλοὺς διδάσκειν, μηδὲν
ἐξ ἑτοίμου ποιεῖν Ῥωμαίοις, ἀλλ' ἐν πᾶσι δυσχρηστεῖν
καὶ διδόναι προσκοπῆς καὶ δυσαρεστήσεως ἀφορμάς.
Ἦν γὰρ τὸ προκείμενον αὐτοῖς, ἀπὸ μὲν τῆς πρὸς 11
Ῥωμαίους εὐνοίας ἀλλοτριοῦν τὸν δῆμον, εἰς δὲ τὴν τοῦ
Περσέως φιλίαν ἐμπλέκειν, καθόσον οἷοί τ' ἦσαν. Συνέ- 12
βαινε δὲ, τοὺς προειρημένους οἰκείους ὑπάρχειν, διὰ τὸ
τὸν μὲν Πολυάρατον, ἀλαζονικώτερον ὄντα καὶ κενόδο-
ξον, ὑπόχρεων πεποιηκέναι τὴν οὐσίαν· τὸν δὲ Δείνωνα,
φιλάργυρον ὄντα καὶ θρασὺν, ἐξ ἀρχῆς οἰκεῖον εἶναι τῆς
Naves Romanis mittunt Rhodii. ἐκ τῶν [u] δυνατῶν καὶ βασιλέων ἐπανορθώσεως. Ἐφ' οἷς 13
Στρατοκλῆς ὁ Πρύτανις ἐπαναστὰς, καὶ πολλὰ μὲν
κατὰ τοῦ Περσέως εἰπὼν, πολλὰ δὲ περὶ Ῥωμαίων ἐπ'
ἀγαθῷ, παρώρμησε τοὺς πολλοὺς εἰς τὸ κυρῶσαι τὸ
ψήφισμα, τὸ περὶ τῆς ἐξαποστολῆς τῶν πλοίων. καὶ 14

[u] δυνατῶν suspicatus est Gronov.

ret, ac populo impensas et molestias non necessarias conciliaret. Confirmandæ suæ sententiæ argumentum hoc adferebat, *quod ea epistola ab alipta, nescio quo, vilis hoc genus sortis homine, adlata Rhodum fuisset; quum nequaquam id sit moris Romanorum, qui ad perferendos ejusmodi nuncios vel præcipuæ dignationis viros magno studio deligere soleant.* Hæc autem ille et *Polyaratus* dicebant, non quod ignorarent, eam epistolam a Lucretio fuisse scriptam; nam id probe sciebant: sed ut multitudini persuaderent, ne ulla in re faciles se erga Romanos præberent, sed in omnibus lentos ac difficiles, quo offensionum et simultatis causæ nascerentur. Id enim compositum ipsis erat, ut, quantum possent, ab Romanis populi Rhodii animos abalienarent, et Perseo conciliarent. Causæ autem, cur Perseo dicti viri faverent, erant, quod *Polyaratus* quidem, homo ad ostentationem et inanem gloriam comparatus, contracto ære alieno, bona sua omnia creditoribus opposuerat; *Dino* vero, avaritiæ deditus atque audax, jam a prima vitæ institutione rei familiari, potentum et regum largitionibus augendæ, studuerat. Adversus istos quum Prytanis *Stratocles* esse comparasset, et multa contra Perseum disseruisset, Romanos e contrario multis laudasset, Rhodios pervicit, ut decretum de mittendis navibus sanciretur. Itaque sex triremibus extemplo

παραυτίκα καταρτύσαντες τριήρεις ἓξ, πέντε μὲν ἐξα- A. U. 663.
πέστειλαν ἐπὶ Χαλκίδος, ὑγεμόνα συστήσαντες ἐπ'
αὐτῶν [x]Τιμαγόραν· τὴν δὲ μίας εἰς Τένεδον, ἐφ' ἧς
15 ἄρχων ἐπέπλει Τιμαγόρας. Ὃς καὶ καταλαβὼν ἐν
Τενέδῳ Διοφάνην, ἀπεσταλμένον ὑπὸ τοῦ Περσέως πρὸς Diophanes.
Ἀντίοχον, αὐτοῦ μὲν οὐκ ἐγενήθη κύριος, τοῦ δὲ πλη-
16 ρώματος. Ὁ δὲ Λουκρήτιος, πάντας ἀποδεξάμενος
φιλανθρώπως τοὺς κατὰ θάλατταν παραγενομένους συμ-
μάχους, ἀπέλυσε τῆς χρείας, φήσας, οὐ προσδεῖσθαι
τὰ πράγματα τῆς κατὰ θάλατταν βοηθείας.

(VI.) *Macedones Italia pulsi.*

*

VII. Οἱ Ῥωμαῖοι τῶν ἀπὸ τῆς Ἀσίας παραγενομέ-
των πρεσβευτῶν διακούσαντες, τά τε κατὰ τὴν Ῥόδον,
[y]καὶ τὰ κατὰ τὰς ἄλλας πόλεις, προσεπαλέσαντο τοὺς Solon et
[z]παρὰ τοῦ Περσέως πρεσβευτάς. Οἱ δὲ περὶ τὸν Σό- Hippias,
λωνα καὶ τὸν Ἱππίαν ἐπειρῶντο μὲν καὶ περὶ τῶν ὅλων legati
λέγειν τι, καὶ παραιτεῖσθαι τὴν σύγκλητον· τὸ δὲ Persei.
πλέον ἀπελογοῦντο περὶ τῆς ἐπιβουλῆς τῆς κατὰ τὸν
3 Εὐμένη. Ληξάντων δὲ τῆς δικαιολογίας αὐτῶν, πάλαι
προδεδιληφότες ὑπὲρ τοῦ πολεμεῖν, προσέταξαν αὐτοῖς
ἐκ μὲν τῆς Ῥώμης εὐθέως ἀπαλλάττεσθαι, καὶ τοῖς Edictum
ἄλλοις ἅπασι Μακεδόσιν, ὅσοι παρεπιδημοῦντες ἔτυχον· senatus.

[x] Τιμαγόρας suspectum h. l. nomen. Ex ingenio Casaubonus *Timagoras alter.* [y] Abest τὰ a Bav.

instructis, Chalcidem quinque miserunt duce Timagora, unam Tenedum, cui præfectus est Timagoras alter. Hic inventum in Tenedo *Diophanem*, qui a Perseo ad Antiochum fuerat missus, ipsum quidem capere non potuit, sed sociorum navalium compos est factus. *Lucretius*, omnibus sociis, quorum naves convenerant, benigne exceptis, opera eorum non est usus, nihil opus esse dicens in præsenti maritimis auxiliis.

(VI.) *Legatio LXVIII.*

*

VII. *Romani*, legationibus auditis, quæ ex Asia venerant, Rhodiorum et reliquarum civitatum statu cognito, *legatis Persei* senatum præbuerunt. Tum igitur Solon atque Hippias de universis quidem rebus dicere, et patrum iram deprecari sunt conati; præcipua tamen cura *insidiarum Eumeni factarum* crimen defensum. Postquam peroravissent, *senatus*, qui bellum jam ante decreverat, *denunciavit* eis, *ut et ipsi, et quicumque e gente Macedonum Romæ tum forte adessent, exemplo maribus urbis, Italia intra trigesimum*

Ol. 152. 1. ἐκ δὲ τῆς Ἰταλίας ἐν τριάκονθ' ἡμέραις ἐκχωρεῖν. Μετὰ δὲ ταῦτα τοὺς ὑπάτους ἀναπαλεσάμενοι παρ- 4
ὥρμων ἔχεσθαι τοῦ καιροῦ, καὶ μὴ καθυστερεῖν.

(VII.) *Prælio victor Perseus, frustra pacem petit a Romanis.*

* * *

Perseus ex concilii sententia,

VIII. Μετὰ τὴν νίκην τῶν Μακεδόνων, συνεδρίου παρὰ τῷ Περσεῖ συναχθέντος, ὑπέδειξάν τινες τῶν φίλων, διότι δεῖ πρεσβείαν πέμψαι τὸν βασιλέα πρὸς τὸν στρατηγὸν τῶν Ῥωμαίων· [z] ἐπιδεχόμενον ἔτι καὶ 2
νῦν, ὅτι καὶ φόρους δώσει Ῥωμαίοις, ὅσους πρότερον ὑπέσχετο ὁ πατὴρ καταπολεμηθείς, καὶ τόπων ἐκχω-
ρήσει τῶν αὐτῶν. Ἐὰν γὰρ δίξωνται τὰς διαλύσεις, 3
καλὴν ἔφασαν ἔσεσθαι τῷ βασιλεῖ τὴν ἐξαγωγὴν τοῦ πολέμου, πεπροτερηκότι διὰ τῶν ὑπαίθρων, καὶ καθόλου πρὸς τὸ μέλλον εὐλαβεστέρους ὑπάρξειν τοὺς Ῥωμαίους, πείραν εἰληφότας τῆς Μακεδόνων ἀνδρείας, εἰς τὸ μηδὲν ἄδικον μηδὲ βαρὺ προστάττειν Μακεδόσιν· ἐάν τε μὴ 4
δίξωνται, θυμομαχοῦντες ἐπὶ τοῖς γεγονόσιν, ἐκείνοις μὲν δικαίως νεμεσήσειν τὸ δαιμόνιον, αὐτῷ δὲ διὰ τὴν μετριότητα συναγωνιστὰς ὑπάρξειν τοὺς θεοὺς καὶ τοὺς ἀνθρώπους. Ταῦτα μὲν ἐδόκει τοῖς πλείοσι τῶν φίλων. 5

legatos mittit ad Licinium Cos.

Συγκαταθεμένου δὲ τοῦ Περσέως, ἐτέμποντο παραχρῆμα πρεσβευταὶ, Πάνταυχος Βαλάκρου, καὶ Μήδων

[z] Vulgo ἐπιδεχ. invitis MStis.

diem excederent. Tum consules invocarunt patres conscripti, hortatique eos sunt, ut ad omnes occasiones intenti nulla in re cessarent.

(VII.) *Legatio LXIX.*

* * *

VIII. Post *victoriam Macedonum* concilium habenti *Perseo* de summa rerum, fuerunt ex ejus amicis, qui pro sententia dicerent, *oportere ut legatos rex mitteret ad consulem, et conditionem etiamnum illi offerret, eadem pendendi tributa, quæ olim pater bello devictus promisisset, iisdemque locis excedendi. Nam si his legibus pax daretur; gloriosum sibi finem bello regem impositurum, postquam patentibus campis acie victoriam esset adeptus; Romanos vero, qui Macedonum virtutem forent experti, cautiores in posterum futuros, neque iniquum aut grave quidquam imperare Macedonibus ausuros. Quod si animis magis quam viribus post cladem acceptam perlenderent, et oblatas conditiones respuerent; eorum quidem superbiam jure merito numen fore ulturum; ipsius vero moderationi deos hominesque auxiliatores futuros.* Hæc quum plerisque amicorum probaretur sententia, iisque et Perseus esset adsensus; confestim legati mittuntur, Pantauchus, Balacri

6 Βιροισύς. Ὧν παραγινομένων πρὸς τὸν Λικίνιον, εὐθέως A. U. 583.
ὁ στρατηγὸς συνῆγε συνέδριον. τῶν δὲ πρέσβεων διασα-
φησάντων τὰ κατὰ τὰς ἐντολάς, μεταστησάμενοι τοὺς
περὶ τὸν Πάνταυχον, ἐβουλεύοντο περὶ τῶν προσπεπτω-
7 κότων. Ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς ὁμοθυμαδὸν, ὡς βαρυτάτην
8 δοῦναι τὴν ἀπόκρισιν. Ἴδιον γὰρ τοῦτο πάντη παρὰ Romani pervicaces
Ῥωμαίοις ἔθος καὶ πάτριόν ἐστι, τὸ κατὰ μὲν τὰς in rebus adversis.
ἐλαττώσεις αὐθαδεστάτους καὶ βαρυτάτους φαίνεσθαι,
9 κατὰ δὲ τὰς ἐπιτυχίας ὡς μετριωτάτους. Τοῦτο δὲ
διότι καλὸν, πᾶς ἄν τις ὁμολογήσειεν· εἰ δὲ καὶ δυνατὸν
10 ἐν ἐνίοις καιροῖς, εἰκότως ἄν τις ἀπορήσειεν. Πλὴν
τότε γε τοιαύτην ἔδωκαν τὴν ἀπόκρισιν. ἐπίλευον γὰρ
ἐπιτρέπειν τὸν Περσέα τὰ καθ' αὑτὸν, καὶ καθόλου
δεδόναι τῷ συγκλήτῳ τὴν ἐξουσίαν, ὡς ἂν αὐτῇ δοκῇ,
11 βουλεύεσθαι περὶ τῶν κατὰ τὴν Μακεδονίαν. Οἱ δὲ
περὶ τὸν Πάνταυχον, ταῦτα ἀπούσαντες, ἐπανῆλθον,
12 καὶ διεσάφουν τῷ Περσεῖ καὶ τοῖς φίλοις. Ὧν τινες
ἐπαληττόμενοι τὴν ὑπερηφανίαν, παρωξύνοντο, καὶ συνε-
βούλευον τῷ Περσεῖ, μήτε διαπρεσβεύεσθαι μηδέτι,
13 μήτε διατίμασθαι περὶ μηδενός. Οὐ μὴν ὁ Περσεὺς Nil proficit
τοιοῦτος ἦν, ἀλλὰ προστιθεὶς καὶ [a]εἰς τὸ πλῆθος αὐτῷ Perseus.
τῶν χρημάτων, διετίμητο πλειονάκις πρὸς τὸν Λικίνιον.
14 Προκόπτων δ' οὐδὲν, ἀλλὰ καὶ τῶν πλείστων φίλων

[a] Præpositionem ex conject. adjeci. Pro αὐτῷ autem scribendum videtur εἰρὴ cum Reisk.

filius, et Medo Berœensis. Qui postquam ad *Licinium* venissent; consul frequens concilium ad legatos audiendos, dum mandata exponerent, adhibuit: deinde, his summotis, de re proposita consultari cœptum. Omnium ea sententia fuit, *responsum dandum quam asperrimum*. Est enim hoc *perpetui moris Romanorum*, quem a majoribus acceperunt, *acceptis detrimentis maximis pervicaces et hostibus infestos se ostendere; victoria vero parta, maxime moderatos*. Quod quidem pulcerrimum esse institutum, nemo diffitetur: sed, id an omni tempore locum habere queat, jure aliquis dubitet. At tum quidem certe responsum ejusmodi ab illis datum: jusserunt enim *Perseum, Romanis esse permittere, atque omnino liberam senatui potestatem facere statuendi de Macedonia, quod ipsi libitum esset*. Quo responso accepto, Pantauchus et Medo ad Perseum reversi, legationem renunciarunt regi ejusque amicis. Quorum quidam, admirati superbiam, eaque re irritati, auctores Perseo fuerunt, *ne quem posthac legatum neque nuncium ulla de re ad Romanos mitteret*. At *Perseo* non ea mens fuit; qui etiam summam pecuniæ adaugens, ad *Licinium* subinde mittebat. Sed quum nihil proficeret, et plerique amici consilium reprehenderent, dicerentque, *victorem*

Ol. 152. 1. ἐπιτιμώντων αὐτῷ, καὶ φασκόντων, ὅτι νικῶν τοιῆ τὰ τοῦ λειπομένου καὶ τοῖς ὅλοις ἐπταιπότος· οὕτως ἠναγ- 15
κάσθη, τὰς διαπρεσβείας ἀπογνοὺς, μιταστρατοπε-
δεῦσαι πάλιν ἐπὶ τὸ Συκύριον. Καὶ ταῦτα μὲν ἐπὶ 16
τούτων ἦν.

(VIII.) *Præsidium Romanum pæne opprimitur a Perseo.*

* * *

Cestro-sphendone. IX. [b]Κίστρος. ξένον ἦν τοῦτο τὸ εὕρημα κατὰ τὸν Περσικὸν πόλεμον. Τὸ δὲ βέλος τοιοῦτον· διπάλαι- 2
στον ἦν, ἴσον ἔχον τὸν αὐλίσκον τῇ προβολῇ. τούτῳ 3
ξύλον ἐνῆρμοστο, τῷ μὲν μήκει [c]στιβαμιαῖον, τῷ δὲ
πάχει δακτυλιαίαν ἔχον τὴν διάμετρον. εἰς δὲ τούτου 4
τὸ μέσον ἐσφήνωτο πτερύγια τρία ξύλινα, βραχέα
παντελῶς. Τοῦτο, δυοῖν [d]κώλων ἀνίσων ὑπαρχόντων 5
τῆς σφενδόνης, εἰς τὸ μέσον ἐνηγκυλίζετο τῶν [d]κώλων
ἐυλύτως. Λοιπὸν, ἐν μὲν τῇ περιαγωγῇ, τεταμένων 6
τούτων, ἔμενεν· ὅτε δὲ παραλυθείη θάτερον τῶν κώλων
κατὰ τὴν ἄφεσιν, ἐκπίπτον ἐκ τῆς ἀγκύλης, καθαπερεὶ
μολυβδὶς ἐκ τῆς σφενδόνης, ἐφέρετο· καὶ προσπίπτον 7
μετὰ βιαίας πληγῆς, παπῶς διετίθει τοὺς συγκυρή-
σαντας.

[b] Κεντροσφενδόνη videtur scribendum ex Livio. [c] στιβαμιαῖον ex conject. correxi. Vulgo στιβαμιαίαν. [d] κώλων correxi, admonente Lipsio. Vulgo κάλων.

ipsum facere, quæ victum aliquem fructis rebus deceat; tum demum, posita spe rei per legationes conficiendæ, ad *Sycurium* rursus, unde erat profectus, castra movere est coactus. Atque hæc quidem ita se habebant.

(VIII.) *Apud Suidam, in* Κίστρος.

* * *

VIII. *Cestrus* [vel *Cestrosphendone.*] Novum hoc inventum erat bello Persico; telum vero hujusmodi. Bipalme erat, tubulum habens æqualem prominenti ferro. Huic insertum erat hastile, longitudinem habens spithamæ, crassitiem vero digiti: cujus medio infixæ erant tres pinsulæ ligneæ, admodum breves. Hoc telum, quum duas impares habens essent fundas, in earum medio veluti amento illigabatur ita, ut facile solvi posset. Igitur, in circumactione fundæ, quum intentæ essent habenæ, immobile manebat telum. At ubi altera solvebatur habena in emissione, excussum amento suo telum, veluti glans e funda ferebatur; et cum impetu incidens, quidquid occurrisset, pessime lædebat.

(IX.) Cotys *Thrax, socius Persei.* A. U. 583.

* * *

Laus viri. x. Ὁ Κότυς ἦν ἀνὴρ καὶ κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν ἀξιό-
2 λογος, καὶ πρὸς τὰς πολεμικὰς χρείας διαφέρων· ἔτι
δὲ καὶ κατὰ τὴν ψυχὴν πάντα μᾶλλον ἢ Θρᾷξ ὤν.
3 καὶ γὰρ νήπτης ὑπῆρχε, καὶ πραότητα καὶ βάθος
ὑπέφαινεν ἐλευθέριον.

(X.) Perseus *captivos redimit a Rhodiis.*

* * *

Diophanis socii navales. xi. Κατὰ τὸν καιρὸν, ἡνίκα Περσεὺς ἐκ τοῦ πολέμου
[a]τοῦ πρὸς Ῥωμαίους ἀπελύθη, Ἀντήνορος παραγενο-
μένου παρὰ τοῦ Περσέως περὶ τῆς τῶν αἰχμαλώτων
διαλυτρώσεως τῶν μετὰ Διοφάνους πλεόντων, ἐνέπεσε
μεγάλη τοῖς πολιτευομένοις ἀπορία, περὶ τοῦ, τί δέον
2 εἴη ποιεῖν. Τοῖς μὲν γὰρ περὶ τὸν Φιλόφρονα καὶ
Θεαίτητον οὐδαμῶς ἤρεσκε προσδέχεσθαι τὴν τοιαύτην
ἐπιπλοκήν· τοῖς δὲ περὶ τὸν Δείνωνα καὶ Πολυάρατον Dino et Polyaratus.
3 ἤρεσκε. Καὶ τέλος ἐποιήσαντο διάταξιν πρὸς τὸν Περ-
σέα περὶ τῆς τῶν αἰχμαλώτων διαλυτρώσεως.

[a] Abest h. l. τοῦ a Bav.

(IX.) *Excerptum Valesianum.*

* * *

1. Erat *Cotys* cum specie ipsa, tum militari fortitudine insignis. Praeterea ingenio prorsus Thracum dissimilis: quippe sobrietatem et humanitatem et liberalem quamdam prudentiam prae se ferebat.

(X.) *Legatio LXX.*

* * *

11. Quo tempore liberatus est Perseus bello contra Romanos, quum venisset Rhodum Antenor missu Persei ad redimendos captivos, qui cum Diophane navigaverant; magnopere haesitatum est ab iis, qui rempublicam administrabant, quid opus esset facto. Nam Philophroni et Theaeteto nullo placebat modo, ut Rhodii Persei rebus se immiscerent; *Dinoni* contra et *Polyarato* id placebat. Ac tandem facta est cum Perseo super captivorum redemtione conventio.

Ol. 152. 2. ἐξ αὐτῆς ἠνάγκασε μετελθεῖν εἰς γείτονα τῆς νυκτός. καὶ ἀπογνοὺς τὴν διὰ τῆς Ἠπείρου πορείαν ἀνήχθη, καὶ 6 πλεύσας εἰς Ἀντίκυραν, ἐκεῖθεν ἐποιήσατο τὴν ὁρμὴν εἰς Θετταλίαν.

IV.

RES ASIÆ.

* * *

Pharnaces. XV. ΦΑΡΝΑΚΗΣ πάντων τῶν πρότου βασιλέων ἐγένετο παρανομώτατος.

* * *

Attali amor in Eumenem fratrem. Ἄτταλος, χειμάζων ἐν Ἐλατείᾳ, καὶ σαφῶς εἰδὼς 2 τὸν ἀδελφὸν Εὐμένη [t]λυπούμενον μὲν ὡς ἔνι μάλιστα, καὶ [u]βαρυνόμενον, ἐπὶ τῷ τὰς ἐπιφανεστάτας αὐτοῦ τιμὰς ἠθετῆσθαι ὑπὸ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ διὰ κοινοῦ δόγματος, ἐπικρυπτόμενον δὲ πρὸς πάντας τὴν περὶ αὐτὸν ὑπάρχουσαν διάθεσιν· ἐπεβάλετο διαπέμπεσθαι 3 πρός τινας τῶν ἐν Ἀχαΐᾳ, σπουδάζων ἀποκατασταθῆναι τἀδελφῷ αὐτοῦ μὴ μόνον τὰς ἀναθηματικὰς, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐγγράπτους τιμάς. Τοῦτο δ' ἐποίει, πεπεισ- 4 μένος, μεγίστην μὲν [x]ἂν ἐκείνῳ ταύτην τὴν χάριν προσενέγκασθαι, μάλιστα δ' ἂν τὸ φιλάδελφον καὶ γενναῖον

[t] Conjunctionem ex conject. adjeci, et deinde ἐπιφρυπτόμενον scripsi, pro vulgato ἐπιφρυπτόμενος. [u] Vel sic vel βαρυνθέντα scribendum monuit Reisk. Perperam vulgo βαρύνοντα. [x] ἂν ἐκείνῳ ex Valesii conject. in textum recepi. ἀπασῶν dabat codex.

confestim in proximam civitatem migrare eum noctu jussit. Ille, itinere per Epirum relicto, navibus Anticyram vectus, inde in Thessaliam contendit.

IV.

Excerpta Valesiana.

* * *

XV. *PHARNACES* omnium ex superiori memoria regum iniquissimus fuit.

* * *

Attalus, qui Elatiæ hybernabat, cum satis sciret, *Eumenem* fratrem acerbissime quidem ferre, quod universæ Peloponnesi civitates nobilissima honoris monimenta, quæ ei posita fuerant, communi decreto sustulerant; sed eumdem apud omnes, quonam esset animo, dissimulare; missis ad nonnullos Achæorum interpretibus, id agere est molitus, ut non modo imagines et statuæ, sed et decreta, honoris ejus causa tabulis incisa, restituerentur. Id vero agebat *Attalus*, tum quia persuasum habebat, gratissimam eam rem fratri fore, tum maxime ut eum-

τῆς αὐτοῦ προαιρέσεως ἐναποδείξασθαι τοῖς Ἕλλησι διὰ ταύτης τῆς πράξεως. A. U. 894.

V.

RES CRETENSIUM.

* * *

Cydoniorum perfidia in Apolloniatas.

XVI. Οἱ [γ Κυδωνιᾶται] Κρῆτες ἀνάξιον κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἐποίησαν πρᾶγμα, δεινὸν καὶ παράσπονδον 2 ὁμολογουμένως. [2] καὶ γὰρ, πολλῶν τοιούτων γενομένων κατὰ τὴν Κρήτην, ὅμως ἔδοξεν ὑπεραίρειν τὴν συνήθειαν 3 τὸ τότε γενόμενον. Ὑπαρχούσης γὰρ [a] αὐτοῖς οὐ μόνον φιλίας, ἀλλὰ συμπολιτείας πρὸς Ἀπολλωνιάτας, καὶ καθόλου κοινωνίας πάντων τῶν ἐν ἀνθρώποις νομιζομένων δικαίων, καὶ περὶ τούτων πεπιμένης ἐνόρκου συνθήκης 4 παρὰ τὸν Δία τὸν Ἰδαῖον παρασπονδήσαντες τοὺς Ἀπολλωνιάτας, κατελάβοντο τὴν πόλιν, καὶ τοὺς μὲν ἄνδρας κατέσφαξαν, τὰ δὲ ὑπάρχοντα διήρπασαν, [b] καὶ τὰς γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα καὶ τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν διανεμάμενοι κατεῖχον.

γ Vocabulum Κυδωνιᾶται ex Diodoro Siculo inserui. [2] καὶ γὰρ correxi cum Reisk. Vulgo καίτις. [a] αὐτοῖς οὐ μόνον ex conject. scripsi. Vulgo αὐτῶν. [b] Adjeci conjunct. quæ vulgo desiderabatur.

rem suam erga Eumenem fratrem et magnitudinem animi hoc testimonio declararet.

V.

Excerptum Valesianum.

* * *

XVI. PER id tempus indignum facinus, fœdum et manifeste perfidum a [*Cydoniatis*] *Cretensibus* admissum est. Tametsi enim multa ejusmodi in Creta insula fieri solent, nihilominus hoc, de quo nunc sermo est, ceteris omnibus antistare visum est. Nam cum non societas solum, sed etiam commune civitatis jus cum *Apolloniatis* ipsis intercederet, ac postremo omnia jura, quæ ab homínibus sacrosancta habentur, utrisque communia essent; cum ejus fœderis tabulæ sacramento utrimque firmatæ juxta ipsum simulacrum Jovis Idæi fixæ exstarent; tamen, calcata fœderis religione, Apolloniatarum urbem occuparunt, virisque omnibus trucidatis, ac bonis eorum direptis, uxores ac liberos omnemque agrum inter se diviserunt.

Ol. 152. 2. μενον ὑπ' αὐτῶν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐκδεχόμενον, καὶ τὰ μὲν ἀφαιροῦν, τὰ δὲ προστιθὲν, ἐλάμβανε πιθανότητας κατὰ

Cephalus vir probus. τῶν ἀνθρώπων. Ὁ δὲ Κέφαλος, τἄλλα τε φρόνιμος καὶ στάσιμος ἄνθρωπος, καὶ κατὰ τοὺς καιροὺς τούτους ἐπὶ τῆς ἀρίστης ὑπῆρχε γνώμης. εὐχόμενος γὰρ ηὔξατο τοῖς θεοῖς, μὴ συστῆναι τὸν πόλεμον, μηδὲ κριθῆναι τὰ πράγματα· πραττομένου δὲ τοῦ πολέμου, τὰ κατὰ τὴν συμμαχίαν ἐβούλετο δίκαια ποιεῖν Ῥωμαίοις, πέρα δὲ τούτου μηδὲ προστρέχειν ἀγεννῶς, μήθ' ὑπηρετεῖν μηδὲν παρὰ τὸ δέον. Τοῦ δὲ Χάροπος ἐνεργῶς χρωμένου ταῖς κατ' αὐτοῦ διαβολαῖς, καὶ [l]πᾶν ἂν παρὰ τὴν Ῥωμαίων βούλησιν γιγνόμενον εἰς ἐθελοκάκησιν ἄγοντος· τὸ μὲν πρῶτον οἱ προειρημένοι κατεφρόνουν, οὐδὲν αὐτοῖς συνειδότες ἀλλότριον

Nicander et alii Ætoli Romam abducti. [m]βουλομένοις Ῥωμαίων. Ὡς δὲ τοὺς περὶ τὸν Ἱππόλοχον καὶ Νίκανδρον καὶ Λοχαγὸν εἶδον τοὺς Αἰτωλοὺς ἀναγομένους εἰς τὴν Ῥώμην [n]ἀπὸ τῆς ἱππομαχίας ἀλόγως, καὶ τὰς διαβολὰς τὰς ἐκ τῶν περὶ Λυκίσκον πεπιστευμένας κατ' αὐτῶν, οἵ τινες κατὰ τὴν Αἰτωλίαν τὴν αὐτὴν αἵρεσιν ἦγον τῷ Χάροπι· τὸ τηνικάδε προειδόμενοι τὸ μέλλον, ἐβουλεύοντο περὶ αὐτῶν. Ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς,

Sibi consulit Cephalus. [o]παντὸς πεῖραν λαμβάνειν, ἐφ' ᾧ μὴ προέσθαι σφᾶς αὐτοὺς ἀκρίτως [p]ὡς τούσδε

[l] πᾶν ἂν ex conject. scripsi. πᾶσαν MS. πᾶν τὸ voluerat Vales. [m] βουλευομένοις maluerat Reisk. [n] Sic fuit haud dubie in MS. Sed Valesius ἀπὸ τ' ἱππομαχίας legit ediditque, suspicatus est autem ἀπὸ Αιτωλικῆς; Reiskius vero ἀπὸ τῆς ἱππικῆς. [o] παντὸς correxi, monente Gron. Vulgo πάντως σπεῖραν. [p] Verba ὡς τούσδε ex Reiskii conject. adscivi; sed, ut non satis certa, uncis inclusi. Mendose vulgo ἀκρίτως, σώους δὲ εἰς τ. Ῥ.

tati adjiciens, nunc detrahens, auctoritatem fidemque adversus eos sibi comparavit. At *Cephalus*, vir singularis prudentiæ ac constantiæ, etiam tum in optima sententia erat. Deos enim immortales precatus fuerat, ut bellum ne conflaretur, neve de rerum summa decerneretur: sin gerendum bellum esset, statuerat ex fœderis præscripto Romanos juvare, præter fœderis autem leges nihil ultro facere, atque in nullo obsequi indecore ac turpiter. Ceterum, cum *Charops* criminationi illius acriter insisteret, et, quidquid non pro Romanis fieret, insidiose agi causaretur; initio quidem et ipse et Antinous hominem spernebant, quippe nullius sui consilii, a Romanorum societate alieni, conscii eum esse. Postea vero cum Hippolochum et Nicandrum et Lochagum Ætolos post prælium equestre sine causa Romam perduci cernerent, et calumniis fidem adhiberi adversus eos a Lyciseo sparsis, qui tunc in Ætolia eamdem sectam ac Charops instituerat; tum demum, quid esse maneret, prospicientes animo, consilium de rebus suis cepere. Statuerunt igitur, omnia sibi tentanda, neque ullatenus ferendum, ut crimi-

εἰς τὴν Ῥώμην ἐπανάγεσθαι διὰ τὰς Χάροπος διαβο- A. U. 584.
16λάς. Οὕτω μὲν οὖν οἱ περὶ τὸν Κέφαλον ἠναγκάσθησαν παρὰ τὰς αὐτῶν προαιρέσεις ἑλίσθαι τὰ τοῦ Περσέως.

(II.) A. Hostilio *Consuli insidiæ struuntur in Epiro.*

✻

XIV. Οἱ περὶ Θεόδοτον καὶ Φιλόστρατον ἐποίησαν 2ἀσεβῆ πρᾶγμα καὶ παράσπονδον ὁμολογουμένως. Πυθόμενοι γὰρ, τὸν ὕπατον τῶν Ῥωμαίων Αὖλον Ὁστίλιον παραγίγεσθαι, κομιζόμενον εἰς Θετταλίαν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, καὶ νομίζοντες, εἰ παραδοῖεν τὸν Αὖλον τῷ Περσεῖ, μεγίστην μὲν πίστιν προσενέγκασθαι, μέγιστα δ' ἂν βλάψαι κατὰ τὸ παρὸν Ῥωμαίους, 3ἔγραφον τῷ Περσεῖ συνεχῶς, ἐπισπεύδειν. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἐβούλετο μὲν ἐξ αὐτῆς προάγειν καὶ συνάπτειν· τῶν δὲ Μολοττῶν κατὰ [q]τὸν Ἄωον ποταμὸν τὴν γέφυ- Aousamnis.
ραν κατειληφότων, ἐκωλύετο τῆς ὁρμῆς, καὶ πρῶτον 4ἠναγκάζετο διαμάχεσθαι πρὸς τούτους. Συνέβη δὲ, τὸν Αὖλον εἰς τοὺς [r]Φανοτεῖς παραγενόμενον καταλῦσαι παρὰ Νέστορι τῷ Κρωπίῳ, καὶ παραδοῦναι καθ' αὐτοῦ Nestor Cropius.
τοῖς ἐχθροῖς καιρὸν ὁμολογούμενον· [s]ὃν, εἰ μὴ τύχη τις ἐβράβευσε πρὸς τὸ βέλτιον, οὐκ ἄν μοι δοκεῖ διαφυγεῖν. 5τῶν δὲ δαιμονίως πως ὁ Νέστωρ τὸ μέλλον ὀττευσάμενος,

[q] τὸν Ἄωον ex conject. correxi. Vulgo Λαὸν ex Valesii ingenio. Λαοῦν dabat codex. [r] Φανοτεῖς ex Valesii conject. adscivi. Vulgo Φανοτεῖς. [s] Pronomen ὃν, quod abest vulgo, adjeci monente Reisk.

nationibus Charopis constricti Romam, [sicut illi,] indicta causa abducerentur. Ita *Cephalus* ad *Persei* partes invitus transire est coactus.

(II.) *Excerptum Valesianum.*

XIV. Per hoc tempus a Theodoto ac Philostrato grave ac nefarium facinus susceptum est. Nuncio enim accepto, *Aulum Hostilium*, Consulem populi Romani, in Thessaliam ad exercitum proficiscentem adventare; rati, se, si Aulum in manus Persei traderent, maximum fidei documentum regi exhibituros, ac gravissimum Romanis damnum adlaturos in præsentia esse, adsidue ad regem litteras dabant, ut mutuaret iter. At rex in animo quidem habebat, illico progredi et obviam ire. Sed cum *Molossi* pontem *Aoi* fluminis intercepissent, impetus ejus retardabatur; prius enim dimicandum cum Molossis erat. At *Hostilius*, in Phanotensium urbem delatus, diversatusque apud *Nestorem Cropium*, opportunam plane adversus se insidiarum ansam hostibus præbuerat; quam nisi benignior quædam fortuna deflexisset, prorsus effugere, ut mihi quidem videtur, nullo modo poterat. Sed Nestor, mira sagacitate rem odoratus,

Ol. 152. 2. ἐξ αὐτῆς ἠνάγκασε μετελθεῖν εἰς γείτονα τῆς νυκτός. καὶ ἀπογνοὺς τὴν διὰ τῆς Ἠπείρου πορείαν ἀνήχθη, καὶ 6 πλεύσας εἰς Ἀντίκυραν, ἐκεῖθεν ἐποιήσατο τὴν ὁρμὴν εἰς Θετταλίαν.

IV.

RES ASIÆ.

* * *

Pharnaces. XV. ΦΑΡΝΑΚΗΣ πάντων τῶν πρότου βασιλέων ἐγένετο παρανομώτατος.

* * *

Attali amor in Eumenem fratrem. [u]Ἄτταλος, χειμάζων ἐν Ἐλατείᾳ, καὶ σαφῶς εἰδὼς 2 τὸν ἀδελφὸν Εὐμένη [t]λυπούμενον μὲν ὡς ἔνι μάλιστα, καὶ [u]βαρυνόμενον, ἐπὶ τῷ τὰς ἐπιφανεστάτας αὐτοῦ τιμὰς ἠθετῆσθαι ὑπὸ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ διὰ κοινοῦ δόγματος, ἐπικρυπτόμενον δὲ πρὸς πάντας τὴν περὶ αὐτὸν ὑπάρχουσαν διάθεσιν· ἐπεβάλετο διαπέμπεσθαι 3 πρός τινας τῶν ἐν Ἀχαΐᾳ, σπουδάζων ἀποκατασταθῆναι τἀδελφῷ αὐτοῦ μὴ μόνον τὰς ἀναθηματικὰς, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐγγράπτους τιμάς. Τοῦτο δ' ἐποίει, πεπεισ- 4 μένος, μεγίστην μὲν [x]ἂν ἐκείνῳ ταύτην τὴν χάριν προσενέγκασθαι, μάλιστα δ' ἂν τὸ φιλάδελφον καὶ γενναῖον

[t] Conjunctionem ex conject. adjeci, et deinde λυπούμενον scripsi, pro vulgato λυπουμένους. [u] Vel sic vel βαρυνόμενον scribendum monuit Reisk. Perperam vulgo βαρύνοντα. [x] ἂν ἐκείνῳ ex Valesii conject. in textum recepi. ἀναιτῶν dabat codex.

confestim in proximam civitatem migrare eum noctu jussit. Ille, itinere per Epirum relicto, navibus Anticyram vectus, inde in Thessaliam contendit.

IV.

Excerpta Valesiana.

* * *

XV. *PHARNACES* omnium ex superiori memoria regum iniquissimus fuit.

* * *

Attalus, qui Elatiæ hybernabat, cum satis sciret, *Eumenem* fratrem acerbissime quidem ferre, quod universæ Peloponnesi civitates nobilissima honoris monimenta, quæ ei posita fuerant, communi decreto sustulerant; sed eumdem apud omnes, quoniam esset animo, dissimulare; missis ad nonnullos Achæorum interpretibus, id agere est molitus, ut non modo imagines et statuæ, sed et decreta, honoris ejus causa tabulis incisa, restituerentur. Id vero agebat *Attalus*, tum quia persuasum habebat, gratissimum eum rem fratri fore, tum maxime ut eum-

τῆς αὐτοῦ προαιρέσεως ἐναποδείξασθαι τοῖς Ἕλλησι διὰ ταύτης τῆς πράξεως. A. U. 584.

V.

RES CRETENSIUM.

* * *

Cydoniorum perfidia in Apolloniatas.

XVI. Οἱ [1 Κυδωνιᾶται] Κρῆτες ἀνάξιον κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἐποίησαν πρᾶγμα, δεινὸν καὶ παράσπονδον 2 ὁμολογουμένως. 2 καὶ γὰρ, πολλῶν τοιούτων γενομένων κατὰ τὴν Κρήτην, ὅμως ἔδοξεν ὑπεραίρειν τὴν συνήθειαν 3 τὸ τότε γενόμενον. Ὑπαρχούσης γὰρ 3 αὐτοῖς οὐ μόνον φιλίας, ἀλλὰ συμπολιτείας πρὸς Ἀπολλωνιάτας, καὶ καθόλου κοινωνίας πάντων τῶν ἐν ἀνθρώποις νομιζομένων δικαίων, καὶ περὶ τούτων κειμένης ἐνόρκου συνθήκης 4 παρὰ τὸν Δία τὸν Ἰδαῖον· παρασπονδήσαντες τοὺς Ἀπολλωνιάτας, κατελάβοντο τὴν πόλιν, καὶ τοὺς μὲν ἄνδρας κατέσφαξαν, τὰ δὲ ὑπάρχοντα διήρπασαν, b καὶ τὰς γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα καὶ τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν διανειμάμενοι κατεῖχον.

1 Vocabulum Κυδωνιᾶται ex Diodoro Siculo inserui. 2 καὶ γὰρ correxi cum Reisk. Vulgo καίτοι. 3 αὐτοῖς οὐ μόνον ex conject. scripsi. Vulgo αὐτῆς. b Adjeci conjunct. quæ vulgo desiderabatur.

rem suam erga Eumenem fratrem et magnitudinem animi hoc testimonio declararet.

V.

Excerptum Valesianum.

* * *

XVI. PER id tempus indignum facinus, fœdum et manifeste perfidum a [*Cydoniatis*] *Cretensibus* admissum est. Tametsi enim multa ejusmodi in Creta insula fieri solent, nihilominus hoc, de quo nunc sermo est, ceteris omnibus antistare visum est. Nam cum non societas solum, sed etiam commune civitatis jus cum *Apolloniatis* ipsis intercederet, ac postremo omnia jura, quæ ab homínibus sacrosancta habentur, utrisque communia essent; cum ejus fœderis tabulæ sacramento utrimque firmatæ juxta ipsum simulacrum Jovis Idæi fixæ exstarent; tamen, calcata fœderis religione, Apolloniatarum urbem occuparunt, virisque omnibus trucidatis, ac bonis eorum direptis, uxores ac liberos omnemque agrum inter se diviserunt.

Ol. 152. 2. A. U. 584.

VI.

RES SYRIACÆ ET ÆGYPTIACÆ.

* * *

Bellum Antiochicum Ptolem. Philomet.

XVII. ΑΝΤΙΟΧΟΣ, ὁρῶν ἐκφανῶς ἤδη τοὺς κατὰ 1 τὴν Ἀλεξάνδρειαν παρασκευαζομένους εἰς τὸν περὶ Κοίλης Συρίας πόλεμον, εἰς μὲν τὴν Ῥώμην ἔπεμψε πρεσβευτὰς τοὺς περὶ Μελέαγρον· ἐντειλάμενος, λέγειν 2 τῇ συγκλήτῳ, καὶ διαμαρτύρασθαι, διότι παρὰ πάντα τὰ δίκαια Πτολεμαῖος αὐτῷ τὰς χεῖρας ἐπιβάλλει· * * [c]

* * *

Antiochus ad Pelusium.

Ἀντίοχος, ὁ βασιλεὺς, ἦν καὶ πρακτικὸς, καὶ τοῦ 3 τῆς βασιλείας ὀνόματος ἄξιος, πλὴν τῶν κατὰ τὸ Πηλούσιον [d] στρατηγημάτων.

[c] In fine hujus Eclogæ prætermissa ab Epitomatore ea fere puto, quæ in *vers. Lat.* conjectura nisus adjeci, uncis inclusa. [d] τοῦ π. σ. Πηλ. στρατηγήματος legitur in Excerpt. ex Diodoro.

VI.

Legatio LXXI.

* * *

XVII. *ANTIOCHUS* (*Epiphanes*) ubi vidit, manifesto jam Alexandrinos ad *Bellum pro Cœlesyria* se comparare; *Romam* quidem *legatum* misit Meleagrum, qui ipsius nomine patribus conscriptis nunciaret, et testans fœdera diceret, *præter omne jus a Ptolemæo se invadi*: [simul vero, præventurus Ægyptios, ipse, cum exercitu profectus, in Ægyptum impressionem fecit.]

* * *

(*Excerptum Valesianum.*)

Erat rex *Antiochus* [in illa expeditione] strenuus, et regio nomine se non indignum demonstravit; si *astutiam* excipias, qua *ad Pelusium* usus est.

ΤΗΣ ΕΙΚΟΣΤΗΣ ΟΓΔΟΗΣ

ΤΩΝ ΠΟΛΥΒΙΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

I.

RES IN ITALIA GESTÆ.

(I.) *Senatus datur* LEGATIS ANTIOCHI EPIPHANIS *et* PTOLEMÆI PHILOMETORIS.

* * *

Ol. 152. 3. A. U. 585. Bellum pro Coelesyria.

1. Τοῦ πολέμου τοῦ περὶ Κοίλης Συρίας ἤδη καταρχὴν λαβόντος Ἀντιόχῳ καὶ Πτολεμαίῳ τοῖς βασιλεῦσιν, ἦκον πρέσβεις εἰς τὴν Ῥώμην, παρὰ μὲν Ἀντιόχου, Μελέαγρος καὶ Σωσιφάνης καὶ Ἡρακλείδης· παρὰ δὲ
2 Πτολεμαίου, Τιμόθεος καὶ Δάμων. Συνέβαινε δὲ, κρατεῖν τὸν Ἀντίοχον τῶν κατὰ Κοίλην Συρίαν καὶ
3 Φοινίκην πραγμάτων. ἐξ οὗ γὰρ Ἀντίοχος, ὁ πατὴρ τοῦ νῦν λεγομένου βασιλέως, ἐνίκησε τῇ περὶ τὸ Πάνιον μάχῃ τοὺς Πτολεμαίου στρατηγοὺς, ἀπ' ἐκείνων τῶν χρόνων ἐκέκτηντο πάντες οἱ προειρημένοι τόποι τοῖς ἐν
4 Συρίᾳ βασιλεῦσι. Διόπερ ὁ μὲν Ἀντίοχος, ἡγούμενος τὴν κατὰ πόλεμον ἰσχυροτάτην καὶ καλλίστην εἶναι

Antiochi jura.

I.

(I.) *Legatio LXXII.*

* * *

1. QUUM jam esset *inchoatum* a regibus Antiocho et Ptolemæo *bellum pro Coelesyria*, Romam *legati* venerunt, *Antiochi* quidem, Meleager, Sosiphanes et Heraclides; *Ptolemæi* vero, Timotheus et Damon. Erat autem illo tempore Antiochus in Coele Syria et Phœnice rerum dominus. Nam postesquam Antiochus, pater illius, de quo nunc loquimur, regis, *ad Panium* duces Ptolemæi devicit, ex illo tempore omnia commemorata loca Syriæ regibus paruerunt. Itaque *Antiochus*, qui bello quæsitorum firmissimam atque

Ol. 152. 3. Ptolemæi jura.

κτῆσιν, ὡς ὑπὲρ ἰδίων ἐποιεῖτο τὴν σπουδήν· ὁ δὲ Πτο- 5
λεμαῖος, ἀδίκως ὑπολαμβάνων τὸν πρότερον Ἀντίοχον,
συνεπιθέμενον τῇ τοῦ πατρὸς ὀρφανίᾳ, παρῃρῆσθαι τὰς
κατὰ Κοίλην Συρίαν [a]πόλεις αὐτοῦ, οὐχ οἷός τε ἦν
Mandata utriusque ad senatum. ἐκείνῳ παραχωρεῖν τῶν τόπων τούτων. Διόπερ οἱ περὶ 6
τὸν Μελέαγρον ἦκον, ἐντολὰς ἔχοντες, μαρτύρεσθαι τὴν
σύγκλητον, διότι Πτολεμαῖος αὐτῷ παρὰ πάντα τὰ
δίκαια τὰς χεῖρας ἐπιβάλλει πρότερος· οἱ δὲ περὶ τὸν 7
Τιμόθεον, περί τε [b]τῆς τῶν φιλανθρώπων ἀνανεώσεως,
καὶ τοῦ διαλύειν τὸν πρὸς Περσέα πόλεμον, μάλιστα δὲ
παρατηρεῖν τὰς τῶν περὶ τὸν Μελέαγρον ἐντεύξεις.
Περὶ μὲν οὖν τῆς διαλύσεως οὐκ ἐθάῤῥησαν εἰπεῖν, 8
Μάρκου συμβουλεύσαντος αὐτοῖς Αἰμιλίου· περὶ δὲ
τῶν φιλανθρώπων ἀνανεωσάμενοι, καὶ λαβόντες ἀπο-
κρίσεις ἀπολούθους τοῖς ἀξιουμένοις, ἐπανῆλθον εἰς τὴν
Responsum senatus. Ἀλεξάνδρειαν. Τοῖς δὲ περὶ τὸν Μελέαγρον ἡ σύγ- 9
κλητος ἀπεκρίθη, διότι Κοΐντῳ Μαρκίῳ δώσει τὴν ἐπι-
τροπὴν, [c]γράψαι περὶ τούτων πρὸς Πτολεμαῖον, ὡς αὐτῷ
δοκεῖ συμφέρειν ἐκ τῆς ἰδίας πίστεως. Καὶ ταῦτα μὲν
οὕτως ἐχειρίσθη κατὰ τὸ παρόν.

[a] πόλεις αὐτοῦ Bav. [b] Alterum artic. inserui cum Reiskio. [c] Vulgo γράψαι τι. Delevi conjunct. monente eodem Reisk.

honestissimam possessionem esse existimabat, pro suis illa habebat. At *Ptolemæus*, ratus, superiorem Antiochum, contra jus et fas pupillari patris sui ætati insidiatum, urbes ipsi eripuisse, quas in Syria Cœla habuerat, nullo modo in animum poterat inducere, ut locis istis ei cederet. Propterea venit Meleager, ut senatum testaretur, *Ptolemæum contra omne jus priorem lacessere Antiochum*. Timotheus vero ad renovandam amicitiam venerat, et imponendum finem bello contra Perseum; præcipue autem ad observandos Meleagri cum Romanis congressus. Sed de pace quidem cum Perseo, Marci Æmilii consilium secutus, ne facere quidem verba est ausus: amicitiam vero ubi renovasset, et congruentia postulatis suis responsa accepisset, Alexandriam est reversus. Meleagro senatus respondit, *Quinto Marcio se permissurum, ut de iis rebus ad Ptolemæum scribat, ita ut esse e re populi Romani fideque sua viderit.* Et hæc quidem res in præsentia hoc pacto sunt administratæ.

(II.) *Audiuntur* Legati Rhodiorum. A. U. 585.

* * *

II. Κατὰ τοὺς καιροὺς τούτους ἦλθον καὶ παρὰ Frumentum petunt ex Sicilia.
Ῥοδίων πρέσβεις, ἤδη τῆς θερείας ληγούσης, Ἡγησί-
2λοχος, καὶ Νικαγόρας, καὶ Νίκανδρος· τήν τε φιλίαν
ἀνανεωσόμενοι, καὶ [d]σίτου θέλοντες ἐξαγωγὴν λαβεῖν,
ἅμα δὲ καὶ περὶ τῶν διαβολῶν ἀπολογησόμενοι, τῶν
3λεγομένων κατὰ τῆς πόλεως. Ἐκφανέστατα γὰρ ἐδό- Excusant factionum dissidia.
κουν στασιάζειν ἐν τῇ Ῥόδῳ, οἱ μὲν περὶ τὸν Ἀγα-
θάγητον καὶ Φιλόφρονα καὶ Ῥοδοφῶντα καὶ Θεαίτητον,
ἀπεκδεχόμενοι πάσας τὰς ἐλπίδας ἐπὶ Ῥωμαίους· οἱ δὲ
περὶ τὸν [e]Δείνωνα καὶ Πολυάρατον, ἐπὶ Περσέα καὶ
4Μακεδόνας. ἐξ ὧν πλειονάκις ἐν τοῖς ἐκείνων πράγμασιν
ἀντιῤῥήσεως [f]γενομένης, καὶ διελκομένων τῶν διαβουλίων,
ἐλάμβανον ἀφορμὰς οἱ βουλόμενοι λογοποιεῖν κατὰ τῆς
5πόλεως. Οὐ μὴν ἥ γε σύγκλητος τότε προσεποιήθη
τούτων οὐδέν, καίπερ σαφῶς εἰδυῖα τὰ γενόμενα παρ'
αὐτοῖς· σίτου δὲ δέκα μυριάδας μεδίμνων ἐξάγειν ἐκ
6Σικελίας [g]ἐφῆκαν. Ταῦτα μὲν οὖν ἡ σύγκλητος ἐχρη-
7μάτισε [h]ἰδίᾳ τοῖς Ῥοδίων πρεσβευταῖς. Ἀπολούθως δὲ
καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀπήντησε τοῖς ἀπὸ τῆς Ἑλλά-

[c]τὴν ὑπὲρ τῆς ἀπολύσεως χάριν αἰτησαμένου παρὰ τῶν
βασιλέων.

* * *

XII. Κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον Κότυς, ὁ τῶν Ὀδρυσῶν Cotyis legatio.
βασιλεὺς, ἀπέστειλε πρεσβευτὰς εἰς τὴν Ῥώμην· ἀξιῶν
ἀποδοθῆναι τὸν υἱὸν αὐτῷ, καὶ περὶ τῆς γενομένης πρὸς
2 Περσέα κοινοπραγίας δικαιολογούμενος. Οἱ δὲ Ῥω-
μαῖοι, νομίσαντες ἠνύσθαι σφίσι τὸ προκείμενον, τοῦ
πρὸς τὸν Περσέα πολέμου κατὰ νοῦν προκεχωρηκότος,
τὴν δὲ πρὸς Κότυν διαφορὰν πρὸς οὐδὲν ἔτι διατείνειν,
3 συνεχώρησαν αὐτῷ κομίζεσθαι τὸν υἱὸν, ὃς, ὁμηρείας
χάριν δοθεὶς εἰς Μακεδονίαν, ἑαλώκει μετὰ τῶν Περσέως
4 τέκνων· βουλόμενοι τὴν αὐτῶν πρᾳότητα καὶ μεγαλο-
ψυχίαν ἐμφαίνειν, ἅμα δὲ καὶ τὸν Κότυν αἰδούμενοι
διὰ τῆς τοιαύτης χάριτος.

(II.) L. Anicius *triumphat de Illyriis.*

* * *

XIII. Λεύκιος δ' Ἀνίκιος, Ἰλλυριοὺς καταπολεμή- Genthius in triumpho ductus.
σας, καὶ αἰχμάλωτον ἀγαγὼν [d]Γένθιον τὸν τῶν Ἰλλυ-

[c] τηώτην ὑπὲρ τῆς διαλύσεως suspicatus est Reisk. [d] Vulgo Γένθιον.

beneficiis acturum. Missum etiam fecerunt *Menalcidam* Lacedæmonium, qui gravibus regum temporibus sedulo erat abusus ad rem familiarem augendam; cujus liberationem *C. Popillius* loco beneficii a regibus petierat.

* * *

(*Legatio XCVI.*)

XII. Per idem tempus *Odrysarum* rex *Cotys* legatos Romam misit, *filium sibi reddi* postulans, et *de inita cum Perseo societate* rationem reddens. Romani, re jam perfecta quam destinaverant, quum ex animi sententia bellum adversus Perseum eis successisset, neque quidquam amplius ipsorum interesset, ut inimicitias cum Cotye exercerent, filium ei reducendum permiserunt, qui obses in Macedoniam a patre missus, una cum Persei liberis fuerat captus; ut eo pacto et benignitatem suam atque animi magnitudinem ostenderent, et Cotyi hoc beneficio honorem habuisse viderentur.

(II.) *Apud Athenæum Lib.* XIV. *Cap.* 1.

* * *

XIII. *L. Anicius*, is qui *Illyrios* debellavit, et *Genthium* Illyriorum regem cum liberis in triumphum duxit, ludis, quos victoriæ caussa edidit, ma-

Ol. 153. 1. ριῶν βασιλέα σὺν τοῖς τέκνοις, ἀγῶνας ἐστεφάνωσε τοὺς ἐπινικίους ἐν τῇ Ῥώμῃ, παντὸς γέλωτος ἄξια ἐποίησεν, ὡς Πολύβιος ἱστορεῖ ἐν τῇ τριακοστῇ. Μεταπεμ- 2
ψάμενος γὰρ τοὺς ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἐπιφανεστάτους τεχνίτας, καὶ σκηνὴν κατασκευάσας μεγίστην ἐν τῷ
Ludi Circenses. Κίρκῳ, πρώτους εἰσῆγεν αὐλητὰς ἅμα πάντας. οὗτοι 3
δ' ἦσαν Θεόδωρος ὁ Βοιώτιος, Θεόκομπος, Ἕρμιππος καὶ Λυσίμαχος, οἵ τινες ἐπιφανέστατοι ἦσαν. Τού- 4
τους δὲ στήσας ἐπὶ τὸ προσκήνιον μετὰ τοῦ χοροῦ, αὐλεῖν ἐκέλευσεν ἅμα πάντας. Τῶν δὲ διαπορευομένων 5
τὰς κρούσεις κατὰ τῆς ἁρμοζούσης κινήσεως, οὐκ ἔφη
Certamen tibicinum. καλῶς αὐτοὺς αὐλεῖν· ἀλλ' ἀγωνίζεσθαι μᾶλλον ἐκέ-
λευε. τῶν δὲ διαπορούντων, ὑπέδειξέ τις τῶν ῥαβδούχων 6
ἐπιστρέψαντας [f]ἀπαγαγεῖν ἐπ' αὐτούς, καὶ ποιεῖν ὡσανεὶ μάχην. ταχὺ δὲ συννοήσαντες οἱ αὐληταὶ, καὶ λαβόν- 7
τες [g]οἰκείαν ταῖς ἑαυτῶν ἀσελγείαις, μεγάλην ἐποιή-
σαντο σύγχυσιν. Συνεπιστρέψαντες γὰρ τοὺς μέσους 8
χοροὺς πρὸς τοὺς ἄκρους, οἱ μὲν αὐληταὶ φυσῶντες ἀδιανόητα καὶ διαφέροντες τοὺς αὐλοὺς, [h]ἀπῆγον ἀνὰ μέρος ἐπ' ἀλλήλους. ἅμα δὲ τούτοις ἐπιπτυποῦντες οἱ 9
χοροὶ καὶ συνεπεισιόντες τὴν σκηνὴν, ἐπεφέροντο τοῖς ἐναντίοις, καὶ πάλιν ἀνεχώρουν ἐκ μεταβολῆς. Ὡς δὲ 10
καὶ περιζωσάμενός τις τῶν χορευτῶν ἐκ τοῦ χοροῦ

[e] καὶ Λυσίμαχος debetur Valesio in Fragm. Polyb. Apud Athenæum vulgo legitur Ἕρμιππος ὁ Λυσίμαχος. Unde Ἑρμ. ὁ Λυσιμάχου vel Λυσιμάχου suspicatus est Casaub. [f] An ἐπαγαγεῖν? [g] Ad οἰκείαν Casaub. excidisse suspicatus est vocab. ἔσεσθαι. Valesius ἐξουσίαν. [h] An ἐπῆγον?

ximum risum concitavit, ut narrat Polybius *libro tricesimo*. Accitis enim e Græcia clarissimis artificibus, exstructaque in circo amplissima scena, primos induxit tibicines simul omnes, Theodorum Bœotum, Theopompum, Hermippum ac Lysimachum, qui tum totius Græciæ celeberrimi habebantur. Hos cum in proscenio statuisset una cum choro, simul canere omnes jussit. Illis vero modulato ac numeroso digitorum motu tibias percurrentibus, *Anicius* misit, qui admonerent, hujusmodi cantum non placere, jussitque ut potius *certarent*. Cum ambigerent *tibicines*, hærerentque ancipites, quidam e lictoribus significavit, ut in seipsos conversi concurrerent, ac pugnæ speciem ederent. Postquam quid sibi Anicius vellet intellexere, convenientem lasciviæ suæ licentiam nacti, omnia permiscuerunt. Medios quippe choros convertentes adversus extremos, ipsi quidem insana quædam ac dissonantia tibiis canentes, in se vicissim mutuo impetu ferebantur. Simul vero perstrepentes chori, et in scenam procurrentes, in adversos ruebant, ac rursus quasi terga dantes recedebant. Sed ubi nescio quis e choro, præcincta veste, repente sese obvertens, in tibicinem adversum manus sustulit, tam-

στραφεὶς ἦρε· τὰς χεῖρας ἀπὸ πυγμῆς πρὸς τὸν ἐπι- A. U. 587.
φερόμενον αὐλητήν, τότ' ἤδη πρότος ἐξαίσιος ἐγένετο,
11 καὶ κραυγὴ τῶν θεωμένων. Ἔτι δὲ τούτων ἐκ παρα- Saltatores.
τάξεως ἀγωνιζομένων, ὀρχησταὶ δύο εἰσήγοντο μετὰ
συμφωνίας εἰς τὴν ὀρχήστραν, καὶ πύκται τέσσαρες Pugiles.
ἀνέβησαν ἐπὶ τὴν σκηνὴν μετὰ σαλπιγκτῶν καὶ [1]βυκα-
12 νητῶν. ὁμοῦ δὲ τούτων πάντων ἀγωνιζομένων, ἄλεκτον
ἦν τὸ συμβαῖνον. Περὶ δὲ τῶν τραγῳδῶν, φησὶν ὁ
Πολύβιος, ὅτι ἐὰν ἐπιβάλωμαι λέγειν, δόξω τισὶ δια-
χλευάζειν.

II.

RES IN GRÆCIA GESTÆ.

(I.) *Res* ÆTOLORUM *et* EPIROTARUM.

* * *

XIV. Οἱ Αἰτωλοὶ τὸν βίον ἀπὸ ληστείας καὶ τῆς Cædes et
2 τοιαύτης παρανομίας εἰώθεισαν ἔχειν. Καὶ ἕως μὲν tumultus apud Ætolos.
ἐξῆν τοὺς Ἕλληνας φέρειν καὶ λεηλατεῖν, ἐκ τούτων
ἐπορίζοντο τοὺς βίους, πᾶσαν γῆν ἡγούμενοι πολεμίαν.
3 Μετὰ δὲ ταῦτα Ῥωμαίων ἐπιστάντων τοῖς πράγμασι,
κωλυθέντες τῆς ἔξωθεν ἐπικουρίας, εἰς ἑαυτοὺς κατήν-
4 τησαν. Καὶ πρότερον μὲν κατὰ τὸν ἐμφύλιον πόλεμον
5 οὐκ ἔστιν, ὃ τῶν δεινῶν οὐκ ἔπραξαν. Βραχεῖ δ' ἀνώ-

[1] βυκανητῶν ex edit. Basil. Athenæi restitui. βυκανητῶν Casaub.

quam pugilatu dimicaturus, tum vero immanis plausus clamorque spectantium excitatus est. Illis vero inter se adhuc dimicantibus, repente in orchestram *saltatores* duo processere cum symphonia: simul quatuor *pugiles* cum tubicinibus et buccinatoribus in scenam conscenderunt. Qui cum simul omnes inter se certarent, dici vix potest quale fuerit spectaculum. De *tragœdis* vero (ait Polybius) si quid dicere adgrediar, vereor ne quibusdam ludere videar ac jocari.

II.

(I.) *Excerpta Valesiana.*

* * *

XIV. ERAT in more institutoque *Ætolorum*, latrociniis atque hujusmodi sceleribus victum parare. Ac quamdiu quidem illis licuit Græciam populari, ea præda se sustentare consueverant, omnem agrum pro hostico habentes. Postea vero, ex quo Romani intenti rebus Græcorum esse cœperunt, cum aliena diripere non amplius sinerentur, in semet ipsos rabiem verterunt. Ac primum quidem civili bello nullum crudelitatis genus prætermiserunt. Paullo vero superiori memoria, gustato mutuo cruore in cæde illa ad

Ol. 153. 1. τρόπον χρόνῳ γεγευμένοι τοῦ φόνου τοῦ κατ' ἀλλήλων ἐν ταῖς κατὰ τὴν Ἀρσινοΐαν σφαγαῖς, ἕτοιμοι πρὸς πᾶν ἦσαν, ἀποτεθηριωμένοι τὰς ψυχάς, ὥστε μηδὲ βουλὴν διδόναι τοῖς προεστῶσι. Διόπερ ἦν ἀπρισίας καὶ παρα- 6
νομίας καὶ φόνου πλήρη τὰ κατὰ τὴν Αἰτωλίαν· καὶ τῶν πραττομένων παρ' αὐτοῖς ἐκ λογισμοῦ μὲν καὶ προβίσεως οὐδὲν ἐπετελεῖτο, πάντα δ' εἰκῇ καὶ φύρδην ἐπράττετο, καθάπερ εἰ λαίλαπός τινος ἐπεπτωκυίας εἰς αὐτούς.

*

Charops nequissimus hominum. Κατὰ τὴν Ἤπειρον παραπλήσια τούτοις ἔπραττον. 7
Ἐφ' ὅσον γὰρ οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων μετριώτεροι τῶν 8
κατὰ τὴν Αἰτωλίαν ἦσαν, ἐπὶ τοσοῦτον ὁ προεστὼς αὐτῶν ἀσεβέστερος καὶ παρανομώτατος ὑπῆρχε τῶν ἄλλων. δοκῶ γὰρ, μὴ γεγονέναι μηδ' ἔσεσθαι θηριωδέστερον 9
ἄνθρωπον, μηδὲ σκαιότερον, Χάροπος.

(II.) Æmilius Paulus *civitates Græciæ obit, et per Epirum Romam proficiscitur.*

* * *

Sicyon, Argos. XV. Ἐπισημηνάμενος δὲ τοῦ Σικυῶνος τὴν ὀχυρότητα, καὶ τὸ βάρος τῆς τῶν Ἀργείων πόλεως, ἦλθεν εἰς Ἐπίδαυρον.

*

Arsinoiam patrata, animis efferati, ad omnia parati erant; adeo ut ne principibus quidem, qui rempublicam gerebant, consultandi locum ullum darent. Itaque temeritate et violentia ac *cædibus plena* erant *cuncta in Ætolia*: et quæcumque ab iis tunc agebantur, ea non consilio ac ratione, sed temere ac tumultuarie fiebant, prorsus quasi atrox quædam procella in rempublicam eorum incubuisset.

*

Eadem in *Epiro* rerum facies erat. Quanto enim hic modestiores homines, quam in Ætolia erant; tanto sceleratior ac nequior horum princeps fuit. Prorsus enim sic existimo, nec tetriorem nec sæviorem *Charope* hominem umquam exstitisse, nec posthac exstiturum.

(II.) *Apud Suidam et Strabonem.*

* * *

XV. [*Æmilius Paulus,*] cum admiratus esset *Sicyonis* munitionem, et urbis *Argivorum* opes, *Epidaurum* adiit. (*Suidas in* Βάρος.)

*

2 Πάλαι μετέωρος ἦν εἰς τὴν τῆς Ὀλυμπίας θέαν ἄφρμησε. A. U. 587.

*

3 Λεύκιος Αἰμίλιος παρῆν εἰς τὸ τέμενος τὸ ἐν Ὀλυμπίᾳ, καὶ τὸ ἄγαλμα θεασάμενος ἐξεπλάγη, καὶ τοιοῦτον εἶπεν· ὅτι μόνος αὐτῷ δοκεῖ Φειδίας τὸν παρ' Ὁμήρῳ Δία μεμιμῆσθαι· διότι μεγάλην ἔχων προσδοκίαν τῆς Ὀλυμπίας, μείζω τῆς προσδοκίας εὑρηκὼς εἶη τὴν ἀλήθειαν. Jupiter Olympius.

* *

5 Τῶν Ἠπειρωτῶν ἑβδομήκοντα πόλεις Πολύβιός φησιν ἀνατρέψαι Παῦλον τὸν Αἰμίλιον μετὰ τὴν Μακεδόνων 6 καὶ Περσέως κατάλυσιν. Μολοττῶν δ' ὑπάρξαι τὰς πλείστας· τίνες δὲ καὶ δέκα μυριάδας ἀνθρώπων ἐξανδραποδίσασθαι. LXX oppida Epiri evertit Æmilius.

III.

Ol. 153. 2. A. U. 588.

RES IN ITALIA GESTÆ ANNO DLXXXVIII.

(I.) Prusias *Romam venit.*

* * *

XVI. Κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἦλθε καὶ Προυσίας ὁ Βασιλεὺς εἰς τὴν Ῥώμην, συγχαρησόμενος τῇ συγκλήτῳ 2 καὶ τοῖς [k]στρατηγοῖς ἐπὶ τοῖς γεγονόσιν. Ὁ δὲ Προυσίας οὗτος οὐδαμῶς γέγονεν ἄξιος τοῦ τῆς Βασιλείας Prusiæ turpis adulatio.

[k] στρατηγοῖς correxi cum viris doctis. Vulgo στρατιώταις edd. et MSti.

Jam olim cupidus spectandæ *Olympiæ*, eo profectus est. (*Suid. in Μιθρ.*)

*

L. Æmilius, in templum ingressus quod erat *Olympiæ*, et [*Jovis*] *statuam* contemplatus, obstupuit; dixitque, *solum Phidiam sibi videri Homericum Jovem expressisse: se enim, cum magnam Olympiæ expectationem habuisset, veritatem expectatione majorem reperisse.* (*Suid. in Φειδίας.*)

* *

Polybius scriptum reliquit: *Paulum Æmilium* LXX *urbes Epirotarum evertisse, Macedonibus et Perseo domitis; quarum plerasque fuisse* ait *Molossorum: eumdemque in servitutem abduxisse* CL *hominum millia.* (*Strabo Lib.* VII. *p.* 322.)

III.

(I.) *Legatio XCVII.*

* *

XVI. Eodem quoque tempore et Prusias, Bithyniæ rex, *Romam* venit, ad gratulandum senatui et imperatoribus de parta victoria. Hic autem *Prusias* nequaquam majestate regia ullo modo dignus erat; quod ex

Ol. 153. 2. προσχήματος· τεκμήραιτο δ' ἄν τις ἐκ τούτων· ὅς γε 3
πρῶτον μὲν, πρεσβευτῶν παραγεγονότων Ῥωμαϊκῶν πρὸς
αὐτὸν, ἐξυρημένος τὴν κεφαλὴν, καὶ πίλιον ἔχων, καὶ
τήβεννα, καὶ καλιγίους, ἀπήντα τούτοις, καὶ καθόλου
τοιαύτῃ διασκευῇ κεχρημένος, οἵαν ἔχουσιν οἱ προσ-
φάτως ἠλευθερωμένοι παρὰ Ῥωμαίοις, οὓς καλοῦσι
λιβέρτους. καὶ δεξιωσάμενος τοὺς πρεσβευτὰς, Ὁρᾶτε, 4
ἔφη, τὸν ὑμέτερον λίβερτον ἐμὲ, πάντα βουλόμενον
χαρίζεσθαι, καὶ μιμεῖσθαι τὰ παρ' ὑμῖν. ἧς ἀγεννε-
στέραν φωνὴν οὐ ῥᾴδιον [l] εἰπεῖν. [m] Τότε δὲ κατὰ τὴν 5
εἴσοδον [n] γενόμενος τὴν εἰς τὴν σύγκλητον, στὰς κατὰ
τὸ θύριτρον ἀντίος τοῦ συνεδρίου, καὶ καθεὶς τὰς χεῖρας
ἀμφοτέρας, προσεκύνησε τὸν οὐδὸν καὶ τοὺς καθημένους,
ἐπιφθεγξάμενος, Χαίρετε, θεοὶ σωτῆρες· ὑπερβολὴν οὐ
καταλιπὼν ἀνανδρίας, ἅμα δὲ καὶ [o] γυναικισμοῦ καὶ
κολακείας, οὐδενὶ τῶν ἐπιγενομένων. Ἀπόλουθα δὲ 6
τούτοις καὶ κατὰ τὴν κοινολογίαν, εἰσελθὼν, ἐπετε-
λέσατο· περὶ ὧν καὶ τὸ γράφειν [p] ἀπρεπὲς ἦν. Φανεὶς 7
δὲ τελέως εὐκαταφρόνητος, ἀπόκρισιν ἔλαβε δι' αὐτὸ
τοῦτο φιλάνθρωπον.

*

Eumenes Romam venire prohibetur.

XVII. Ἤδη δὲ τούτου τας ἀποκρίσεις εἰληφότος, 2
προσέπεσε, παραγίγνεσθαι τὸν Εὐμένη. Τοῦτο δὲ τὸ

[l] βέλτιον εἰπεῖν legitur apud Diodorum Sic. [m] Ante τότε δὲ ex eodem Diodoro restituenda Polybio videntur hæc fere verba: τελλὰ δὲ καὶ ἄλλα τούτοις παραπαλήσια διατρέξαντ· καὶ τότε δὲ &c. [n] γενόμενος, quod abest vulgo, inserui ex Diod. [o] Mendose vulgo γυναικισμοῦ. [p] ἃ suspicatus est Reisk. Mihi intercidisse partic. ἄν videtur.

his facile aliquis colligat. Primum enim, quum legati ad ipsum Romani venissent, raso capite, pileatus, togatus, calceatus obviam iis processerat, plane eo habitu, qualis solet esse apud Romanos recens manumissorum, quos *libertos* vocant: et quum legatos salutasset, *Ecce me*, inquit, *vestrum libertum, omnia vestra causa cupientem, instituta omnia vestra imitari paratum.* Qua voce nulla fingi potest minus generosa. Tunc vero ingressus curiam, ad januam stans curiæ ex adverso patrum, demissis manibus limen salutavit senatorumque consessum, et simul, *Salvete*, inquit, *dii servatores mei.* Quæ vox adeo indigna viro est, adeo muliebres sapit blanditias et adulationem, ut nihil fœdius ventura post ætas sit latura. Similis istis et oratio fuit, quam ingressus curiam habuit: cujus vel meminisse hoc loco dedecet. Hujus summa vilitate animadversa, Romani responsum tanto benignius dederunt.

*

XVII. Postquam Prusiæ responsum illud dedit senatus, adlata est fama, adventare *Eumenem*: quæ res sollicitos non mediocriter habuit patres.

πρᾶγμα πολλὴν ἀπορίαν παρέσχε τοῖς ἐν τῷ συνεδρίῳ. A. U. 588.
διαβεβλημένοι γὰρ πρὸς αὐτὸν, καὶ διαλήψεις ἀμεταβίτους ἔχοντες, οὐκ ἐβούλοντο κατ' οὐδένα τρόπον
3 ἐμφανίζειν αὐτούς. Πᾶσι γὰρ ἀναδεδειχότες πρῶτον καὶ μέγιστον φίλον τὸν βασιλέα τοῦτον, ἔμελλον, εἰς ὄψιν ἐλθόντες, καὶ προσδεξάμενοι δικαιολογίαν, εἰ μὲν τὸ δοκοῦν ἀποκριθεῖεν ἀκολουθοῦντες ταῖς ἰδίαις διαλήψεσιν, ἐκθειατρισῖν αὐτοὺς, εἰ τοιοῦτον ἄνθρωπον ἐπὶ
4 τοσοῦτον ἐξετίμησαν ἐν τοῖς ἀνώτερον χρόνοις· εἰ δὲ [q]δουλεύοντες τῇ τῶν ἐντὸς φαντασίᾳ φιλανθρώπως ἀποκριθεῖεν, παρόψεσθαι τὴν ἀλήθειαν καὶ τὸ τῇ πατρίδι
5 συμφέρον. Διόπερ ἐξ ἑκατέρας τῆς ἀποφάσεως μέλλοντος ἀτιθάνου τινὸς αὐτοῖς ἐξακολουθήσειν, [r]εὕροντο
6 λύσιν τοῦ προβλήματος τοιαύτην. Ὡς γὰρ καθόλου δυσαρεστούμενοι ταῖς τῶν βασιλέων ἐπιδημίαις, δόγμα τι τοιοῦτον ἐξέβαλον· Μηδένα βασιλέα παραγίγνεσθαι Reges prohibentur
7 πρὸς αὐτούς. Μετὰ δὲ ταῦτα πυθόμενοι τὸν Εὐμένη Italia.
καταπεπλευκέναι τῆς Ἰταλίας εἰς Βρεντέσιον, ἐπαπέστειλαν τὸν ταμίαν, φέροντα τὸ δόγμα, καὶ κελεύοντα λέγειν πρὸς αὐτὸν, εἴ τι τυγχάνει τῆς συγκλήτου
8 χρείαν ἔχων· εἰ δὲ μηδενὸς δεῖται, παραγγελοῦντα τὴν
9 ταχίστην αὐτὸν ἐκ τῆς Ἰταλίας ἀπαλλάττεσθαι. Ὁ δὲ βασιλεὺς, συμμίξαντος αὐτῷ τοῦ ταμίου, γνοὺς τὴν τῆς συγκλήτου προαίρεσιν, εἰς τέλος ἀπεσιώπησεν,

[q] δουλεύοντες correxit Ursin. βουλεύοντες MSti. [r] εὗρον τὴν λύσιν Bav.

Nam quum odium illius concepissent, certaque ac fixa staret illis sententia; indicium tamen hujus suæ voluntatis nullo pacto dare volebant. Qui enim omnibus ostenderant, regem se *Fumenem* omnium primum et maximum ex populi Romani amicis habere; hi, si nunc eidem, in conspectum suum ad causam dicendam admisso, responsum ex animi sui sententia dedissent, imprudentiam suam publicaturi erant, qui hominem iis moribus tanti fecissent antea: sive, famæ publicæ serviendo, benigne ei respondissent, in veritatem et utilitatem patriæ erant peccaturi. Quoniam igitur utroque modo eventura erant, quæ nollent, huic incommodo sic occurrerunt. Nam quasi in universum ipsis displiceret Romam adventus regum, *senatusconsultum* est ab iis editum, quo *vetabant, reges ullos ad se venire.* Deinde certiores facti, *Eumenem* Brundusium in Italiam adpulisse, quæstorem ad eum miserunt, qui decretum senatus ei adferret, et *dicere* eum juberet, *ecquid ope senatus is aliquo esset ei opus: quod si patres nihil posceret,* denunciaret ei, ut *quam primum Italia excederet.* Rex, habito cum quæstore colloquio, intellecta senatus voluntate, verbum nullum commutavit, *nulla re opus habere*

Ol. 153. 2. οὐδενὸς [a]φήσας προσδεῖσθαι. Καὶ δὴ τούτῳ τῷ τρόπῳ 10
συνέβη τὸν Εὐμένη κωλυθῆναι τῆς εἰς τὴν Ῥώμην ἀνα-
Eumenem deprimunt Romani. βάσεως. Συνηκολουθήκει δὲ καὶ ἕτερόν τι πραγματικὸν 11
τούτῳ τῷ διαβουλίῳ. μεγάλου γὰρ ὑπὸ τῶν Γαλατῶν 12
ἐπικρεμαμένου κινδύνου τῇ βασιλείᾳ, προφανὲς ἦν, ὅτι
διὰ τὸν σκυβαλισμὸν τοῦτον οἱ μὲν τοῦ βασιλέως σύμ-
μαχοι ταπεινωθήσονται πάντες, οἱ δὲ Γαλάται διπλα-
σίως ἐπιῤῥωσθήσονται πρὸς τὸν πόλεμον. Διὸ, πάντη 13
πάντως βουλόμενοι ταπεινοῦν αὐτὸν, ἐπὶ ταύτην κατην-
Legatis datur senatus. έχθησαν τὴν γνώμην. Τούτων δὲ γιγνομένων ἔτι [t]κατὰ 14
τὰς ἀρχὰς τοῦ χειμῶνος, λοιπὸν ἡ σύγκλητος ἅπασι
τοῖς παραγεγονόσι κατὰ πρεσβείαν (οὐ γὰρ ἦν οὔτε 15
πόλις, οὔτε δυνάστης, οὔτε βασιλεὺς, ὃς οὐκ ἀπε-
στάλκει πρεσβείαν κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, τὴν συγ-
χαρησομένην ἐπὶ τοῖς γεγονόσιν·) οἷς ἅπασιν οἰκείως 16
ἀπήντησε καὶ φιλανθρώπως, πλὴν τῶν Ῥοδίων. τούτους 17
δὲ παρέπεμπε, ποικίλας ἐμφάσεις ποιοῦσα περὶ τοῦ
μέλλοντος. Ἐπείχετο δὲ καὶ κατὰ τοὺς Ἀθηναίους.

(II.) *Legatio Atheniensium.*

*

Petunt de Haliarto, Delo et Lemno. XVIII. [u]Οἱ Ἀθηναῖοι παρεγένοντο πρεσβεύοντες, τὸ
μὲν πρῶτον ὑπὲρ τῆς τῶν Ἁλιαρτίων σωτηρίας. παρα- 2

[a] φήσας correxi cum Reiskio. Vulgo φήσαντος. [t] κατὰ τὰς ἀρχὰς ex conject. scripsi. Vulgo κατ' ἀρχὰς. [u] Proxime hæc cohærent cum præcedenti ecloga. adeoque legendum videtur Οἱ μὲν γὰρ.

se confirmans. Hoc pacto consecuti sunt Romani, ne *Eumenes* Romam veniret. Sed et aliud quid præterea hoc senatusconsulto sunt consecuti, quod adprime ad rem faciebat. Nam quum ingens illi regno periculum immineret a Gallogræcis; non erat dubium, quin propter hanc contumeliosam Eumenis rejectionem amicis quidem omnibus illius animi conciderent, Galatæ vero duplo ad persequendum bellum animosiores essent futuri. Qui igitur cuperent omnibus modis Eumenem deprimere, hoc consilium iniverunt. Atque hæc ineunte hieme sunt facta. Secundum quæ omnibus legationibus datus est senatus. Nulla namque fuit civitas, nullus dynasta, nullus rex, qui tempore illo legatos ad gratulandum populo Romano non misisset: quibus omnibus benevole et comiter responsum est, exceptis *Rhodiis;* quibuscum senatus contemtius egit, modo spe, modo metu in posterum ostentato. Verum etiam erga *Athenienses* continuit se senatus.

(II.) *Legatio XCVIII.*

* * *

XVIII. Venerant Romam *Atheniensium legati*, præcipue quidem ad deprecandum pro salute *Haliartiorum*. Quæ illorum oratio quum audita esset

νουμένοις δὲ περὶ τούτου τοῦ μέρους, ἐκ μεταβάσεως A. U. 568.
διελέγοντο περὶ Δήλου καὶ Λήμνου, καὶ τῆς τῶν
Ἁλιαρτίων χώρας, εἰς ἑαυτοὺς ἐξαιτούμενοι τὴν κτῆσιν·
3 εἶχον γὰρ διττὰς ἐντολάς. Οἷς περὶ μὲν τῶν κατὰ
Δῆλον καὶ Λῆμνον οὐκ ἄν τις ἐπιτιμήσειε, διὰ τὸ καὶ
πρότερον ἀντιποιεῖσθαι τῶν νήσων τούτων· περὶ δὲ τῆς De Haliarto iniqua petitio.
τῶν Ἁλιαρτίων χώρας εἰκότως ἄν τις καταμέμψαιτο.
4 Τὸ γὰρ, πόλιν σχεδὸν ἀρχαιοτάτην τῶν κατὰ τὴν
Βοιωτίαν, ἐκταικυῖαν, μὴ συνεπανορθοῦν κατὰ πάντα
τρόπον, τὸ δ' ἐναντίον ἐξαλείφειν, ἀφαιρουμένους καὶ
5 τὰς εἰς τὸ μέλλον ἐλπίδας τῶν ἠληρηκότων· δῆλον, ὡς
οὐδενὶ μὲν ἂν δόξαι τῶν Ἑλλήνων καθήκειν, ἥκιστα δὲ
6 τῶν ἄλλων Ἀθηναίοις. Τὸ γὰρ τὴν μὲν ἰδίαν πατρίδα
κοινὴν ποιεῖν ἅπασι, τὰς δὲ τῶν ἄλλων ἀναιρεῖν, οὐδα-
7 μῶς οἰκεῖον ἂν φανείη τοῦ τῆς πόλεως ἤθους. Πλὴν Delus et Lemnus dantur Atheniensibus.
ἥ γε σύγκλητος καὶ τὴν Δῆλον αὐτοῖς ἔδωκε καὶ τὴν
Λῆμνον. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τοὺς Ἀθηναίους τοιαύτην
ἴσχε διάθεσιν.

(III.) *Legatio Rhodiorum.*

*

XIX. Κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον Θεαίτητος, εἰσελθὼν Theætetus moritur Romæ.
εἰς τὴν σύγκλητον, λόγους μὲν ἐποιήσατο περὶ τῆς
2 συμμαχίας· ὑπερθεμένης δὲ τῆς συγκλήτου τὸ διαβού-

contentim, aliud agere cœperunt, et sermone de *Delo*, *Lemno* atque agro Haliartiorum instituto, eorum sibi possessionem depoposcerunt: acceperant enim de his rebus duplicia mandata. Ac quæ ad *Delum* quidem et *Lemnum* quod adtinet, cur quisquam reprehendat, causæ nihil dici potest; nam etiam antea ea loca sibi Athenienses vindicaverant: de *Haliartiorum* vero agro, jure aliquis eis succenseat. Urbem enim omnium ferme Bœoticarum antiquissimam, gravi casu oppressam, non adjuvare modis omnibus, ut in integrum restitueretur, sed contra delere velle ex hominum memoria, præcisa miseris spe etiam omni aliquando se erigendi: hoc vero cum Græcorum nemini, tum autem minus, quam ceteris, conveniat Atheniensibus. Parum enim moribus atque institutis ejus civitatis congruat, communem omnibus patriam urbem suam declarare, et suas aliis patrias ire deletum. Ceterum *Delum et Lemnum* dedit eis senatus. Et Atheniensium quidem res ita se habebant.

(III.) *Legatio XCIX.*

*

XIX. Eodem etiam tempore *Theæteto*, quum ei senatus esset datus, de societate verba fecit. Sed dum patres moras nectunt, illum interea fatum

Ol. 183. 2. λιον, οὗτος μὲν μετήλλαξε τὸν βίον κατὰ φύσιν, ἔτη
Caunii exsules. γὰρ εἶχε πλείω τῶν ὀγδοήκοντα. Παραγενομένων δὲ 3
φυγάδων ἔκ τε Καύνου καὶ Στρατονικείας εἰς τὴν Ῥώμην,
καὶ παρελθόντων εἰς τὴν σύγκλητον· [t]ἐγένετο δόγμα,
Ῥοδίους ἐξάγειν τὰς φρουρὰς ἔκ τε Καύνου καὶ Στρα-
τονικείας. Οἱ δὲ περὶ τὸν Φιλόφρονα καὶ Ἀστυμή- 4
δην, λαβόντες ταύτην τὴν ἀπόκρισιν, ἀπέπλευσαν κατὰ
σπουδὴν εἰς τὴν οἰκείαν· δεδιότες, μὴ παροξύσαντες 5
οἱ Ῥόδιοι περὶ τοῦ τὰς φρουρὰς ἐξαγαγεῖν, αὖθις
ἄλλην ἀρχὴν ἐγκλημάτων ποιήσωσιν.

IV.

RES PELOPONNESI.

* * *

Callicrates proditor Achæor. XX. ΚΑΤΑ τὴν Πελοπόννησον, παραγενομένων τῶν
πρεσβευτῶν, καὶ διασαφούντων τὰ κατὰ τὰς ἀποκρί-
σεις, οὐκ ἔτι θόρυβος ἦν, ἀλλ' ὀργὴ καὶ μῖσος ἐκφανὲς
πρὸς τοὺς περὶ τὸν Καλλικράτην.

exosus omnibus. [u]Τοῦ περὶ Καλλικράτην μίσους καὶ Ἀνδρωνίδαν καὶ 2
τοὺς λοιποὺς, ὁμογνώμονας τούτων, οὕτως ἂν τις τεκμή-
ραιτο. Τῆς γὰρ τῶν Ἀντιγονείων πανηγύρεως ἐν τῷ 3
Σικυῶνι συντελουμένης, καὶ τῶν βαλανείων ἁπάντων
ἐχόντων τάς τε κοινὰς [x]μάκτρας καὶ πύελους ταύταις

[t] ἐγένετο δόγμα, Ῥοδίους ἐξάγειν Casauboni hoc debetur ingenio. ἐγένετο δόγμα Ῥοδίους ἐξάγειν Ursin. cum MStis. quod teneri poterat, ni fallor, debebatque inserto commate post Ῥοδίους. [u] Τὸ περὶ Καλλ. μῖσος aut Τὸ μίσος τοῦ περὶ Καλλ. μίσους voluit Reisk. [x] Mendose vulgo μαγκὰς.

occupat: erat enim octogenario major. Deinde advenerunt Romam *Caunii et Stratonicenses* exsules. Qui postquam in senatu essent auditi, factum est *senatusconsultum*, quo jubebantur *Rhodii, præsidia Cauno et Stratonicea educere*. Eo responso accepto, *Philophron et Astymedes* festinanter in patriam sunt profecti: verebantur enim, ne, Rhodii si præsidia educere negiexissent, aliarum denuo calamitatum principium suæ civitati exoriretur.

IV.

Legatio CIII. et Excerpt. Vales.

* * *

XX. IN Peloponneso, postquam reversi sunt legati, et responsa quæ acceperant ediderunt, non jam tumultuari omnes, sed iram atque odium palam concipere adversus *Callicratem*. Quantum fuerit odium omnium adversus *Callicratem* et *Andronidam* reliquosque ejusdem factionis, vel hinc liquido perspici potest. Cum solenne festum, quod *Antigonia* vocant, *Sicyone* celebraretur, atque in omnibus balneis communes mactræ et labra

παρακειμένας, εἰς ἃς οἱ κομψότεροι τῶν ἀνθρώπων A. U. 588.
4 εἰώθασι κατ' ἰδίαν ἐμβαίνειν· [y] εἰς ταύτας ὅτε τις Callicrates exosus
καθείη τῶν περὶ τὸν Ἀνδρωνίδαν καὶ Καλλικράτην, Achæis.
οὐδεὶς ἐτόλμα τῶν ἐφεστώτων ἔτι [z] καθιέναι, πρὶν ἢ τὸν
βαλανίτην τὸ μὲν ὑπάρχον ὕδωρ ἀφιέναι πᾶν, ἕτερον
5 δὲ καθαρὸν ἐγχέαι. τοῦτο δ' ἐποίουν, ὑπολαμβάνοντες
ὡσανεὶ μιαίνεσθαι καθιέντες εἰς ταυτὸ τοῖς προειρημένοις
6 ὕδωρ. Τοὺς δὲ συριγμοὺς τοὺς ἐν ταῖς κοιναῖς πανη-
γύρεσι τῶν Ἑλλήνων καὶ τοὺς χλευασμοὺς, ὅτε τις
[a] ἐπιβάλοιτο κηρύττειν τινὰ τῶν προειρημένων, οὐδ' ἂν
7 ἐξηγήσαιτο ῥᾳδίως οὐδείς. Ἐθάῤῥει δὲ καὶ τὰ παι-
δάρια κατὰ τὰς ὁδοὺς, ἐκ τῶν διδασκαλείων ἐπανά-
γοντα, κατὰ πρόσωπον αὐτοὺς προδότας ἀποκαλεῖν.
Τοιαύτη τις ὑπέδραμε προσκοπὴ καὶ μῖσος κατὰ τῶν
προειρημένων.

[y] Sic ex conject. correxi, monente ex parte Reiskio. Vulgo εἰ ταύταις ὅστε τις καθίη. [z] καθιέναι ex conject. scripsi, pro vulgato κατιέναι, et v. 5. καθιέντες, pro κατιέντες. [a] ἐπιβάλοιτο correxi cum Reisk. Vulgo ἐπιβάλοι.

essent, in quæ elegantiores homines seorsim descendere consueverant; si sorte *Andronidas* aut *Callicrates* lavandi causa in solium aliquod descendisset, nemo posthac ex iis, qui supervenerant, eodem descendere prius sustinebat, quam balneator, pristina aqua omni egesta, puram nitidamque de novo infudisset: quippe veluti contaminari se existimabant omnes, si eadem ac illi aqua lavarentur. Quibus vero sibilis ac sannis in publicis Græciæ conventibus fuerint excepti, si quando aliquis quempiam ex illis publice laudare esset ausus, ne dicendo quidem satis exprimi possit. Ipsi pueri, e scholis redeuntes, coram *proditores* eos adpellare per vicos non verebantur. Tanta omnium offensio, tantumque odium, adversus illos homines gliscebat.

ΤΗΣ ΤΡΙΑΚΟΣΤΗΣ ΠΡΩΤΗΣ

ΤΩΝ ΠΟΛΥΒΙΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

I.

RES ANNI URBIS DLXXXIX.

(I.) *Legatio* RHODIORUM *Romam.*

* * *

Ol. 153. 3. A. U. 589. Cretensium bellum intestinum.

1. [a]ΕΠΟΛΕΜΗΣΑΝ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον Κνώσσιοι μετὰ Γορτυνίων πρὸς τοὺς Ῥαυκίους, καὶ συνθήκας ἐποιήσαντο πρὸς ἀλλήλους ἐνόρκους, μὴ πρότερον λύσειν τὸν πόλεμον, πρὶν ἢ κατὰ κράτος ἑλεῖν τὴν Ῥαῦκον.

Rhodii denuo petunt societatem Romanor.

2 Οἱ δὲ Ῥόδιοι, νομισάμενοι τὰ περὶ τῶν Καυνίων, καὶ θεωροῦντες οὐ καταλήγουσαν τὴν ὀργὴν τῶν Ῥωμαίων, ἐπειδὴ περὶ πάντων ἀπολούθως ταῖς ἀποκρίσεσιν ἐπιθάρχησαν, εὐθέως τοὺς περὶ Ἀριστοτέλην πρεσβευτὰς καταστήσαντες, ἐξέπεμπον εἰς τὴν Ῥώμην, δόντες 3 ἐντολὰς, πειράζειν πάλιν περὶ τῆς συμμαχίας. Οἱ καὶ παραγενηθέντες εἰς τὴν Ῥώμην θερείας ἀκμαζούσης, εἰσῆλθον εἰς τὴν σύγκλητον, καὶ παραυτίκα περὶ τοῦ

[a] ἐξεπολέμησαν e suo codice in notis citavit Ursinus et sic est in Bav.

I.

(I.) *Legatio C.*

* * *

1. PER id tempus *Cnossii* et *Gortynii* bellum cum *Rhauciis* gerebant, icto fœdere inter ipsos, quod et jurejurando firmaverant, non prius se bellandi finem facturos, quam Rhaucum vi expugnassent. *Rhodii*, cognita senatus voluntate de *Cnossiis*, quum viderent nihil remittere Romanorum iram; obsecuti per omnia eorum responsis, *legationem Romam* miserunt, cujus princeps *Aristoteles* erat. His mandatum erat, ut societatis iterum mentionem facerent, in eamque curam incumberent. Ii quum media æstate in urbem venissent, et, dato ipsis senatu, post expositum Rhodiorum obse-

Ol. 153. 3. πεπεισθαρχηκέναι τὸν δῆμον τοῖς ἐπιταττομένοις διεσαφουν, καὶ παρεκάλουν ὑπὲρ τῆς συμμαχίας, πολλοὺς καὶ ποικίλους διαθέμενοι λόγους. Frustra. Ἡ δὲ σύγκλητος 4 ἔδωκεν ἀπόκρισιν, ἐν ᾗ τὴν μὲν φιλίαν παρεσιώπησε, περὶ δὲ τῆς συμμαχίας οὐκ ἔφη καθῆκειν αὐτῇ τοῦτο συγχωρεῖν Ῥοδίοις κατὰ τὸ παρόν.

(II.) *Legatio* Gallogræcorum.

* * *

Libertas conceditur Gallogræcis. II. Τοῖς παρὰ τῶν ἐκ τῆς Ἀσίας Γαλατῶν πρεσβευταῖς συνεχώρησαν τὴν αὐτονομίαν, μένουσιν ἐν ταῖς ἰδίαις κατοικίαις, καὶ μὴ στρατευομένοις ἐκτὸς τῶν ἰδίων ὅρων.

(III.) *Res* Antiochi Epiphanis.

* * *

Pompam magnificam ducit Antiochus. III. Ὁ Ἀντίοχος, ἀκούσας τοὺς ἐν Μακεδονίᾳ συντετελεσμένους ἀγῶνας ὑπὸ Αἰμιλίου Παύλου, τοῦ Ῥωμαίων στρατηγοῦ, βουλόμενος τῇ [b] μεγαλοεργίᾳ ὑπερᾶραι τὸν Παῦλον, ἐξέπεμψε πρέσβεις καὶ θεωροὺς εἰς τὰς πόλεις, καταγγελοῦντας [c] τοὺς ἐσομένους ἀγῶνας ὑπ' αὐτοῦ ἐπὶ Δάφνης· ὡς πολλὴν γενέσθαι τῶν Ἑλλήνων σπουδὴν εἰς τὴν ὡς αὐτὸν ἄφιξιν. Ἀρχὴν δ' ἐποιήσατο 2 τῆς πανηγύρεως τὴν πομπείαν, οὕτως ἐπιτελεσθεῖσαν.

[b] Post *μεγαλοεργίᾳ* vulgo addunt *δωρεᾷ*. Delevi otiosum vocab. *καὶ τῇ δωρεᾷ* ex ing. edidit Ursinus. [c] *τοὺς ἐσομ. ἀγῶνας.* Persuasum habemus non sic scriptum reliquisse Polybium. Fortasse *τοὺς συντελεσθησομένους ἀγῶνας.*

quium in omnibus quæ imperata fuerant, ad societatem multis variisque rationibus patres essent hortati; senatus ita respondit, ut, nulla mentione amicitiæ facta, *societatem quod attinet, non decere se in præsentia* diceret, *Rhodiis eam indulgere.*

(II.) *Legatio CII.*

* * *

II. *Legatis*, qui a *Gallogræcis* fuerant missi, permiserunt patres, suis ut legibus uterentur; modo intra proprias habitationes sese continerent, et extra fines armati non prodirent.

(III.) *Polyb. apud Athenæum Lib.* V. *cap.* 5. *et* X. *c.* 10.

* * *

III. Antiochus, quum rescivisset de *ludis*, ab *Æmilio Paulo* Romanorum imperatore celebratis in Macedonia, volens magnificentia superare Paulum, ad civitates misit oratores sacros- que legatos, qui nunciarent ludos, quos *ad Daphnen* esset exhibiturus: quo factum est, ut ingenti studio Græci ad eum convenirent. Totius celebritatis initium fecit a *pompa*, quæ tali modo ducta est. Præibant hominum

A. U. 589. Pompam ducit Antiochus.

3 Καθηγοῦντό τινες, Ῥωμαϊκὸν ἔχοντες καθοπλισμὸν ἐν θώραξιν ἀλυσιδωτοῖς, ἄνδρες ἀκμάζοντες ταῖς ἡλικίαις πεντακισχίλιοι. μεθ' οὓς Μυσοὶ πεντακισχίλιοι συν-
4 εἵποντο. Κίλικες δ' εἰς τὸν τῶν εὐζώνων τρόπον καθωπλισμένοι τρισχίλιοι, χρυσοῦς ἔχοντες στεφάνους.
5 ἐπὶ δὲ τούτοις Θρᾷκες τρισχίλιοι, καὶ Γαλάται [b]πεντακισχίλιοι, ἄλλοι δ' ἀργυράσπιδες, οἷς ἐπηκολούθει μονομάχων ζεύγη διακόσια τεσσαράκοντα. Τούτων
6 κατόπιν ἦσαν ἱππεῖς [c]Νισαῖοι μὲν χίλιοι, πολιτικοὶ δὲ τρισχίλιοι, ὧν οἱ μὲν πλείους ἦσαν χρυσοφάλαροι καὶ
7 χρυσοστέφανοι, οἱ δ' ἄλλοι ἀργυροφάλαροι. Μετὰ δὲ τούτους ἦσαν οἱ λεγόμενοι ἑταῖροι ἱππεῖς· οὗτοι δὲ ἦσαν εἰς χιλίους, πάντες χρυσοφάλαροι. τούτοις συν-
8 εἶχε τὸ τῶν φίλων σύνταγμα, ἴσον καὶ κατὰ τὸ πλῆθος καὶ κατὰ τὸν κόσμον. Ἐπὶ δὲ τούτοις ἐπίλεκτοι χίλιοι· οἷς ἐπηκολούθει τὸ καλούμενον Ἄγημα, πρά-
9 τιστον εἶναι δοκοῦν σύστημα τῶν ἱππέων, περὶ χιλίους. Τελευταῖα δ' ἦν ἡ κατάφρακτος ἵππος, οἰκείως τῇ προσηγορίᾳ τῶν ἵππων καὶ τῶν ἀνδρῶν ἐσκεπασμένων
10 τοῖς ὅπλοις. ἦσαν δὲ καὶ αὐτοὶ χίλιοι καὶ πεντακόσιοι. Πάντες δ' οἱ προειρημένοι εἶχον πορφυρᾶς ἐφαπτίδας,
11 πολλοὶ δὲ καὶ διαχρύσους καὶ ζωωτάς. Ἐξίππα μὲν ἦν ἑκατόν, τέθριππα δὲ [d]τεσσαράκοντα. ἔπειτα ἐλεφάν-
των ἅρμα καὶ συνωρίς. καθ' ἕνα δὲ εἵποντο ἐλέφαντες

[b] Post *πεντακισχίλιοι* excidisse suspicatus est Reiskius verba *οἱ μὲν χρυσόστι-*
φοι. [c] *Νισαῖοι* correxi, monente Casaub. Mendose vulgo *Πισαῖοι*. [d] *τετρα-*
κόσια suspicari licet cum Reiskio.

state florentium millia quinque, Romanorum instar armatorum, cum hamatis loricis. Sequebantur continenter Mysi totidem: ab his Cilicum tria millia, in modum levis armaturæ instructorum, aureas coronas gestantium. Post hos Thracum tria, et Galatarum quinque millia, aliique cum argenteis scutis; quos sequebantur gladiatorum paria ducenta et quadraginta. Horum a tergo fuerunt equites *Nisæi* mille, urbani vero ter mille, quorum plerique cum aureis phaleris et coronis, alii cum argenteis. His succedebant equites, qui *amici* et *sodales* vocantur, circiter mille, aureis phaleris omnes ornati. Quibus proxima fuit *amicorum legio*, numero illis par et ornatu. Post hos delecti mille progressi sunt; quos secutum est *Agema* quod vocatur, quod validissimum habetur equitum corpus: et hi mille erant numero. Postremi fuere cataphracti equites, ab armis nomen habentes, quibus et viri et equi tecti sunt, quingenti supra mille. Erant autem omnibus istis, quos modo recensuimus, paludamenta purpurea, quibusdam auro distincta, aut animantium imaginibus picturata. Currus sejuges centum erant, quadrigæ vero quadraginta; tum *currus elephantis*

Ol. 153. 3. Pompam ducit Antiochus.

[a]διεσκευασμένοι τριάκοντα καὶ ἕξ. Τὴν δ' ἄλλην σομ- 12
πὴν λέγειν ἐστὶ δυσίφικτον, ὡς ἐν κεφαλαίῳ δὲ λεκτέον.
Ἔφηβοι μὲν γὰρ ἐπόμπευσαν εἰς ὀκτακοσίους, χρυσοῦς
ἔχοντες στεφάνους· βόες δ' εὐτραφεῖς περὶ χιλίους·
[f]θεωρίαι δὲ βραχὺ λείπουσαι τριακοσιῶν· ἐλεφάντων
δ' ὀδόντες ὀκτακόσιοι. Τὸ δὲ τῶν ἀγαλμάτων πλῆθος 13
οὐ δυνατὸν ἐξηγήσασθαι. πάντων γὰρ τῶν παρ' ἀνθρώ-
ποις λεγομένων ἢ νομιζομένων θεῶν ἢ δαιμόνων, προσέτι
δὲ ἡρώων, εἴδωλα διήγετο, τὰ μὲν κεχρυσωμένα, τὰ
δ' ἡμφιεσμένα στολαῖς διαχρύσοις· καὶ πᾶσι τούτοις οἱ 14
προσήκοντες μῦθοι κατὰ τὰς παραδεδομένας ἱστορίας ἐν
διασκευαῖς πολυτελέσι παρέκειντο. Εἵπετο δ' αὐτοῖς 15
καὶ Νυκτὸς εἴδωλον καὶ Ἡμέρας, Γῆς τε, καὶ Οὐρα-
νοῦ, καὶ Ἠοῦς, καὶ Μεσημβρίας. Τὸ δὲ τῶν χρυσω- 16
μάτων καὶ ἀργυρωμάτων πλῆθος οὕτως ἂν τις ὑπονο-
ήσειεν, ὅσον ἦν· εἷς γὰρ τῶν φίλων, Διονυσίου τοῦ
[g]ἐπιστολογράφου, χίλιοι παῖδες ἐπόμπευσαν, ἀργυρώ-
ματα ἔχοντες, ὧν οὐδὲν [h]ἔλαττον ὁλκὴν εἶχε δραχμῶν
χιλίων. Βασιλικοὶ δὲ παῖδες παρῆλθον ἑξακόσιοι, χρυ- 17
σώματα ἔχοντες. ἔπειτα γυναῖκες ἐκ χρυσῶν καλπίδων
μύροις ἔρραινον, εἰς διακοσίας. Ταύταις δ' ἑξῆς ἐπόμ- 18

[a] διεσκευασμένοι ex conject. scripsi. Vulgo διεσκιδασμένοι. [f] *Mensas sacras* intellexit Casaub. et Spanh. quæ Græce dicuntur ὑποθέσεις. [g] ἐπιστολογράφου edidit Ursin. [h] Apud Athenæum editur ἐλάττον penacute. Videturque ἐλάττονα utique scribendum.

quatuor junctis sequebantur, et bigæ duobus elephantis. Singuli deinde elephanti instructi triginta sex. Reliquum vero pompæ adparatum oratione persequi difficile fuerit: summatim tamen nonnihil dicendum. Adolescentes puberes circiter octingenti progressi, aureis coronis ornati: boves opimi ad mille: legationes ad celebranda solennia a civitatibus missæ, paulo minus trecentæ; elephantorum dentes octingenti. Imaginum vero numerum referre nemo queat. Omnium enim quotquot apud homines vel creduntur vel dicuntur esse dii aut dæmones, tum heroum omnium, simulacra gestabantur, alia insuta, alia stolis auro distinctis induta. Atqui cunctis his, cum sumtuoso adparatu, adjecta erant symbola, quæ secundum fabulas quæ de unoquoque tradi solent, cuique conveniunt. Sequebantur etiam *imagines Noctis*, et *Diei*, et *Terræ*, *Cæli*, *Auroræ*, *Meridiei*. Aureæ vero argenteæve supellectilis vim ac multitudinem, quanta fuerit, sic quispiam animo conceperit. Dionysii, unius ex regis amicis, qui erat ei ab epistolis, pueri mille in eo pompæ ductu incedebant, argentea vasa gestantes, quorum nullum minus pendebat mille drachmis. Regis autem sexcenti pueri illos consequebantur, aurea gestantes vasa. Deinde mulieres circiter trecentæ ex aureis urnis unguentum adspergentes. His proximæ fuerunt fœminæ magnifice exornatæ, octoginta, insidentes lecti-

πευον, ἐν χρυσόποσι μὲν φορείοις, ὀγδοήκοντα γυναῖκες· A. U. 589.
ἀργυρόποσι δὲ, πεντακόσιαι, καθήμεναι, πολυτελῶς
19 διεσκευασμέναι. Καὶ τῆς μὲν πομπῆς τὰ ἐπιφανέ-
στατα ταῦτα ἦν.

IV. [i]Ἐπιτελεσθέντων δὲ τῶν ἀγώνων καὶ μονομαχιῶν Ludos celebrat Antiochus.
καὶ κυνηγεσίων, κατὰ τριάκονθ' ἡμέρας, ἐν αἷς τὰς
θέας συνετέλει, πέντε μὲν τὰς πρώτας ἐν τῷ γυμνασίῳ
πάντες ἐκ χρυσῶν [k]ὁλκίων ἠλείφοντο κροκίνῳ μύρῳ.
2 ἦν δὲ ταῦτα πεντεκαίδεκα, καὶ κινναμωμίνου τὰ ἴσα,
καὶ ναρδίνου. παραπλησίως δὲ καὶ ταῖς ἑξῆς εἰσεφέρετο
τήλινον, ἀμαράκινον, [l]ἰρινὸν, πάντα διαφέροντα ταῖς εὐω-
3 δίαις. Ἔστρωτο δὲ εἰς εὐωχίαν ποτὲ μὲν χίλια τρί-
κλινα, ποτὲ δὲ χίλια πεντακόσια, μετὰ τῆς πολυτε-
4 λεστάτης διασκευῆς. Ὁ δὲ χειρισμὸς ἐγίγνετο τῶν
πραγμάτων δι' αὐτοῦ τοῦ βασιλέως. ἵππον γὰρ ἔχων
εὐτελῆ, παρέτρεχε παρὰ τὴν πομπὴν, τοὺς μὲν προάγειν
5 κελεύων, τοὺς δ' ἐπέχειν. Κατὰ δὲ τοὺς πότους αὐτὸς
ἐπὶ τὰς εἰσόδους ἐφιστάμενος, οὓς μὲν εἰσῆγεν, οὓς δ'
ἀνέκλινε· καὶ τοὺς διακόνους τοὺς τὰς παραθέσεις φέ-
6 ροντας αὐτὸς εἰσήγαγεν. καὶ περιπορευόμενος, οὗ μὲν
προσεκάθιζεν, οὗ δὲ προσανέπιπτε· καὶ ποτὲ μὲν ἀπο-

[i] Cum his, quæ lib. V. habet Athenæus, conserenda sunt, quæ idem refert lib. X. his verbis: Ἐν τῇ τριακοστῇ πρώτῃ Πολύβιός φησι, συντελοῦντα αὐτὸν (τὸν Ἀντίοχον) ἀγῶνας, συγκαλέσαι πάντας Ἕλληνας καὶ τῶν βουλομένων τοὺς πολλοὺς ἐπὶ τὴν θέαν. καὶ πλείστων παραγινομένων ἐν τοῖς γυμνασίοις, πάντας ἐκ χρυσῶν ὁλκίων ἔλειφε κροκίνῳ μύρῳ, καὶ κινναμωμίνῳ, καὶ ναρδίνῳ, καὶ ἀμαρακίνῳ καὶ κρινίνῳ. Nonnihil, quod vel sic deesse ad sententiam videbatur, in *vers. Lat.* supplevi. [k] ὁλκείων ex ing. edidit Ursin. [l] ἰρινὸν correxi. εἰρινὸν editum est apud Athenæum.

cis, quarum pedes auro, et quingentæ lecticis, quarum pedes argento fulgebant. Et in pompa quidem hæc maxime erant illustria.

IV. Deinde vero quum peragerentur ludi, et gladiatoria certamina, et venationes; per triginta dies, quibus edebat ista spectacula, quinque prioribus diebus, quicumque in gymnasium venissent, ex aureis vasis ungebantur crocino oleo, [quinque sequentibus] cinnamomino, dein nardino, tum telino, [ex fœnogræco, tum amaracino, denique liliaceo; quorum unumquodque odoris suavitate præstabat: aderant autem uniuscujusque generis [quotidie] quindecim vasa. Ad epulas sternebantur aliâs mille triclinia, aliâs quingenta supra mille, cum adparatu sumtuosissimo. Totum autem negotium per ipsum regem administrabatur; qui, vili vectus equo, et pompam intercursans, alios jubebat progredi, alios sistere gradum. In conviviis, stans in aditibus cœnaculorum, alios introducebat, aliis loca in lectulis adsignabat: ministrorumque, qui fercula portabant, dux ipse erat. Tum mensas circumambulans, nunc adsidebat, nunc adcumbebat: nonnumquam

Ol. 153. 3. Ludos celebrat Antiochus.

θέμενος μεταξὺ τὸν ψωμὸν, ποτὲ δὲ τὸ ποτήριον, ἀνεπήδα, καὶ μετανίστατο, καὶ περιήει τὸν πότον, προπόσεις λαμβάνων ὀρθὸς, ἄλλοτε παρ' ἄλλοις, ἅμα δὲ καὶ τοῖς ἀκροάμασι προσπαίζων. Προϊούσης δ' ἐπὶ 7
πολὺ τῆς συνουσίας, καὶ πολλῶν ἤδη κεχωρισμένων, ὑπὸ τῶν μίμων ὁ βασιλεὺς εἰσεφέρετο ὅλος κεκαλυμμένος, καὶ εἰς τὴν γῆν ἐτίθετο, ὡς εἷς ὢν δῆτα τῶν μίμων. καὶ 8
τῆς συμφωνίας προκαλουμένης, ἀναπηδήσας ὠρχεῖτο, καὶ ὑπεκρίνετο μετὰ τῶν γελωτοποιῶν, ὥστε πάντας αἰσχυνομένους φεύγειν. Ταῦτα δὲ πάντα συνετελέσθη, 9
ἐξ ὧν τὰ μὲν ἐκ τῆς Αἰγύπτου ἐνοσφίσατο, παρασπονδήσας τὸν Φιλομήτορα βασιλέα, παιδίσκον ὄντα· τὰ 10
δὲ καὶ τῶν φίλων συμβαλλομένων. ἱεροσυλήσει δὲ καὶ τὰ πλεῖστα τῶν ἱερῶν.

*

Tib. Gracchum legatum excipit.

v. Μετὰ τὴν συντέλειαν τῶν ἀγώνων, ἅρτι τούτων γεγονότων, ἦκον οἱ περὶ τὸν Τιβέριον πρεσβευταὶ, κατασκόπων ἔχοντες τάξιν. Οἷς οὕτως ἐπιδεξίως ἀπήντησεν 2
Ἀντίοχος καὶ φιλοφρόνως, ὥστε μὴ οἷον τοὺς περὶ τὸν Τιβέριον ὑποπτεῦσαί τι περὶ αὐτοῦ πραγματικὸν, ἢ παρατρίβῆς ἔμφασιν ἔχον ἐκ τῶν κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ἀλλὰ καὶ τῶν λεγόντων τι τοιοῦτον καταγινώσκειν, διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς κατὰ τὴν ἀπάντησιν φιλανθρωπίας· ὅς γε, πρὸς τοῖς ἄλλοις, καὶ τῆς αὐλῆς 3

rursus inter edendum bibendumve, posita subito bucca vel poculo prosiliens alio se conferebat, circumibatque compotantium mensas, et propinationes ab aliis atque hic ibi adstans accipiebat, simulque interim cum eis, qui festivum quidpiam recitabant, jocabatur. Tum, ubi productum jam in longum esset convivium, multique jam excessissent, regem histriones mimi, totum vestibus occultum, producebant, et humi ponebant, velut unum quemdam ex suis consortibus. Is autem, musicorum concentu provocatus, prosiliebat saltabatque, histrionem agens cum ridiculis scurris, adeo ut præ pudore omnes diffugerent. Celebrata autem atque perfecta sunt ista omnia partim ex eis opibus, quas Antiochus, violato fœdere pueri regis Philometoris, ex Ægypto abstraxerat; partim ex eis, quas contulerunt amici; maximam vero partem, ex spoliis templorum, quæ compilaverat.

*

(*Legatio CI.*)

v. Mox a confectis istis ludis, *legatus ad Antiochum* venit *Tiberius* (*Gracchus,*) ad explorandum rerum statum Roma missus. Quem ea dexteritate rex excepit, ut non solum, moliri eum res novas, nihil suspicaretur *Gracchus*, aut ullum signum animodverteret animi, propter illa, quæ Alexandriæ acciderant, subalienati; sed etiam omnibus illis sese opponeret, qui ejusmodi aliquid in *Antiochum* dicerent. Tantam humanitatem in eo congressu *Graccho* rex exhibuerat: qui, ut ce-

παρεχώρησε τοῖς πρεσβευταῖς, μικροῦ δὲ καὶ τοῦ διαδή- A. U. 589.
4 ματος, κατὰ τὴν ἐπίφασιν· καίπερ οὐκ ὢν τῇ προαιρέσει τοιοῦτος, ἀλλὰ τοὐναντίον ἀλλοτριώτατα διακείμενος πρὸς Ῥωμαίους.

II.

RES GESTÆ ANNO DXC.

(I.) *Legationes* Prusiæ, Rhodiorum, Achæorum.

* * *

Ol. 153. 4. A. U. 590. Legatio Rhodiorum et Achæorum.

VI. Εἰς τὴν Ῥώμην παραγεγονότων πρεσβευτῶν πλειόνων καὶ ἑτέρων, ἐπιφανεστάτων δὲ, παρὰ μὲν Ῥοδίων τῶν περὶ Ἀστυμήδην, παρὰ δὲ τῶν Ἀχαιῶν τῶν περὶ Εὐρέαν καὶ Ἀναξίδαμον καὶ Σάτυρον, παρὰ δὲ Προυσίου τῶν
2 περὶ Πύθωνα· τούτοις ἐχρημάτισεν ἡ σύγκλητος. Οἱ μὲν οὖν παρὰ τοῦ Προυσίου κατηγορίαν ἐποιοῦντο Εὐμένους τοῦ βασιλέως· φάσκοντες, [m] αὐτῶν τε τινὰ χωρία παραιρεῖσθαι τὸν Εὐμένη, καὶ τῆς Γαλατίας οὐκ ἀφίστασθαι τὸ παράπαν, οὐδὲ πειθαρχεῖν τοῖς τῆς συγκλή-
3 του δόγμασιν· ἀλλὰ τοὺς τὰ σφέτερα μὲν φρονοῦντας σωματοποιεῖν, τοὺς δὲ τὰ Ῥωμαίων αἱρουμένους, καὶ βουλομένους πολιτεύεσθαι τοῖς τῆς συγκλήτου δόγμασιν
4 ἀκολούθως, κατὰ πάντα τρόπον ἐλαττοῦν. Ἦσαν δέ τινες πρεσβευταὶ καὶ παρὰ τῶν τῆς Ἀσίας πόλεων, οἳ κατηγόρουν τοῦ βασιλέως, ἔμφασιν ποιοῦντες τῆς πρὸς

Prusiæ legatio adv. Eumenem.

[m] *αὐτῶν τε* revocavi ex MStis. Vulgo *αὐτοῦ τε* ex Ursini ing.

tera taceam, aula etiam concessit legatis, et ipso quoque, prope dixerim, diademate, in speciem quidem. Quamquam non ad Romanos voluntas ejus inclinabat, sed ab eis potius erat alienissimus.

II.

(I.) *Legatio CIV.*

* * *

VI. Venerant Romam *legationes* complures, inter quas eminebant hæ: *ab Rhodiis* Astymedes; *ab Achæis* Eurea, Anaxidamus et Satyrus; *a Prusia* Pytho: atque his omnibus senatus est datus. *Legatus* Prusiæ accusabat regem *Eumenem; quardam loca ab eo sibi ademta* conquerens, *et quod a Gallatia nullo modo abstineret, nec senatus decretis morem gereret; sed eos quidem, qui ipsius partes sequerentur, aleret omnibusque rebus ornaret; eos vero, qui Romanarum partium essent, et ex senatus decretis administrari rempublicam cuperent, quovis modo adterere conaretur.* Aderant et e *civitatibus Asiaticis* nonnulli, qui regem accusabant, et initam ab eo societatem cum Antiocho

Ol. 153. 4. τὸν Ἀντίοχον κοινοπραγίας. Ἡ δὲ σύγκλητος διακού- 5
σασα τῶν κατηγορούντων, οὔτ' ἀπέῤῥιπτε τὰς διαβολὰς,
οὔτ' ἐξέφαινε τὴν ἑαυτῆς γνώμην, ἀλλὰ συνετήρει παρ'
ἑαυτῇ, διαπιστοῦσα καθόλου τοῖς περὶ τὸν Εὐμένη καὶ
Gallogræcis favent Romani. τὸν Ἀντίοχον· τοῖς γε μὴν Γαλάταις ἀεί τι προσετίθει 6
καὶ συνεπίσχυε περὶ τῆς ἐλευθερίας. [n]Οἱ δὲ περὶ τὸν 7
Τιβέριον, ἥκοντες ἀπὸ τῆς πρεσβείας, οὐδὲν περιττότερον
ἠδυνήθησαν οὔτ' αὐτοὶ διαλαβεῖν, οὔτε τῇ συγκλήτῳ
διασαφῆσαι περὶ τῶν κατὰ τὸν Εὐμένη καὶ τὸν Ἀντίο-
χον, ἅπερ ἂν καὶ πρότερον ὄντες ἐν τῇ Ῥώμῃ διελάμ-
βανον. οὕτως αὐτοὺς οἱ βασιλεῖς [o]ἐξετέμοντο τῇ κατὰ 8
τὴν ἀπάντησιν φιλανθρωπίᾳ.

Deprecantur Rhodii. VII. Μετὰ δὲ ταῦτα προσκαλεσαμένη τοὺς Ῥοδίους, 1
διήκουε τούτων. Ὁ δ' Ἀστυμήδης εἰσελθὼν, μετρίως 2
[p]ἔστη καὶ βέλτιον ἢ κατὰ τὴν πρὸ ταύτης πρεσβείαν.
Ἀφέμενος γὰρ τοῦ κατηγορεῖν τῶν ἄλλων, ὥρμησεν ἐπὶ 3
τὸ παραιτεῖσθαι, καθάπερ οἱ μαστιγούμενοι τὰς πλη-
γάς· φάσκων, ἱκανοῖς προστίμοις περιπεπτωκέναι τὴν
πατρίδα, καὶ μείζοσι τῆς ἁμαρτίας. Καὶ προσθέ- 4
μενος ἐξηγεῖτο τὰς ἐλαττώσεις, κεφαλαιωδῶς δεξιὼν,
πρῶτον μὲν ὅτι Λυκίαν καὶ Καρίαν ἀπολωλίκασιν, [q]εἰς
ἣν ἐξ ἀρχῆς μὲν ἐδαπάνησαν χρημάτων ἱκανὸν πλῆθος,
πρισσοὺς πολέμους ἀναγκασθέντες [r]πολεμεῖν αὐτοῖς, νυνὶ

[n] Οἱ δὲ περὶ τὸν Τ. &c. Hæc de *Tib. Graccho*, quæ incommode vulgo infra in Leg. 105. cap. 8. inter v. 10 et 11 inseruntur, h. l. reponenda duxi. [o] ἐξετέμοντο nescio an ingenio debeatur Ursini. ἐξετέμνοντο est in Bav. An ἐξετρέποντο? [p] ἦν ex Ursini conject. receperat Casaub. [q] εἰς δὲ malim. [r] αὐτοῖς ad Romanos refert Reisk. *Romanorum in gratiam*. Sic dicendum fuerat συμπολεμεῖν αὐτοῖς.

significabant. His auditis, senatus neque criminationes respuit, neque mentem aperuit suam, sed clam apud se habuit, Eumeni atque Antiocho omnino diffidens. At Gallis tamen interim aliquid semper adjiciebat, et in libertate vindicanda adjuvabat. Neque vero *Tiberius* (*Gracchus*,) ex Asiatica legatione reversus, certius quidquam *de Eumenis et Antiochi consiliis*, neque ipse statuere, neque senatui renunciare potuit, quam quæ jam ante, quum Roma proficisceretur, statuerat. Adeo comitate sua reges in mutuis congressibus ipsum fefellerunt.

VII. Introducti deinde sunt in curiam Rhodii, auditique. Fuit tum *Astymedis* moderata oratio, ac probatior quam priore legatione. Omissa enim criminatione aliorum, id unum egit, ut ad instar eorum, qui flagellantur, majus supplicium deprecaretur; *satis pœnarum dedisse patriam* dicens, *et longe supra delictum*. Addebat deinde breviter particularem detrimentorum enumerationem. *Primum, Lyciam Cariamque Rhodios amisisse, quas inde ab initio magnis ipsis constitissent impensis, quod tria bella adversus ipsos sustinere fuissent coacti: nunc vero redditi-*

[e]Χάροπα καὶ Καλλικράτην, καὶ πάντες οἱ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως προεστῶτες, μετέωροι πάλιν ἐγενήθησαν. A. U. 590. Charopis et Callicratis insolentia.

(II.) *Fratres* EUMENIS *Romam legati.*

* * *

IX. [f]Τιβέριος τοὺς Καμπανοὺς, τὰ μὲν βιασάμενος, τὰ δὲ παραλογισάμενος, ὑπηκόους ἐποίησε Ῥωμαίους. Gracchus Cammanos subigit.

*

2 Εἰς δὲ τὴν Ῥώμην καὶ πλειόνων παραγενομένων, ἐχρημάτισεν ἡ σύγκλητος τοῖς περὶ Ἄτταλον καὶ τὸν 3 Ἀθηναῖον. Συνέβαινε γὰρ, τὸν Προυσίαν οὐ μόνον αὐτὸν ἐνεργῶς κεχρῆσθαι ταῖς διαβολαῖς, ταῖς κατὰ τὸν Εὐμένη [g]καὶ τὸν Ἄτταλον, ἀλλὰ καὶ τοὺς Γαλάτας [h]παροξυνκέναι, καὶ τοὺς [i]Σελγεῖς, καὶ πλείους ἑτέρους 4 κατὰ τὴν Ἀσίαν, πρὸς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν. ὧν χάριν ὁ βασιλεὺς Εὐμένης ἐξαπεστάλκει τοὺς ἀδελφοὺς, ἀπο- 5 λογησομένους πρὸς τὰς ἐπιφερομένας διαβολάς. Οἳ καὶ παρελθόντες εἰς τὴν σύγκλητον, ἐνδεχομένως ἔδοξαν πρὸς ἅπαντας τοὺς κατηγοροῦντας ποιήσασθαι τὴν ἀπο- λογίαν· καὶ τέλος, οὐ μόνον [k]ἀποτριψάμενοι τὰς ἐπιφερομένας αἰτίας, ἀλλὰ καὶ τιμηθέντες ἐπανῆλθον 6 εἰς τὴν Ἀσίαν. Οὐ μὴν τῆς γε κατὰ τὸν Εὐμένη καὶ Attalus et Athenæus respondent calumniis Prusiæ.

[e] Χάροπα correxi. Vulgo h. l. Χάροντα, contra constantem Polybii usum. [f] Introitus iste hujus Eclogæ imperite a Compilatore contractus, aut imperitume huc relatus videtur. [g] καὶ τὸν Ἀντίοχον suspicatus est Gronov. κατὰ τοῦ Εὐμένους καὶ τοῦ Ἀττάλου corrigere jussit Reisk. [h] παροξυνέναι correxi cum Reisk. Vulgo παροξύναι. [i] Σιλγεῖς ex cod. Ursini recepit Casaub. Ἑλγεῖς ediderat Urs. Ἑλγεῖς est in Bav. [k] ἀποτριψάμενοι correxi cum Reisk. Vulgo ἀποτριψάμ.

at *Charops* et *Callicrates*, et quicumque eam sectam sequebantur, nova iterum ape sunt elati.

(II.) *Legatio CVI.*

* * *

IX. *Tiberius Cammanos*, partim vi compulsos, partim dolo circumventos, in populi Romani redegit potestatem.

*

Romam vero quum plures *legati* venissent, senatus *Attalo et Athenæo* est datus. *Prusias* enim non solum ipse omni studio calumniatus erat Eumenem et Attalum, verum etiam Gallos ac Seigenses, multosque alios Asiæ populos, ad faciendum idem incitaverat. Idcirco rex *Eumenes* fratres Romam miserat, qui ad criminationes in ipsum collatas responderent. Hi igitur curiam ingressi, omnibus, qui aliquid objecissent, non male visi sunt respondisse: ac tandem non solum omnia, quæ objiciebantur, crimina diluerunt, sed etiam honoribus, priusquam in patriam rediret, sunt aucti. At non propterea suspicionem dudum

Ol. 183. 4. Deprecantur Rhodii.

ἥφθαι τῶν κυρίων τόπων τῆς πόλεως. [u]Εἰ μὲν οὖν 18
συμβεβήκει πάνδημον γεγονέναι τὴν ἁμαρτίαν καὶ τὴν
ἀλλοτριότητα τοῦ δήμου, τάχα ἴσως ἐδοκεῖτε καὶ ὑμεῖς
εὐλόγως ἐπίμονον καὶ δυσπαραίτητον ἔχειν τὴν ὀργήν.
εἰ δὲ σαφῶς ἴστε, παντάπασιν ὀλίγους γεγονότας αἰτί- 14
ους τῆς τοιαύτης ἀλογίας, καὶ τούτους ἅπαντας ἀπολω-
λότας ὑπ' αὐτοῦ τοῦ δήμου· τί πρὸς τοὺς μηδὲν αἰτίους 15
ἀπαραλλάκτως ἔχετε; καὶ ταῦτα, πρὸς τοὺς ἄλλους
ἅπαντας εἶναι δοκοῦντες πραότατοι καὶ μεγαλοψυχό-
τατοι. Διότερ, [x]ὦ ἄνδρες, ἀπολωλεκὼς ὁ δῆμος τὰς 16
προσόδους, τὴν παῤῥησίαν, τὴν ἰσολογίαν, ὑπὲρ ὧν τὸν
πρὸ τοῦ χρόνον πᾶν ἀναδεχόμενος διατετέλεκεν· ἀξιοῖ 17
καὶ δεῖται πάντων ὑμῶν, ἱκανὰς ἔχων πληγὰς, λήξαν-
τας τῆς ὀργῆς διαλυθῆναι, καὶ συνθέσθαι τὴν συμμα-
χίαν, ἵνα γένηται τοῦτο ἐμφανὲς ἅπασιν, ὅτι τὴν μὲν
ὀργὴν [y]ἀποτέθεισθε τὴν πρὸς Ῥοδίους, ἀνακεχωρήπατε
δ' ἐπὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς αἵρεσιν καὶ φιλίαν. τούτου γὰρ 18
χρείαν ἔχει νῦν ὁ δῆμος, οὐ τῆς διὰ τῶν ὅπλων καὶ
στρατιωτῶν συμμαχίας. Ταῦτα μὲν οὖν καὶ τούτοις
παραπλήσια διαλεχθεὶς Ἀστυμήδης, ἐδόκει πρεπόντως
τοῖς καιροῖς πεποιῆσθαι τοὺς λόγους. Πλεῖστά γε μὴν 19
συνήργησαν τοῖς Ῥοδίοις πρὸς τὸ τυχεῖν τῆς συμμαχίας
οἱ περὶ τὸν Τιβέριον, ἄρτι παραγεγονότες. οὗτοι γὰρ, 20

Societas jungitur cum Rhodiis.

[u] Mendose MSti εἰ μὴ. εἰ μὲν correxit Ursin. οὖν ex conject. adjeci. [x] Ῥωμαῖοι vulgo adjicitur ex Ursini ing. [y] ἀποτίθεισθε Bav. ex ἀποτίθεσθε corruptum.

pti, maxime incumbit. Quod si igitur publico consilio peccatum a Rhodiis adversus vos esset, alienatusque a vobis populus esset; fortasse et vobis justa foret causa, cur in suscepta ire inexorabiles permaneretis. Nunc quum liquido vobis constet, paucorum culpa id delictum esse admissum, eosque omnes a populo supplicils esse adfectos; quid est, cur placari erga eos, qui nihil deliquerunt, nolitis? vos, qui benignitate et magnanimitate, quam aliis omnibus præstitistis, ceteros universos populos longe antecellitis. Omnibus igitur vestigalibus suis nudatus populus, libertate etiam et juris æquitate omissa; quas res ut retineret, nullum ad hanc usque diem laborem, nullam ærumnam recusavit; postulat nunc a vobis, Romani, petitque, ut post pœnas exactas, pro delicto satis grandes, posita ira redire in gratiam, societatemque secum velitis inire; quo omnes intelligant, vos non amplius populo Rhodio iratos, ad pristinam mentem et benevolentiam redisse, qua olim eum complectebamini. Hæc enim est, quo nunc patriæ nostræ est opus; non autem belli et armorum ulla societate. Hæc similiaque his quum dixisset *Astymedes*, visa omnibus illius oratio præsenti Rhodiorum statui convenire. Plurimum tamen Rhodios ad impetrandam societatem, *Tiberius* adjuvit, nuper ex Asiatica legatione re-

ἀπομαρτυρήσαντες, πρῶτον μὲν, πᾶσι τοῖς τῆς συγ- A. U. 590.
κλήτου δόγμασι πεπειθαρχηκέναι τοὺς Ῥοδίους, ἔπειτα
πάντας τοὺς αἰτίους τῆς ἀλλοτριότητος κατακεκρίσθαι
θανάτου παρ' αὐτοῖς, ἤτησαν τοὺς ἀντιλέγοντας, καὶ
ἐποιήσαντο τὴν πρὸς Ῥωμαίους συμμαχίαν.

*

VIII. Μετά τινα χρόνον εἰσῆλθον οἱ παρὰ τῶν Achæi
Ἀχαιῶν πρέσβεις, ἔχοντες ἐντολὰς ἀπολούθως ταῖς deprecan-
2ἀποκρίσεσιν, αἷς πρότερον ἔλαβον. αὗται δ' ἦσαν, διότι tur pro
θαυμάζουσι, πῶς, ὑπὲρ ὧν αὐτοὶ πεκρίκασι, περὶ τούτων exsulibus
3αὐτοὺς παρακαλοῦσι κρίνειν. Διὸ τότε παρῆσαν οἱ Romam
περὶ τὸν Εὐρέαν, πάλιν ἐξ ἀρχῆς ἐμφανίζοντες, διότι evocatis.
τὸ μὲν ἔθνος οὔτε δικαιολογουμένων ἀπήκοε τῶν κατη-
γορημένων, οὔτε κρίσιν οὐδεμίαν πεποίηται περὶ αὐτῶν·
4τὴν δὲ σύγκλητον ἀξιοῖ, πρόνοιαν ποιήσασθαι τῶν ἀν-
θρώπων, ἵνα κρίσεως τύχωσι, καὶ μὴ καταφθαρῶσιν
5ἄκριτοι· καὶ μάλιστα μὲν αὐτὴν ἐξετάσασαν διασα-
φῆσαι τοὺς ἐνόχους ὄντας τοῖς ἐγκλήμασιν· εἰ δὲ διὰ
τοὺς περισπασμοὺς αὐτὴ μὴ δύναται τοῦτο ποιῆσαι, τοῖς
Ἀχαιοῖς ἐπιτρέψαι περὶ τοῦ πράγματος, οἳ πειράσονται
6μισοπονήρως χρήσασθαι τοῖς αἰτίοις. Ἡ δὲ σύγκλητος,
διακούσασα τῶν πρεσβευτῶν, ἀπολούθως ταῖς ἐντολαῖς
διαλεγομένων, καὶ δυσχρηστοῦσα διὰ τὸ πανταχόθεν

versus. Qui quum renunciasset, omnibus patrum decretis obtemperatum fuisse a Rhodiis, deinde omnes apud eos capitis fuisse damnatos, quorum opera alienatus populus fuerat a Romanis, dicentibus contrarium os obturavit, et ut *societatem Romani cum Rhodiis* inirent, pervicit.

*

(*Legatio CV.*)

VIII. Aliquanto post *Achæorum legati* in curiam sunt ingressi, convenientia habentes mandata ei responso, quod a senatu ante acceperant. Responsum nempe fuerat, *mirari populum Romanum Achæos, qui, in quos homines jam ipsi pronunciavissent sententiam, eorumdem causam rursus ut senatus cognoscat, postularent.* Idcirco legatio hæc fuerat missa, cujus princeps Eureas, ut patribus iterum confirmaret, *neque in judicio unquam auditos fuisse ab Achæis eos, qui apud Romanos fuerant accusati, neque ullam adversus ipsos sententiam ab iis esse pronunciatam. Propterea postulare Achæos a senatu, ut cognosci de eorum hominum causa jubeat, neque indemnatos perire miseros patiatur. Quod si posset fieri, maxime optare Achæos, ut senatus ipse, re inquirita, quinam ex his sontes sint, sua sententia declaret: sin hoc per alias occupationes non licet, negotium Achæis ut permitterent, qui odium suum erga improbos in scelerum auctoribus sint palam facturi.* In hanc sententiam, sicut mandatum fuerat, disserentes legatos quum audissent patres; incessit eorum animos dubita-

Ol. 153. 4. ἐξελέγχεσθαι· τό τε γὰρ κρίνειν οὐκ ἐνόμιζεν αὐτῇ 7
καθήκειν, τό τε χωρὶς κρίσεως ἀπολύειν τοὺς ἄνδρας,
πρόδηλον ἔχειν ἐδόκει τὸν ὄλεθρον τοῖς φίλοις αὐτῶν.

Iniquum responsum senatum. Διόπερ ἀναγκαζομένη, καὶ βουλομένη παρελίσθαι παθ- 8
όλου τὴν ἐλπίδα τῶν πολλῶν ὑπὲρ τῆς τῶν κατεχομένων
σωτηρίας, ἵνα [z] συμμύσαντες πειθαρχῶσιν, ἐν μὲν Ἀχαΐᾳ
τοῖς περὶ τὸν Καλλικράτην, ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις πολι-
τεύμασι τοῖς δοκοῦσιν εἶναι [a] Ῥωμαίων φίλοις, ἔγραψαν
ἀπόκρισιν τοιαύτην· ὅτι [b] ἡμεῖς οὐχ ὑπολαμβάνομεν συμ- 9
φέρειν, [οὔτε τοῖς Ῥωμαίοις,] οὔτε τοῖς ὑμετέροις δήμοις,

Non remittuntur exsules. τούτους τοὺς ἄνδρας ἐπανελθεῖν εἰς οἶκον. Ταύτης δὲ 10
τῆς ἀποκρίσεως ἐκπεσούσης, οὐ μόνον περὶ τοὺς ἀνανε-
κληκότας ἐγίνετό τις ὀλοσχερὴς ἀθυμία καὶ παράλυσις
τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ καὶ περὶ τοὺς [c] Ἕλληνας ὡσανεὶ κοινόν
τι πένθος· ἅτε δοκούσης τῆς ἀποκρίσεως ὁλοσχερῶς
ἀφαιρεῖσθαι τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας τῶν [c] ἀπληρούντων.
Κατὰ δὲ τὴν Ἑλλάδα διαγγελθείσης [d] τῆς ἀποκρίσεως, 11
τῆς τοῖς Ἀχαιοῖς δεδομένης ὑπὲρ τῶν καταστιαθέντων,
τὰ μὲν πλήθη συνετρίβη ταῖς διανοίαις, καί τις οἷον
ἀπελπισμὸς ὑπέδραμε τοὺς ἀνθρώπους· οἱ δὲ περὶ τὸν 12

[z] *συμμύσαντες* correxi ex Casaub. et Reiskii conject. Vulgo *συμφέροντες*. [a] Post *Ῥωμαίων* lacuna erat, quam inserto vocab. *φίλοις* explevi. [b] *ἡμεῖς* restituit ex MStis. Deinde vero verba *οὔτε τοῖς Ῥωμαίοις* ex conject. adjeci: sed Reiskio forsan obtemperare debebam *οὔτε ὑμῖν* scribere jubenti. Quæ cum abessent, Ursinus *ἡμῖν* in *ὑμῖν* ex ing. mutaverat. [c] Inter *ἀπληρούντων* et *Κατὰ δὲ τὴν Ἑλλάδα* inseruntur vulgo illa *de Tib. Graccho*, quæ supra ad finem *cap. V. versu 7 et 8.* rejeci. [d] Articulum ex conject. adjeci.

tio, quid esset opus facto, quoniam, quidquid statuerent, in reprehensionem erant incursuri. Nam ut judicium de reis peragerent, convenire sibi non arbitrabantur; sine judicio autem eos dimittere, cum manifesta pernicie eorum erat conjunctum, qui populi Romani sectam sequebantur. Itaque partim coacti patres, partim spem omnem præcidere volentes populo Achæorum de eorum salute, qui tenebantur captivi; ut omnes deinceps labia compescerent, et jussis parerent; in Achaia quidem ad *Callicratem*, in aliis vero civitatibus ad eos, qui Romanæ partis erant, hujusmodi responsum scripserunt: [*neque Romanis,*] *neque populis vestris conducibile esse existimamus, ut isti homines in patriam revertantur.* Hoc responsum ubi vulgatum est, non solum evocatos consternatio ingens subiit, ut plane animos desponderent, verum etiam communis veluti luctus Græcorum est secutus; quod videretur hoc responso miseris hominibus spes salutis in perpetuum esse præcisa. In Græciam vero postquam nunciatum est idem responsum, quod Achæis dederant Romani super illis, qui accusati fuerant; vulgo omnium dejecti sunt animi, desperatione quadam mentes singulas invadente:

[e]Χάροπα καὶ Καλλικράτην, καὶ πάντες οἱ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως προεστῶτες, μετέωροι πάλιν ἐγενήθησαν. A. U. 590. Charopis et Callicratis insolentia.

(II.) *Fratres* EUMENIS *Romam legati.*

* * *

IX. [f]Τιβέριος τοὺς Καμμανοὺς, τὰ μὲν βιασάμενος, τὰ δὲ παραλογισάμενος, ὑπηκόους ἐποίησε Ῥωμαίοις. Gracchus Cammanos subigit.

*

2 Εἰς δὲ τὴν Ῥώμην καὶ πλειόνων παραγενομένων, ἐχρημάτισεν ἡ σύγκλητος τοῖς περὶ Ἄτταλον καὶ τὸν 3 Ἀθηναῖον. Συνέβαινε γὰρ, τὸν Προυσίαν οὐ μόνον αὐτὸν ἐναργῶς κεχρῆσθαι ταῖς διαβολαῖς, ταῖς κατὰ τὸν Εὐμένη [g]καὶ τὸν Ἄτταλον, ἀλλὰ καὶ τοὺς Γαλάτας [h]παρωξυγκέναι, καὶ τοὺς [i]Σελγεῖς, καὶ πλείους ἑτέρους 4 κατὰ τὴν Ἀσίαν, πρὸς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν. ὧν χάριν ὁ βασιλεὺς Εὐμένης ἐξαπεστάλκει τοὺς ἀδελφοὺς, ἀπο- 5 λογησομένους πρὸς τὰς ἐπιφερομένας διαβολάς. Οἳ καὶ παρελθόντες εἰς τὴν σύγκλητον, ἐνδεχομένως ἔδοξαν πρὸς ἅπαντας τοὺς κατηγοροῦντας ποιήσασθαι τὴν ἀπο- λογίαν· καὶ τέλος, οὐ μόνον [k]ἀποτριψάμενοι τὰς ἐπιφερομένας αἰτίας, ἀλλὰ καὶ τιμηθέντες ἐπανῆλθον 6 εἰς τὴν Ἀσίαν. Οὐ μὴν τῆς γε κατὰ τὸν Εὐμένη καὶ Attalus et Athenæus respondent calumniis Prusiæ.

[e] Χάροπα correxi. Vulgo ἢ. l. Χάροπον, contra constantem Polybii usum. [f] Introitus iste hujus Eclogæ imperite a Compilatore contractus, aut imperfectus huc relatus videtur. [g] καὶ τὸν Ἀντίοχον suspicatus est Gronov. κατὰ τοῦ Εὐμένους καὶ τοῦ Ἀττάλου corrigere jussit Reisk. [h] παροξυγκέναι correxi cum Reisk. Vulgo παροξύνειν. [i] Σιλγεῖς ex cod. Ursini recepit Casaub. Ἑλγεῖς ediderat Urs. Ἑλγεῖς est in Bav. [k] ἀποτριψάμενοι correxi cum Reisk. Vulgo ἀποτριψάμ.

at *Charops* et *Callicrates*, et quicumque eam sectam sequebantur, nova iterum spe sunt elati.

(II.) *Legatio CVI.*

* * *

IX. *Tiberius Cammanos*, partim vi compulsos, partim dolo circumventos, in populi Romani redegit potestatem.

*

Romam vero quum plures *legati* venissent, senatus *Attalo et Athenæo* est datus. *Prusias* enim non solum ipse omni studio calumniatus erat Eumenem et Attalum, verum etiam Gallos ac Selgenses, multosque alios Asiæ populos, ad faciendum idem incitaverat. Idcirco rex *Eumenes* fratres Romam miserat, qui ad criminationes in ipsum collatas responderent. Hi igitur curiam ingressi, omnibus, qui aliquid objecissent, non male visi sunt respondisse: ac tandem non solum omnia, quæ objiciebantur, crimina diluerunt, sed etiam honoribus, priusquam in patriam redirent, sunt aucti. An non propterea suspicionem dudum

Ol. 153. 4. C. Sulpicius, M'. Sergius, legati in Græciam et Asiam.

κατὰ τὸν Ἀντίοχον ὑποψίας ἔληγεν ἡ σύγκλητος· ἀλλὰ Γάϊον Σουλπίκιον καὶ Μάνιον Σέργιον καταστήσασα πρεσβευτὰς ἐξαπέστελλεν· ἅμα μὲν ἐποπτεύσοντας 7 τὰ κατὰ τοὺς Ἕλληνας, ἅμα δὲ τοῖς Μεγαλοπολίταις καὶ τοῖς Λακεδαιμονίοις διενεχθεῖσι περὶ τῆς ἀντιλεγομένης χώρας· μάλιστα δὲ πολυπραγμονήσοντας 8 τὰ κατὰ τὸν Ἀντίοχον καὶ κατὰ τὸν Εὐμένη, μή τις ἐξ αὐτῶν παρασκευὴ [1]γένηται καὶ κοινοπραγία κατὰ Ῥωμαίων.

(III.) C. Sulpicius Gallus *legatione fungitur in Asia.*

* * *

Acerbe agit cum Eumene.

κ. Γάϊος ὁ Γάλλος, χωρὶς τῶν ἄρτι ῥηθέντων ἀλογημάτων, παραγενόμενος εἰς τὴν Ἀσίαν, ἐκθέματα κατὰ τὰς πόλεις ἐξέθηκε τὰς ἐπιφανεστάτας· κελεύων, εἴ τις 2 βούλεται κατηγορεῖν Εὐμένους τοῦ βασιλέως, ἅπαντᾶν εἰς Σάρδεις ἐπί τινα χρόνον ὡρισμένον. Μετὰ δὲ ταῦτα 3 παραγενηθεὶς αὐτὸς εἰς τὰς Σάρδεις, [m]ἀποκαθίσας ἐν τῷ γυμνασίῳ, ἐπὶ δέκ' ἡμέρας διήκουε τῶν κατηγορούντων· πᾶσαν ἐπιδεχόμενος αἰσχρολογίαν καὶ λοιδορίαν 4 κατὰ τοῦ βασιλέως, καὶ καθόλου πᾶν [n]ἔλκων πρᾶγμα καὶ κατηγορίαν· ἅτε παρεστηκὼς ἄνθρωπος τῇ διανοίᾳ, 5 καὶ φιλοδοξῶν ἐν τῇ πρὸς Εὐμένην διαφορᾷ.

[1] γένηται ex conject. correxi. Vulgo γίνεται. [m] Usitatius de judice verbum προκαθίσας. [n] ἐλίγχων suspicatus est Reisk.

conceptam adversus Eumenem et Antiochum remisit senatus; sed *C. Sulpicium* et *Manium Sergium* decrevit legatos, misitque partim ut res Græcorum propius adspicerent, partim ut inter Megalopolitanos et Lacedæmonios controversiam disceptarent, quæ super agro quodam dubii juris fuerat inter ipsos exorta. Præcipuus tamen legationis hujusce erat finis, ut *de consiliis Antiochi atque Eumenis* diligenter inquirerent, numquid bello necessaria adpararent, ac societatem adversus Romanos junxissent.

(III.) *Excerptum Valesianum.*

* * *

x. *C. Sulpicius Gallus*, præter cetera imprudenter facta, quæ proxime commemoravi, in *Asiam* postquam pervenit, per celeberrimas civitates edicta proposuit, quibus jubebat, ut *quicumque Eumenem regem accusare vellet, ad diem certum Sardibus præsto esset*. Deinde ipse cum Sardes venisset, posita in gymnasio sella, per decem dies accusatoribus vacavit; omnis generis probra ac convicia in regem libentissime admittens, et omnino omnem rem omnemque accusationem in longum trahens: quippe qui vano esset ingenio, atque ex dissensione cum Eumene gloriam captaret.

(IV.) *Mors* ANTIOCHI EPIPHANIS.

A. U. 590.

* * *

XI. Κατὰ τὴν Συρίαν Ἀντίοχος ὁ βασιλεὺς, βουλόμενος εὐπορῆσαι χρημάτων, προέθετο στρατεύειν ἐπὶ τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερὸν εἰς τὴν Ἐλυμαΐδα. Παραγενόμενος δ' ἐπὶ τοὺς τόπους, καὶ διαψευσθεὶς τῆς ἐλπίδος, διὰ τὸ μὴ συγχωρεῖν τῇ παρανομίᾳ τοὺς βαρβάρους [o]τοὺς οἰκοῦντας περὶ τὸν τόπον· ἀναχωρῶν, ἐν Τάβαις τῆς Περσίδος ἐξέλιπε τὸν βίον· δαιμονήσας, ὡς ἔνιοί φασι, διὰ τὸ γενέσθαι τινὰς ἐπισημασίας τοῦ δαιμονίου κατὰ τὴν περὶ τὸ προειρημένον ἱερὸν παρανομίαν.

Dianæ templ. in Elymaide.

Tabæ opp. Persidis.

(V.) DEMETRIUS, *obses Romæ, frustra petit a Senatu, ut in regnum Syriæ restituatur.*

* * *

XII. Δημήτριος, ὁ τοῦ Σελεύκου, πολὺν ἤδη χρόνον κατεχόμενος ἐν τῇ Ῥώμῃ κατὰ τὴν [p]ὁμηρείαν, πάλαι μὲν ἐδόκει παρὰ τὸ δίκαιον κατέχεσθαι· δοθῆναι γὰρ ὑπὸ Σελεύκου τοῦ πατρὸς, τῆς ἐκείνου πίστεως ἕνεκεν· Ἀντιόχου δὲ μετειληφότος τὴν βασιλείαν, οὐκ ὀφείλειν ὑπὲρ ἐκείνου τέκνων ὁμηρεύειν. Οὐ μὴν, ἀλλὰ τὸν μὲν πρὸ τοῦ χρόνον ἦγε τὴν ἡσυχίαν, καὶ μάλιστα διὰ τὴν [q]ἀδυναμίαν· ἦν γὰρ ἔτι παῖς. τότε δὲ τὴν ἀκμαιο-

Demetrii postulatum.

[o] Articulum ex conject. adjeci. Urstn. δύναμιν erat in MStis.

[p] ἰμηρείαν Bav.

[q] ἀδυναμίαν correxit

(IV.) *Excerptum Valesianum.*

* * *

XI. In *Syria*, ANTIOCHUS rex, pecuniam comparare cupiens, adversus *Dianæ templum in Elymaide* expeditionem statuit suscipere. Quo cum pervenisset, spe sua frustratus, quod barbari ea loca incolentes tantum scelus fieri prohiberent; regressus, *Tabis*, quod Persidis oppidum est, e vivis discessit; insania, ut quidam aiunt, correptus, ob quædam signa atque ostenta, quæ ob violatam religionem, templi ab infesto numine edita erant.

(V.) *Legatio CVII.*

* * *

XII. DEMETRIUS, *Seleuci filius*, quum multos jam annos *obses Romæ* esset detentus, ille quidem jam dudum *injuria detineri se* querebatur: *datum enim se fuisse a Seleuco patre, fidei illius obsidem: . nunc quum patris loco Antiochus regnaret, æquum non esse, ut pro illius filiis obses remaneret.* Sed hactenus quidem Demetrius, ut qui propter ætatem puerilem præesse rebus suis non posset, nihil moverat. Tunc vero, quum tempus ætatis flo-

Ol. 153. 4. τάτην ἔχων ἡλικίαν, ἐποιήσατο λόγους, εἰσελθὼν εἰς τὴν σύγκλητον, ἀξιῶν καὶ παρακαλῶν, κατάγειν αὐτὸ ἐπὶ τὴν βασιλείαν· καθήκειν γὰρ αὐτῷ μᾶλλον, ἢ τοῖς Ἀντιόχου τέκνοις, τὴν ἀρχήν. Διαθεμένου δὲ καὶ 5 πλείονας λόγους αὐτοῦ πρὸς τὴν προειρημένην ὑπόθεσιν, καὶ μάλιστα προσδραμόντος ἐν τῷ λέγειν, διότι συμβαίνει, καὶ πατρίδα καὶ τροφὸν τὴν Ῥώμην ὑπάρχειν αὐτῷ, καὶ τοὺς μὲν υἱοὺς τῶν ἐκ τοῦ συνεδρίου ἅπαντας ἀδελφῶν ἔχειν διάθεσιν, τοὺς δὲ βουλευτὰς πατέρων, διὰ τὸ παραγενέσθαι μὲν ἔτι νήπιος, τότε δὲ κατὰ

Negat senatus. ἡλικίαν ὑπάρχειν ἐτῶν εἴκοσι καὶ τριῶν· ἐνετρέποντο μὲν 6 ἅπαντες ἀκούοντες ἐν ἑαυτοῖς, κοινῇ γε μὴν ἔδοξε τῇ συγκλήτῳ, τὸν μὲν Δημήτριον κατασχεῖν, τῷ δὲ καταλελειμμένῳ παιδὶ συγκατασκευάζειν τὴν ἀρχήν. Τοῦτο δ' ἐποίησεν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ὑπειδομένη τὴν ἀκμὴν 7 τοῦ Δημητρίου, μᾶλλον δὲ κρίνασα, συμφέρειν τοῖς σφετέροις πράγμασι τὴν νεότητα καὶ τὴν ἀδυναμίαν τοῦ παιδὸς, τοῦ διαδεδεγμένου τὴν βασιλείαν. Ἐγένετο δὲ 8

Cn. Octavius legatus in Asiam, τοῦτο δῆλον ἐκ τῶν μετὰ ταῦτα συμβάντων. Εὐθέως 9 γὰρ καταστήσαντες πρεσβευτὰς τοὺς περὶ [r] Γνάϊον Ὀκταούϊον καὶ Σπόριον Λουκρήτιον καὶ Λεύκιον Αὐρήλιον, ἐξέπεμψαν, τοὺς διοικήσοντας τὰ κατὰ τὴν βασιλείαν, ὡς αὐτοὶ προῃροῦντο· διὰ τὸ μηδένα αὐτῶν 10 ἐμποδὼν στησόμενον εἶναι τοῖς ἐπιταττομένοις, τοῦ μὲν

[r] Γνάϊον Ὀκταούϊον correxit Ursinus. Τιβέριον Ὀκτάβιον erat h. l. in MStis.

rentissimæ ageret, in curiam ingressus, a patribus postulavit, petiitque, ut *per populum Romanum in regnum restitueretur: ad se enim potius, quam ad Antiochi filios, regnum pertinere.* Et quum in hanc sententiam plura disseruisset, atque illud præsertim subinde repetiisset, *patriam sibi et altricem terram esse Romam, omnes senatorum filios instar fratrum, ipsos senatores loco patrum, ut qui Romam parvulus venisset, jam autem annos tres et viginti esset natus:* etsi movebantur patres, quum hæc dicentem audirent; omnes tamen communi consensu decreverunt, *Demetrium esse detinendum, et puero, quem Antiochus reliquerat, regnum firmandum.* Cujus consilii ea, nisi fallor, caussa fuit, quod florem ætatis, in qua tum erat Demetrius, suspectum senatus habebat, conducibilioremque rebus suis ætatem infirmam illius, qui relictus erat successor, judicabat. Atque hoc, quæ postea sunt secuta, palam fecerunt. Extemplo enim *legatos* decreverunt, *Cn. Octavium, Sp. Lucretium,* et *L. Aurelium;* quos ad regnum illud administrandum ex voluntate ipsius senatus miserunt: quippe fere neminem impedimento,

βασιλέως παιδὸς ὄντος, τῶν δὲ προστατῶν ἀσμενιζόντων A. U. 660.
ἐπὶ τῷ μὴ παραδιδόσθαι τὰ πράγματα τῷ Δημητρίῳ·
11 μάλιστα γὰρ τοῦτο προσεδόκων. Οἱ μὲν οὖν περὶ τὸν
Γναῖον ἐξώρμησαν, ἔχοντες ἐντολὰς, πρώτας μὲν, τὰς
ναῦς τὰς καταφράκτους διαφθεῖραι, μετὰ δὲ ταῦτα,
τοὺς ἐλέφαντας νευροκοπῆσαι, καὶ παντὸλου λυμήνασθαι
12 τὴν βασίλειον δύναμιν. Προσενετείλαντο δὲ τούτοις, et in Ma-
καὶ τὰ κατὰ τὴν Μακεδονίαν ἐπισκέψασθαι· συνίσαιν cedoniam,
γὰρ, τοὺς Μακεδόνας, ἀήθεις ὄντας δημοκρατικῆς καὶ
13 συνεδριακῆς πολιτείας, στασιάζειν πρὸς αὐτούς. Ἔδει et ad Ari-
δὲ τοὺς περὶ τὸν Γναῖον καὶ τὰ περὶ τοὺς Γαλάτας, arathem.
καὶ τὰ κατὰ τὴν Ἀριαράθου βασιλείαν ἐποπτεῦσαι.
14 Μετὰ δέ τινα χρόνον αὐτοῖς [r]ἐπεστάλη γράμματα
παρὰ τῆς συγκλήτου, καὶ τοὺς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ βασι-
λεῖς διαλύσαι κατὰ δύναμιν.

(VI.) *Legationes Romanæ ad Ariarathem, Cappadociæ regem.*

* * *

XIII. [s]Κατὰ τοὺς καιροὺς τούτους παρεγένοντο πρέσ- M. Junius
βεις ἐκ τῆς Ῥώμης· πρῶτον μὲν οἱ περὶ τὸν Μάρκον legatus.
Ἰούνιον, διευκρινήσοντες τὰ πρὸς τοὺς Γαλάτας δια-
2 φέροντα τῷ βασιλεῖ. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἠδυνήθησαν οἱ Trocmi.
Τρόκμοι δὲ αὐτῶν ἀποτεμέσθαι τῆς Καππαδοκίας οὐδὲν,

[r] Nescimus an Ursini ingenio hoc debeatur. ἐπεστάλη Bav. quod probum erat, et teneri debuerat. [s] Desideratur hæc Ecloga in Cod. Bav.

rege puero, et principibus aulæ bene agi secum existimantibus, si Romani Demetrio regnum non traderent; quod futurum illi maxime existimaverant. Profectus igitur est Cnæus cum collegis, postquam mandata hujusmodi essent accepta, ante omnia, ut naves tectas comburerent, deinde ut elephantis nervos inciderent, et uno verbo regias opes quam maxime possent imminuerent. Præterea mandatum istis est, ut *Macedoniam* inviserent: nam Macedones, qui popularis status insolentes erant, et publici concilii usum nullum habebant, seditiones inter se agitabant. Jussi etiam fuerant hi legati, res *Gallogræcorum* et *Ariarathis* regnum diligenter invisere. Post aliquod vero tempus missæ ad illos a senatu sunt literæ, quibus jubebantur, reges etiam Alexandriæ omni studio invicem conciliare.

(VI.) *Legatio CVIII.*

* * *

XIII. Per id tempus venerunt Romæ legati, primo quidem *M. Junius*, ad disceptandas controversias inter *Gallo-græcos* et regem *Ariarathem*. Postquam enim Trocmi regni Cappadocia nullam partem occupare potuerunt,

Ol. 183. 4. ἀλλ' ἐκ χειρὸς [ᵗἀεὶ ἐδάμησαν, τὸν Καππαδόκην ἐπι-
βαλόμενοι πολεμεῖν·] καταφυγόντες ἐπὶ Ῥωμαίους,
διαβάλλειν ἐπειρῶντο τὸν Ἀριαράθην. Ὧν χάριν ἀπε- 3
στάλησαν οἱ περὶ τὸν Ἰούνιον. πρὸς οὓς ὁ βασιλεὺς
ποιησάμενος τοὺς ἁρμόζοντας λόγους, καὶ τἄλλα
φιλανθρώπως ὁμιλήσας, ἐκείνους μὲν εὐλογοῦντας ἀπέ-
Cn. Octavius legatus. στειλε. Μετὰ δὲ ταῦτα παραγενομένων πρεσβευτῶν 4
τῶν περὶ Γναῖον Ὀκταούϊον καὶ Σπόριον Λουκρήτιον,
καὶ διαλεγομένων τῷ βασιλεῖ πάλιν περὶ τῶν πρὸς τοὺς
Γαλάτας αὐτῷ διαφερόντων· βραχέα περὶ τούτων κοινο- 5
λογησάμενος, καὶ φήσας, εὐεπάγωγος εἶναι πρὸς τὸ
κριθὲν, λοιπὸν ἤδη τὸν πλείω λόγον ὑπὲρ τῶν κατὰ
Συρίαν ἐποιεῖτο πραγμάτων, εἰδὼς ἐκεῖσε προάγοντας
τοὺς περὶ τὸν Ὀκταούϊον· ὑποδεικνύων αὐτοῖς τὴν ἀνα- 6
στασίαν τῆς βασιλείας, καὶ τὴν οἰκειότητα τῶν
προεστώτων αὐτῆς, καὶ προσεπαγγελλόμενος, ἀκολου-
θήσειν μετὰ δυνάμεως, καὶ συνεφεδρεύσειν τοῖς καιροῖς,
ἕως ἂν ἐκπέλθωσιν πάλιν ἐκ τῆς Συρίας ἀσφαλῶς.
Οἱ δὲ περὶ τὸν Γναῖον, ἐν πᾶσιν ἀποδεχόμενοι τὴν τοῦ 7
βασιλέως εὔνοιαν καὶ προθυμίαν, κατὰ μὲν τὸ παρὸν
οὐκ ἔφασαν προσδεῖσθαι τῆς παρακομπῆς· εἰς δὲ τὸ 8
μέλλον, ἐάν τις ὑποπίπτῃ χρεία, διασαφήσειν ἀόκνως·
κρίνειν γὰρ αὐτὸν ἕνα τῶν ἀληθινῶν Ῥωμαίοις φίλων.

ᵗ Verba uncis inclusa ex conjectura maxime Reiskii emendavi. Pro eis vulgo hæc leguntur: ἐκ χειρὸς ἐπαδαμήσαντο τὸν ᾧ δίκην ἐπιβαλόμενοι πόλεμον.

sed e vestigio statim repulsi sunt, quoties bellum inferre Cappadoci fuerant ausi; confugientes ad Romanos, Ariarathem in odium illorum adducere sunt conati. Idcirco missa est ad regem legatio, cujus princeps *Junius*. Cum quibus rex pro tempore locutus, quum prolixa humanitate eos accepisset, suas ipsius laudes prædicantes dimisit. Postea legati alii venerunt, *Cn. Octavius et Spurius Lucretius*. Qui ubi regem denuo adlocuti essent de controversiis, quam habebat cum Gallogræcis; ille paucis rem omnem exponere, ac dicere, *in eorum judicio facile se adquieturum*. Ceterum *de Syriæ rebus* pleraque omnis ejus fuit oratio, quod sciret, eo pergere Octavium. Ostendit igitur legatis, *et regni illius quam incertus esset status, et quanta sibi cum illis necessitudo intercederet, qui rerum ibi potirentur*. Pollicitus item est illis, *cum copiis se eos comitaturum, et paratum i tantumque ad omnem occasionem futurum, donec absque omni periculo ex Syria essent reversi*. Legati ubi significassent, quam grata sibi esset hæc regis benevolentia et propensus animus, *in præsentia quidem ejus comitatu opus sibi non esse* dixerunt; *in posterum vero si qua in re præsidio opus haberent, illi se absque ulla cunctatione significaturos*; quem inter vere amicos populi Romani numerarent.

III.

RES GESTÆ ANNO URBIS DXCI.

(I.) *Res* ARIARATHIS, *Ariarathis filii, regis Cappadociæ.*

* * *

Ol. 154. 1. A. U. 591. Ariarathes succedit patri.

XIV. ΠΑΡΕΓΕΝΟΝΤΟ κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν παρὰ Ἀριαράθου, τοῦ νεωστὶ διαδεδεγμένου τὴν Καππαδοκῶν βασιλείαν, πρέσβεις, ἀνανεωσόμενοι τήν τε 2 φιλίαν καὶ συμμαχίαν τὴν προϋπάρχουσαν· καὶ καθόλου παρακαλέσοντες τὴν σύγκλητον, ἀποδέξασθαι τὴν τοῦ βασιλέως εὔνοιαν καὶ προθυμίαν, ἣν ἔχει καὶ κοινῇ 3 καὶ κατ' ἰδίαν πρὸς ἅπαντας Ῥωμαίους. Ἡ δὲ σύγκλητος διακούσασα τῶν λόγων, τήν τε φιλίαν ἀνενεώσατο καὶ τὴν συμμαχίαν, καὶ καθόλου τὴν ὅλην αἵρεσιν ἀποδεξαμένη τοῦ βασιλέως, [u] φιλάνθρωπος ἐγενή- 4 θη. Τοῦτο δ' ἐγένετο μάλιστα διὰ τὸ τοὺς περὶ τὸν Τιβέριον, καθ' ὃν καιρὸν ἐξαπεστάλησαν ἐπισκεψόμενοι τὰ κατὰ τοὺς βασιλεῖς, ἐπανελθόντας, εὐφήμους λόγους ποιήσασθαι, περί τε τοῦ πατρὸς καὶ καθόλου τῆς βασι- 5 λείας αὐτῶν. Οἷς πιστεύσαντες οἱ τοῦ συνεδρίου, τούς τε πρεσβευτὰς φιλανθρώπως ἀπεδέξαντο, καὶ τὴν ὅλην αἵρεσιν τοῦ βασιλέως.

Amicitiam renovat cum Romanis.

[u] φιλανθρώπως ἀντιχίθη suspicatus est Reisk.

III.

(I.) *Legatio CIX. (et CXII.)*

* * *

XIV. EODEM tempore ab *Ariarathe*, qui regni Cappadociæ successionem paullo ante adierat, venerunt legati, ad renovandam amicitiam et societatem, quæ jam ante illi regno intercesserat cum populo Romano, et ad rogandum senatum, ut regem, qui publice privatimque universis Romanis bene cuperet, et ad omnia officia esset paratus, benevolentia sua complecteretur. Senatus, audita ejus oratione, non solum amicitiam societatemque renovavit; sed etiam, laudato regis animo, comiter legatos excepit. Hoc autem propterea factum, quia *Tiberius*, qui ad cognoscenda regum consilia fuerat missus, reversus ab ea legatione, de patris ipsius animo erga populum Romanum, atque in universum de eorum regno, multa benigna retulerat. Quibus confisi patres, perhumaniter exceperunt legatos, et regis voluntatem collaudarunt.

Ol. 154. 1. Lætatur amicitia Romanorum.

* * *

XV. Ὁ δὲ Ἀριαράθης, ὁ βασιλεὺς Καππαδοκίας, προσδιδεγμένος τοὺς εἰς τὴν Ῥώμην ἀποσταλέντας πρεσβευτὰς, νομίσας ἐκ τῶν ἀποκρίσεων ἐν ὀρθῷ κεῖσθαι τὴν βασιλείαν αὐτῷ, ἐπειδὴ καθίκται τῆς Ῥωμαίων εὐνοίας, ἔθυε τοῖς θεοῖς χαριστήρια τῶν γεγονότων, καὶ τοὺς ἡγεμόνας εἱστία. Μετὰ δὲ ταῦτα πρεσβευτὰς ἀπέ- 2
στειλε πρὸς τοὺς περὶ τὸν Λυσίαν εἰς τὴν Ἀντιόχειαν, σπουδάζων ἀνακομίσασθαι τὰ τῆς ἀδελφῆς καὶ μητρὸς ὀστᾶ. Τὸ μὲν οὖν ἐγκαλεῖν ὑπὲρ τοῦ γεγονότος ἀσεβή- 3
ματος ἀπεδοκίμαζεν, οὐ βουλόμενος ἐρεθίζειν τοὺς περὶ τὸν Λυσίαν, ἵνα μὴ διαψευσθῇ τῆς προθέσεως, καίπερ βαρέως φέρων τὸ γεγονός· ἀξιωματικὰς δὲ δοὺς ἐντο-
λὰς, ἐξαπέστειλε τοὺς πρέσβεις. Τῶν δὲ περὶ τὸν 4
Λυσίαν συγχωρησάντων, καὶ τῶν ὀστῶν ἀνακομισθέντων ὡς αὐτὸν, ἀποδεξάμενος μεγαλομερῶς τὴν παρουσίαν αὐτῶν, ἔθαψε παρὰ τὸν τοῦ πατρὸς τάφον κηδεμονικῶς.

Ossa matris et sororis repetit a Lysia.

(II.) *Res* Rhodiorum.

* * *

Rhodiorum legatio Romam.

XVI. Οἱ Ῥόδιοι, διαπεπυσμένοι ἐκ τῆς περὶ αὐτοὺς γενομένης δυσχερείας, ἔπεμπον εἰς τὴν Ῥώμην πρεσβευτὰς, τοὺς περὶ Κλεαγόραν· [ˣΚάλυνδαν πόλιν] 2

ˣ Verba Κάλυνδαν πόλιν ex conject. restitui. Κλεαγόραν καὶ λάνδαμον Rav. Κλεαγόραν καὶ λάνδαμον cod. Urr. Unde Κλ. καὶ Λάγδαμον fecit Ursinus. Cum ad verbum παραχωρησάντων desideraretur nomen, Reiskius supplendum suspicatus est τὰ ἱλλυρίων.

(*Legatio CXII.*)

* * *

XV. *Ariarathes, Cappadociæ* rex, post reditum legatorum quos Romam miserat, persuasus ex eorum responsis, in tuto sibi regnum esse collocatum, quandoquidem benevolentiam Romanorum esset nactus; ut pro tanto beneficio diis gratias ageret, rem sacram facere instituit, et duces suos convivio excepit. Post hæc Antiochiam legatos ad *Lysiam* misit, quo sororis matrisque ossa reciperet. Ac de scelere quidem impio, quod fuerat admissum, expostulare in præsentia supersedendum sibi esse existimavit, quantumvis iniquo animo rem ferret; ne, si Lysiam irritaret, voti sui compos non fieret. Mandavit igitur legatis, ut precibus magis, quam exprobratione, uterentur. Quum autem permittente Lysia reportatæ reliquiæ ad illum fuissent, magnifico adparatu illa suscepit, et summo studio juxta patris tumulum humavit.

(II.) *Legatio CX.* (*et CXI.*)

* * *

XVI. *Rhodii* postquam ex illa superiore calamitate respirarunt, legatos Romam miserunt, Cleagoram cum

3 [y] ἀξιώσοντας σφίσι παραχωρηθῆναι· περὶ δὲ τῶν ἐχόν- A. U. 591.
των ἐν τῇ Λυκίᾳ καὶ Καρίᾳ κτήσεις, αἰτησομένους τὴν
σύγκλητον, ἵνα αὐτοῖς ἔχειν ἐξῇ, καθὰ καὶ πρότερον.
4 Ἐψηφίσαντο δὲ καὶ [z] κολοσσὸν στῆσαι τοῦ δήμου τῶν
Ῥωμαίων ἐν τῷ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερῷ τριακοντάπηχυν.

* *

XVII. Τῶν Καλυνδίων ἀποστάντων Καυνίων, καὶ Calynda Rhodiis
μετὰ ταῦτα πολιορκεῖν ἐπιβαλλομένων αὐτοὺς τῶν Kau- sese tradit.
νίων, τὰς μὲν ἀρχὰς [a] ἐπεπαλίσαντο Κνιδίους οἱ Καλυν-
2 δεῖς· ὧν καὶ παρατεσόντων κατὰ βοήθειαν, ἐπὶ πολὺ
3 ἀντεῖχον τοῖς ὑπεναντίοις. Ἀγωνιῶντες δὲ τὸ μέλλον,
[b] πρέσβεις ἐξέπεμψαν πρὸς Ῥοδίους, ἐγχειρίζοντες σφᾶς
4 αὐτοὺς καὶ τὴν πόλιν. Οἱ δὲ Ῥόδιοι, πέμψαντες
βοήθειαν καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, τήν τε
5 πολιορκίαν ἔλυσαν, καὶ παρέλαβον τὴν πόλιν. Συνέβη
δὲ, καὶ τὴν σύγκλητον αὐτοῖς βεβαιῶσαι τὴν τῶν Κα-
λυνδέων κτῆσιν.

[y] ἀξιώσοντας correxit Ursin. ἀξιώσοντες dant MSti. [z] κολοσσὸν ingenie Ursini debetur. κολοὺς cod. Urs. κολλοὺς Bav. [a] ἐπεπαλίσαντο correxi cum Reisk. Vulgo ἀνεπαλίσαντο. [b] Pro verbis πρέσβεις ἐξέπεμψαν πρὸς Ῥοδίους, quæ ex conjecț. restituit Ursinus, nil amplius in MStis erat, nisi πρεσβεύειν μὲν ἐγχειρίζοντες.

collegis, qui [*Calyndam oppidum*] *sibi concedi* postularent: deinde ut eorum nomine, qui in Lycia et Caria prædia habebant, peterent, quo illa pari atque antea jure possidere illis liceret. Insuper decreverunt iidem, in honorem populi Romani *colossum* cubitorum triginta in æde Minervæ dedicare.

(*Legatio CXI.*)

* *

XVII. Quum a Cauniis *Calyndenses* defecissent, ac postea obsidionem eorum adgressi esset *Caunii*; illi principio quidem a *Cnidiis* auxilia poposcerunt: quibus etiam promte suppetias ferentibus, aliquamdiu hostibus restiterunt. Sed mox de exitu belli anxii et solliciti, legationem ad Rhodios miserunt, se suamque urbem illis dedentes. *Rhodii*, terra marique auxilio misso, urbem obsidione liberarunt, eamque sibi traditam acceperunt. Mox vero etiam senatus ejus possessionis retinendæ jus et potestatem illis concessit.

IV.

RES GESTÆ ANNO DXCII.

I. In Italia.

(1.) Ptolemæus *junior* (*Physcon*) *Romæ a Senatu Cyprum insulam petit.*

* * *

Ol. 154. 2. A. U. 592. Ægypti regnum inter duos fra tres divisum.

XVIII. Μετὰ τὸ μερίσαι τοὺς Πτολεμαίους τὴν βασιλείαν, παρεγένετο Πτολεμαῖος ὁ νεώτερος εἰς τὴν Ῥώμην, ἀθετεῖν βουλόμενος τὸν γεγονότα μερισμὸν αὐτῷ πρὸς τὸν ἀδελφόν· φάσκων, οὐχ ἑκών, ἀλλὰ 2 κατ' ἀνάγκην, τῷ καιρῷ περιληφθεὶς, πεποιηκέναι τὸ προσταττόμενον. καὶ παρεπάλει τὴν σύγκλητον μερίσαι 3 τὴν Κύπρον αὐτῷ· καὶ γὰρ καὶ τούτου γενομένου, καταδεεστέραν ἕξειν μερίδα τοῦ ἀδελφοῦ παρὰ πολύ.

Canuleius et Quintus, legati.

Τῶν δὲ περὶ τὸν [c]Κανουλήϊον καὶ Κόϊντον ἀπομαρτυ- 4 ρούντων τοῖς περὶ τὸν [d]Μένυλλον, τοῖς παρὰ τοῦ πρεσβυτέρου παραγεγονόσι πρεσβευταῖς, διότι [e]καὶ τὴν Κυρήνην ὁ νεώτερος καὶ τὸ πνεῦμα δι' αὐτοὺς ἔχοι· τοιαύτην γενέσθαι τὴν τῶν ὄχλων πρὸς αὐτὸν ἀλλοτριότητα καὶ προσκοπήν· διὸ καὶ, παρ' ἐλπίδα καὶ παραδόξως 5 δεδομένων αὐτῷ τῶν κατὰ Κυρήνην πραγμάτων, ἀσμένως [f]δίξαιτο, καὶ σφαγίων τμηθέντων καὶ λάβοι τοὺς ὅρκους παρὰ τἀδελφοῦ, καὶ δοίη περὶ τούτου· τοῦ δὲ

[c] Κανυλήϊον Bav. [d] Sic constanter MSti et h. l. et deinde. Quod nomen, nescio quid secutus, Ursinus in Μενύλλιον mutavit. [e] καὶ τὴν Κυρήνην ex Casauboni conject. scripsi. Vulgo κατὰ Κυρήνην. [f] Sic correxi. Mendose δίξαι Ursin. cum MStis, quod in δίξασθαι sua auctoritate mutavit Casaubonus.

IV.

(1.) *Legatio CXIII.*

* * *

XVIII. Postquam *Ptolemæi* regnum sunt partiti, venit Romam *Ptolemæus junior*, institutam cum fratre partitionem infectam redditurus; quod diceret, *non sponte se, verum difficultatibus temporum cedere coactum, id fecisse, quod justus fuisset. Petere igitur a senatu, ut Cyprum sibi adjudicaret: nam, etiam sic, longe deteriorem suam portionem fore portione fratris.* Quum vero *Canuleius* ac *Quintus* suo testimonio confirmarent id quod dicebat *Menyllus*, qui a *majore Ptolemæo* legatus aderat: *Ptolemæum nempe juniorem non solum Cyrenen, sed et ipsam vitam, sua opera retinere; adeo vulgo omnium animos ab eo alienatos esse, tantamque offensam contractam, ut pro magno beneficio concessum ipsi præter spem suam et opinionem Cyrenæ regnum acciperet; idque postea sacris rite peractis, fide data invicemque accepta esse firmatum:* omnibus his contra-

6 Πτολεμαίου πᾶσι τούτοις ἀντιλέγοντος· ἡ σύγκλητος, ἅμα μὲν ὁρῶσα τὸν [g] μερισμὸν * γεγονότα τελέως, ἅμα δὲ βουλομένη διελεῖν τὴν βασιλείαν πραγματικῶς, αὐτῶν αἰτίων γενομένων τῆς διαιρέσεως, συγκατέθετο τοῖς ὑπὸ τοῦ νεωτέρου παρακαλουμένοις ἐπὶ τῷ σφετέρῳ συμ-
7 φέροντι. Πολὺ γὰρ ἤδη τοῦτο τὸ γένος ἐστὶ τῶν διαβουλίων παρὰ Ῥωμαίοις, ἐν οἷς διὰ τῆς τῶν πέλας ἀγνοίας αὔξουσι καὶ κατασκευάζονται τὴν ἰδίαν ἀρχὴν πραγματικῶς, [h] ἅμα χαριζόμενοι καὶ δοκοῦντες
8 εὐεργετεῖν τοὺς ἁμαρτάνοντας. Διὸ καὶ καθορῶντες τὸ μέγεθος τῆς ἐν Αἰγύπτῳ δυναστείας, καὶ δεδιότες, ἄν ποτε τύχῃ προστάτου, μὴ μεῖζον φρονῇ τοῦ καθήκοντος·
9 κατέστησαν πρεσβευτὰς, Τῖτον Τορκουάτον καὶ Γνάϊον [i] Μερόλαν, τοὺς κατάξοντας ἐπὶ τὴν Κύπρον τὸν Πτολεμαῖον, καὶ τελειώσοντας ἅμα τὴν ἐκείνων καὶ τὴν
10 αὐτῶν πρόθεσιν. Καὶ παραχρῆμα τούτους ἐξαπέστειλαν, δόντες ἐντολὰς, διαλῦσαι τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ κατασκευᾶσαι τῷ νεωτέρῳ τὴν Κύπρον χωρὶς πολέμου.

A. U. 592. Astuta senatus consilia.

T. Torquatus et Cn. Merula, legati.

(II.) Demetrius *Roma profugit in Syriam.*

* * *

XIX. Κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον προσπεσούσης τῆς
2 περὶ τὸν Γνάϊον περιπετείας, ὡς ἀνῃρέθη· καὶ τῶν παρὰ

Cn. Octavii cædes.

[g] Post μερισμὸν excidit nescio quid. Particulam οὐ ex ing. suppleverat Ursinus. ἄτοπον, ἄλογον vel ἄδικον suspicatus est Reisk. [h] Sic correxi et orationem distinxi. Vulgo edebatur ἅμα χειριζόμενοι, καὶ δοκοῦντες. [i] Vulgo Μεροῦλαν invitis MStis.

dicente Ptolemæo; senatus, videns quidem, omnino * esse divisionem, simul vero, quandoquidem dividendi regni ipsi fratres auctores fuissent, cupiens dato consilio institui partitionem, adsensit junioris fratris postulatis, quæ sibi utiliora esse intelligebat. Multum enim Romani hoc genere consiliorum utuntur, quibus per aliorum imprudentiam suum augent et efficaciter adstruunt firmantque imperium eodem tempore, quo illis, qui sua imprudentia peccant, indulgent et beneficium in eos conferre videntur. Tunc igitur, potentia regni Ægyptiaci intellecta, veriti, ne, si quando caput contingeret illi imperio, altius quam par esset, spiraret, *Titum Torquatum* et *Cn. Merulam* legatos decreverunt, qui *Ptolemæum* in *Cyprum* reducerent, in qui ex sua atque ipsius voluntate negotium illud conficerent. Protinus ergo et legatio hæc missa est cum mandatis, ut pacem inter fratres conciliarent, et juniori regnum Cypri citra vim et arma tradendum curarent.

(II.) *Legatio CXIV.*

* * *

XIX. Eodem fere tempore, postquam esset Romam nuncius adlatus de casu *Cnæi Octavii*, qui occisus fuerat; quumque etiam *legati Antiochi*, quos

Ol. 154. 2. τοῦ βασιλέως Ἀντιόχου πρισβευόντων, ὧν ὁ Λυσίας ἔπεμψε, παραγενομένων, καὶ πολλοὺς διαθεμένων λόγους, ὑπὲρ τοῦ [1]μὴ κεκοινωνηκέναι τῆς πράξεως τοὺς τοῦ βασιλέως φίλους· ἡ μὲν σύγκλητος παρέπεμψε τοὺς πρισβευτὰς, οὐ βουλομένη διδόναι περὶ τούτων ἀπόφασιν οὐδεμίαν, οὐδ' ἐκτίθεσθαι παθόλου τὴν αὐτῆς γνώμην. 3

Demetrius deliberat cum Polybio. Ὁ δὲ Δημήτριος, στοχασθεὶς ἐπὶ τοῖς ἠγγελμένοις, ἐξαυτῆς προσκάλεται τὸν Πολύβιον, καὶ προσανέφερεν διαπορῶν, εἰ δεῖ πάλιν [2]ἐντυχεῖν τῇ συγκλήτῳ περὶ τῶν καθ' αὑτόν. 4 Ὁ δὲ παρεκάλει μὴ δεῖν πρὸς τὸν αὐτὸν λίθον πταίειν, ἀλλ' ἐν ἑαυτῷ τὰς ἐλπίδας ἔχειν, καὶ τολμᾶν τι βασιλείας ἄξιον· πολλὰς γὰρ ὑποδεικνύειν ἀφορμὰς τοὺς ἐνεστῶτας καιρούς. 5 Ὁ δὲ Δημήτριος συνοήσας τὸ λεγόμενον, τότε μὲν ἀπεσιώπησε· μετ' ὀλίγον δέ τινι τῶν συνήθων Ἀπολλωνίῳ μετέδωκε περὶ τῶν αὐτῶν. 6

Non sequitur consilium Polybii. Ὁ δὲ προειρημένος, ἄνωθεν ὢν, καὶ πεπιδὴ νέος, συνεβούλευε πέμπειν ἔτι λαθεῖν τὴν συγκλήτου· πιπτεῖσθαι γὰρ, ἐπὶ τῆς βασιλείας ἀλόγως αὐτὸν [3]ἱστέρηκε, τῆς γε ὁμηρείας αὐτὸν ἀπολύσειν. 7 ἄτοπον γὰρ εἶναι τελέως, Ἀντιόχου τοῦ παιδὸς διαδεδεγμένου τὴν ἐν Συρίᾳ βασιλείαν, Δημήτριον ὁμηρεύειν ὑπὲρ αὐτοῦ. 8 Τούτοις μὲν οὖν τοῖς λόγοις πεισθεὶς, 9 πάλιν εἰσῆλθεν εἰς τὴν σύγκλητον ὁ προειρημένος, καὶ παρεκάλει τῆς γε κατὰ τὴν ὁμηρείαν ἀνάγκης αὐτὸν

[1] Abest μὴ a Bav. [2] ἐντυχῶν correxit Ursin. ἐντυχὼν Bav. [3] ἱστέρηκε adscivi ex Bav. Vulgo ἱστέρησε.

Lysias misereat, Romam venissent, et multa disseruissent, quo probarent, cædis ejus conscios non fuisse regis amicos; senatus contemtim audivit legatos, neque de ea re quidquam respondit, quia mentem suam prodere omnino nolebat. At *Demetrius* hoc nuncio perculsus, Polybium arcessit, et cum eo deliberat, deberetne iterum de suis rebus cum patribus agere. *Polybius* Demetrium monuit, *vereret ad eumdem lapidem bis offendere; quin potius spes suas in seipso poneret, audetque aliquid regno dignum: multas enim ipsi præsentem rerum statum occasiones exhibere.* Demetrius animadverso, quo hoc consilium spectaret, in præsentia verbum non dicere: at non multo post de iisdem rebus cum Apollonio ea familiarium numero communicare. Is, ut bonus homo et admodum juvenis, iterum explorandam voluntatem senatus censebat: neque enim dubitare se, quoniam sine causa regno eum patres spoliassent, quin necessitatem certe manendi Romæ pro obside facerent illi remissuri. Rem enim esse penitus absurdam, quum in regno Syriæ Antiochus succesisset, obsidem fidei illius Demetrium retineri. Hujus oratione persuasus *Demetrius*, iterum in curiam venit, et *ut saltem necessitate liberaretur manendi Romæ pro obside*, orat, *quantæ re-*

ἀπαλλάξαι, ἐπὶ τὴν βασιλείαν ἐφιέναι Ἀντιόχῳ συγ- A. U. 592.
10 κατασκευάζειν. Καὶ πλείω δὲ πρὸς ταύτην τὴν ὑπόθεσιν αὐτοῦ διαλεχθέντος, ἔμεινεν ἡ σύγκλητος ἐπὶ τῆς
11 αὐτῆς αἰρέσεως· ὅπερ εἰκὸς ἦν. καὶ γὰρ πρότερον οὐ διὰ τὸ μὴ λέγειν τὰ δίκαια τὸν Δημήτριον ἐφιέναι τὴν ἀρχὴν τῷ παιδὶ συνδιαφυλάσσειν, ἀλλὰ διὰ τὸ [m]συμ-
12 φέρειν τοῖς σφετέροις πράγμασιν. μενόντων δὲ τῶν ὅλων ἐπὶ τῆς αὐτῆς διαθέσεως, μένειν εἰκὸς ἦν καὶ τὴν τῆς συγκλήτου διάληψιν ἐπὶ τῆς αὐτῆς προαιρέσεως.

XX. Πλὴν ὅ γε Δημήτριος, μάτην [n]ἐξάσας τὸ κύπτειον, καὶ γνοὺς, ὅτι καλῶς αὐτῷ συνεβούλευεν ὁ
2 Πολύβιος, μὴ δὶς πρὸς τὸν αὐτὸν λίθον πταίειν· μεταμαληθεὶς ἐπὶ τοῖς γεγονόσι, ἅμα δὲ καὶ φύσει μεγαλόφρων ὑπάρχων, καὶ τόλμαν ἱκανὴν ἔχων πρὸς τὸ κρεῖττον, εὐθέως ἐπάλαι Διόδωρον, προσφάτως ἐκ τῆς Συρίας παραγεγονότα, καὶ μετεδίδου περὶ τῶν καθ'
3 αὐτόν. Ὁ δὲ Διόδωρος προφὺς μὲν ἐγεγόνει τοῦ Diodorus, educator Demetrii.
Δημητρίου· πανοῦργος δ' ὢν, καὶ κατανενοηκὼς ἐπι-
4 μελῶς τὰ κατὰ τὴν Συρίαν, ὑπεδείκνυεν αὐτῷ· διότι, τῶν μὲν ἐκεῖ τεταραγμένων διὰ τὸν Γναῖον [o]φόνον, καὶ [p]διαπιστευόντων τῶν μὲν πολλῶν τοῖς περὶ τὸν Λυσίαν, τῶν δὲ περὶ τὸν Λυσίαν τοῖς πολλοῖς, τῆς δὲ συγκλήτου πανσαμένης ἐκ τῶν τοῦ βασιλέως φίλων γεγονέναι τὴν

[m] Sic Bav. Vulgo *συμφέρειν*, nescio an ex Ursini ing. [n] ἐξάσας ex conject. scripsi. Ἐξανύσας est in codd. quod in ἐξηχήσας mutavit Ursinus. [o] φόνον correxit Gronov. ex versione Casaub. φόβον edit. Urs. et Casaub. cum MStis. [p] διαπιστευόντων correxi, monente Gronov. Vulgo διαπιστευόντων.

quam Antiocho firmarent. In hanc sententiam quum plura etiam Demetrius disseruit, nihilominus tamen in sententia senatus mansit: quod et consentaneum erat. Nam et antea regnum puero conservandum decreverat, non quia injusta esset Demetrii oratio; sed quia ita reipublicæ expediret. Quum igitur status rerum idem maneret; rationi consentaneum erat, ut et senatus sententia in eodem proposito maneret.

XX. Cæterum *Demetrius*, frustra edito supra modum cerebro, postquam experientia magistra cognovisset, rectum fuisse *Polybii* consilium, monentis ne ad eumdem lapidem bis offenderet; pœnitentia ductus sui facti, quum præsertim magni vir animi esset, et satis audaciæ haberet ad exsequendum quod semel statuisset, *Diodorum* ad se vocat, qui recens e Syria venerat, deque suis rebus cum eo deliberat. Fuerat hic Diodorus Demetrii educator, homo vafer, qui, Syriæ statu sedulo perspecto, edocuit illum, *rebus ibi turbatis propter Cnæi cædem, quum neque populi Lyciæ fiderent, neque Lyciæ populis, ut senatui crederent, fraudi esse Ilocorum regis cum legatos suos ultio-*

Ol. 154. 2. εἰς τοὺς σφετέρους πρεσβευτὰς παρανομίαν, κάλλιστον εἶναι καιρὸν ἐπιφανῆναι τοῖς πράγμασι. Ταχίως γὰρ τοὺς μὲν ἐπεῖ μεταῤῥίψειν τὴν βασιλείαν εἰς αὐτὸν, κἂν ὅλως μετὰ παιδὸς ἐνὸς στήσηται τὴν παρουσίαν· τὴν δὲ σύγκλητον οὐ τολμήσειν ἔτι βοηθήσειν, οὐδὲ [q] συνεπισχύσειν τοῖς περὶ τὸν Λυσίαν, τοιαῦτα διεργασαμένοις. Λοιπὸν εἶναι, τὸ λαθεῖν ἐκ τῆς Ῥώμης [r] ἀπελθόντας, καὶ μηδένα λαβεῖν ἔννοιαν τῆς ἐπιβολῆς αὐτοῦ. Δοξάντων δὲ τούτων, μετεπέμπετο τὸν Πολύβιον, καὶ δηλώσας τὰ δεδογμένα, παρεκάλει συνιστιλαβέσθαι τῆς ἐπιβολῆς, καὶ συνδιανοηθῆναι, πῶς ἂν χειρισθείη τὰ κατὰ τὸν δρασμόν. Συνέβαινε δὲ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον, Μένυλλον μὲν τὸν Ἀλαβανδέα παρεῖναι πρεσβεύοντα παρὰ τοῦ [s] πρεσβύτου βασιλέως Πτολεμαίου, χάριν τοῦ συγκαταστῆναι καὶ δικαιολογηθῆναι πρὸς τὸν νεώτερον Πτολεμαῖον· ἐνύγχανε δὲ προϋπάρχουσα τῷ Πολυβίῳ πρὸς τὸν Μένυλλον ἰσχυρὰ συνήθεια καὶ πίστις. διὸ καὶ, νομίσας αὐτὸν ἐπιτήδειον εἶναι πρὸς τὴν ἐνεστῶσαν χρείαν, συνίστησι τῷ Δημητρίῳ μετὰ μεγάλης σπουδῆς καὶ φιλοτιμίας. Ὁ δὲ κοινωνήσας τῆς ἐπιβολῆς, ἀνεδέξατο, τήν τε ναῦν [t] ἑτοιμάσαι, καὶ τἄλλα πρὸς τὸν πλοῦν ἀπαρτιεῖν. Οὗτος μὲν οὖν εὑρὼν ἐν τῷ στόματι τοῦ Τιβέριος ὁρμοῦσαν

Polybius

Menyllus legatus Ptolemæi senioris,

adjuvat Demetrium.

[q] συνεπισχύειν Bav. [r] ἀπελλόντας malim. [s] Sic MSti πρεσβυτέρου quod vulgo habent, ingenio Ursini debetur. [t] ἑτοιμάσαι recepi ex Bav. Vulgo ἑτοιμάσας.

tos, *opportunissimum esse tempus ad aliquid moliendum, ut in ipso regno repente hominibus esse ostenderet. Statim enim Syros regnum fore in ipsum translaturos, si vel uno puero comitatus veniret: neque auxurum senatum puero regi opem ferre, neque potentiam Lysiæ, a quo tantum scelus admissum, suis viribus stabiliturum. Superesse nunc illam curam, ut Roma inscii omnibus discederet, priusquam de ejus consilio ulla suspicio cuiquam oboriretur.* Hoc consilio probato, Demetrius *Polybium* ad se vocat, quid pararet significat, orat, velit se in hoc incepto ire adjutum, et una secum deliberare, qua ratione posset evadere. Forte illo tempore aderat Romæ *Menyllus* Alabandensis, missus a seniore Ptolemæo, ut patrocinium caussæ ipsius ageret apud patres, et adversus juniorem Ptolemæum certamen pro illo susciperet. Huic Menyllo arcta familiaritas et necessitudo cum Polybio intercedebat: qui ratus aptissimum eum esse ad hoc ministerium obeundum, quanto maximo poterat studio illum Demetrio commendavit. Is igitur particeps consilii factus, et navem, et quæcumque ad iter forent necessaria, paraturum se recepit. Ac quum in ostio Tiberis Carthaginiensem navem inven-

Καρχηδονίαν ναῦν ἱεραγωγὸν, ταύτην ἐναυλώσατο. A. U. 592.
12 Συμβαίνει δὲ, τὰ πλοῖα ταῦτα [u]κατ' ἐκλογὴν λαμβάνεσθαι ἐκ τῆς Καρχηδόνος, ἐφ' οἷς εἰς τὴν Τύρον ἐκπέμπουσιν οἱ Καρχηδόνιοι τὰς πατρίους ἀπαρχὰς τοῖς θεοῖς· ἐναυλοῦτο δὲ φανερῶς εἰς τὴν ἰδίαν ἀναπομιδήν.
13 διὸ καὶ τήν τε τῶν ἐπιμηνίων παρασκευὴν ἀνυπόπτως ἐποιεῖτο, καὶ φανερῶς ἐλάλει, καὶ συνίστατο τοῖς ναυτικοῖς.

XXI. [x]Ἐπειδὴ δὲ πάντ' ἦν ἕτοιμα τῷ ναυκλήρῳ, καὶ λοιπὸν ἤδει τὸν Δημήτριον ἀπαρτίζειν τὰ καθ' αὑτόν· τὸν τροφέα προαπέστειλεν εἰς τὴν Συρίαν, ὑπακουστήσοντα καὶ κατοπτεύσοντα τὰ ἐκεῖ [y]συμβαίνοντα περὶ
2 τοὺς ὄχλους. Ὁ δὲ σύντροφος Ἀπολλώνιος ἐξ ἀρχῆς Apollonius, Apollonii fil.
αὐτῷ μετεῖχε τῆς ἐπιβολῆς· δυοῖν δ' ὑπαρχόντων [z]ἀδελφοῖν, Μελεάγρου καὶ Μενεσθέως, τούτοις [a]ἐκοινωνήσατο τὴν πρᾶξιν, ἄλλῳ δ' οὐδενὶ τῶν μετ' αὐτοῦ, καί τοι
3 πλειόνων ὄντων. οὗτοι δ' ἦσαν Ἀπολλωνίου κατὰ φύσιν υἱοὶ, τοῦ μεγάλην μὲν εὐκαιρίαν [b]ἴσχοντος παρὰ Σελεύκῳ, μεταστάντος δὲ κατὰ τὴν Ἀντιόχου μετάληψιν
4 τῆς ἀρχῆς εἰς Μίλητον. Τῆς δὲ συνταχθείσης ἡμέρας Fugam parat Demetrius.
πρὸς τοὺς ναυτικοὺς συνεγγιζούσης, ἔδει γενέσθαι παρά
5 τινι τῶν φίλων ὑποδοχὴν πρὸς τὴν ἔξοδον. παρὰ γὰρ

[u] Inverso ordine λαμβ. κατ' ἐκλογὴν Bav. [x] Sic Bav. Vulgo Ἐπεὶ δ' ἦν πάντα ἕτοιμα. [y] συμβάντα Bav. [z] ἀδελφῶν Bav. [a] ἐκοινώσατο dedit Bav. Vulgo ἐκοινώσατο. [b] σχόντος voluit Reisk.

nisset ex earum numero quibus sacra deferuntur, hanc ad vecturam conducit. Solent autem cum cura hæ naves deligi Carthagine, ad deferendas Tyrum primitias, quas illuc Carthaginienses diis patriis mittunt. Conduxit autem palam ad reditum suum. Idcirco etiam commeatus sine cujusquam suspicione adparabat, et cum nautis in oculis omnium colloquebatur, et tempus constituebat.

XXI. Postquam nauclerus omnia parata habuit, et nihil jam restabat, nisi ut Demetrius ad iter se compararet; suum illum educatorem in Syriam præmisit, qui omnes ibi rumusculos colligeret, et, quis populorum esset sensus, explorarèt. *Apollonius* vero, qui educatus cum ipso fuerat, hujus incepti jam a principio conscius fuerat: cui quum duo essent fratres, Meleager et Menestheus, cum his pariter rem communicavit Demetrius, neque cum alio quoquam ex familiaribus, quamquam multi erant. Fratres istos *Apollonius* ille genuerat, qui plurimum gratia apud Seleucum valuerat, deinde, ubi ad Antiochum regnum fuit translatum, Miletum ex aula migravit. Postquam constituta cum nautis dies venit, ut exiret urbe Demetrius, apud quemdam ex amicis convivium celebraturus erat: nam in hospitio quidem suo cœnare non poterat,

Ol. 154. 2. αὐτῷ ποιεῖν τὸ δεῖπνον οὐχ οἷόν τ' ἦν, εἴθιστο γὰρ ἐπιμελῶς παλεῖν ἅπαντας τοὺς περὶ αὐτὸν ὄντας. Οἱ 6
δὲ συνειδότες τὴν τρᾶξιν, ἔμελλον ἐξ οἴκου δειπνήσαντες
ἐπὶ τὸ πλοῖον ἥξειν, ἔχοντες ἕνα παῖδα μεθ' ἑαυτῶν
ἕκαστος, τοὺς γὰρ λοιποὺς ἀπεστάλκεισαν εἰς Ἀνα-
Polybius æger. γνείας, κατὰ τὴν ἐπιοῦσαν αὐτοὶ παρεπόμενοι. Τὸν δὲ 7
Πολύβιον συνέβαινε κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἠσθενηκότα
μένειν κατακλινῆ, εἰδέναι δὲ πάντα τὰ πραττόμενα,
τοῦ Μενύλλου συνεχῶς αὐτῷ μεταδιδόντος ἀεὶ περὶ τῶν
ὑποπιπτόντων. Διόπερ ἀγωνιάσας ὁ προειρημένος, μὴ, 8
Demetrius bibax. τῇς [c]συνηθείας ἐλκυσθείσης, ἅτε τοῦ Δημητρίου συμ-
ποτικοῦ φυσικῶς καὶ νεωτέρου τελείως ὑπάρχοντος, ἀπό-
ρημά τι γένηται περὶ τὴν ἔξοδον διὰ τὴν μέθην· γράψας 9
βραχὺ [d]πιττάκιον καὶ σφραγισάμενος, πέμπει παρ'
αὐτοῦ παῖδα, συσπουδάζοντος ἄρτι τοῦ θεοῦ, συντάξας,
ἐκπαλεσάμενον τὸν οἰνοχόον τοῦ Δημητρίου δοῦναι τὸ
πιττάκιον, μηδὲν εἰπόντα, τίς ἢ παρὰ τίνος, καὶ κελεύειν
ἀποδιδόναι τῷ Δημητρίῳ, ὡς παραχρῆμα διαναγνῶναι.
Γενομένων δὲ πάντων κατὰ τὸ συνταχθὲν, λαβὼν ὁ 10
Monita Polybii. Δημήτριος ἐπανέγνω. Τὸ δὲ πιττάκιον περιεῖχε τὰς 11
γνώμας ταύτας.

Ὁ δρῶν, τὰ τοῦ μέλλοντος οἴχεται φέρων.
Ἴσον φέρει νύξ· τοῖς δὲ τολμῶσι πλέον. 12

[c] An *συνουσίας*? [d] *πιττάκιον* h. l. et deinceps restituit Casaub. *πινάκιον* Ursinus invitis MStis.

quod esset illi consuetudo, quam diligenter servaverat, omnes qui circa ipsum erant invitare. Deinde, qui conscii erant arcani, cœnatione egressi, navim recta cum singulis quisque pueris petere debebant: nam reliquos *Anagniam* miserant, tamquam eodem postridie et ipsi essent ituri. Accidit autem, ut quum hæc gererentur, æger *Polybius* in lectulo decumberet: quem tamen nihil eorum, quæ fiebant, fugiebat, quum Menyllus, ut quidque novi acciderat, de singulis continuo eum moneret. Is igitur vehementer sollicitus, ne, quia Demetrius natura sua convivlis plurimum gaudebat, et juvenis admodum tunc erat, extracta in tempus longius compotatione, exeundi consilium propter temulentiam aliquo modo impeditum hæreret; brevi pittacio conscripto atque obsignato, puerum e suis, quum jam tenebresceret, mittit, eique mandat, ut, pincerna Demetrii foras vocato, pittacium illi traderet, non addito, quis ipse esset, aut a quo mitteretur; juberetque, Demetrio id extemplo legendum dari. Factum est plane uti jusserat, et *Demetrius* acceptum pittacium legit. In In eo hæ gnomæ erant descriptæ.

Gnavus cunctatori spes suas præripit.
Æque utrisque commoda nox; sed
magis favet audentibus.

13 Τόλμα τι, κινδύνευε, πράττ', ἀποτύγχανε, A. U. 592.
Ἐπίτυχε· πάντα μᾶλλον, ἢ σαὐτὸν πρόου.
14 Νῆφε, καὶ μέμνησ' ἀπιστεῖν· ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν.

XXII. Ταῦτα διαναγνοὺς ὁ Δημήτριος, καὶ συννοήσας τὰς ὑποθέσεις, καὶ τίνες, καὶ παρὰ τίνος εἰσὶ, παραυτίκα προσποιηθεὶς ὡς ἐπιναύσιος γεγονὼς, ἀπηλ- 2 λάττετο, [e]συμπροπεσόντων αὐτῷ καὶ τῶν φίλων. παραγενόμενος δ' [f]ἐπὶ σκηνὴν, τοὺς μὲν ἀνεπιτηδείους τῶν οἰκετῶν ἐξέπεμψεν εἰς τὰς Ἀναγνείας, συντάξας, λαβόντας τὰ λῖνα καὶ τοὺς κύνας ἀπαντᾷν ἐπὶ τὸ Κίρ- 3 καιον· ἐκεῖ γὰρ ἐπιμελῶς εἰώθει κυνηγετεῖν [g]τὸν ὖν· ἐξ οὗ καὶ τῆς πρὸς τὸν Πολύβιον αὐτῷ συνηθείας τὴν 4 καταρχὴν γενέσθαι συνέπεσε. Μετὰ δὲ ταῦτα τοῖς περὶ τὸν Νικάνορα διεσάφει τὴν ἐπιβολὴν, καὶ κοινωνεῖν 5 παρεκάλει τῶν αὐτῶν ἐλπίδων. Πάντων δὲ προθύμως δεξαμένων τὸν λόγον, παρήγγειλε κατὰ σπουδὴν, [h]ἐπανελθόντας ἐπὶ τὰς ἰδίας καταλύσεις, τοῖς μὲν παισὶ [i]συντάττειν, προάγειν ὑπὸ τὴν ἑωθινὴν εἰς τὰς Ἀναγνείας, καὶ μετὰ τῶν κυνηγῶν ἀπαντᾷν εἰς τὸ Κίρκαιον· 6 [k]αὐτοὺς δὲ λαβόντας ἐσθῆτας τὰς ὁδοιπορικὰς ἀνακάμπτειν ὡς αὐτὸν, εἰπόντας τοῖς οἰκέταις, ὅτι μετὰ τοῦ Δημητρίου συμμίξουσιν αὐτοῖς κατὰ τὴν ἐπιοῦσαν 7 ἐπὶ τὸν προειρημένον τόπον. Γενομένων δὲ πάντων καθὼς

Venatum exire se simulat Demetrius.

[e] συμπροπεμπόντων αὐτῷ Bav. [f] Putaveram ἐπ' οἴκου vel ἐπ' οἶκον. [g] τὸν ὖν ex conject. scripsi. τὸν υἱὸν MSS. Hinc τὸ πρὶν edd. ex Ursini conject. μετὰ τῶν φίλων suspicatus est Reisk. [h] ἐλθόντας Bav. [i] συντάττειν correxit Urs. συνέταξε MSti. [k] Et hunc locum ex certa conject. restituit Ursin. sed superest etiam nunc in posterioribus erratum: nam aut τὰς ἐσθῆτας τὰς ὁδοιπορ. scribendum, aut quod malimus, ἐσθῆτας ὁδοιπορικὰς absque articulo.

Aude, periclitare, age quid. Sive succedat propositum,
sive minus; omnia prius, quam te deseras.
Sobrius esto, nemini fidem habendam memento; hi sunt nervi prudentiæ.

XXII. His lectis *Demetrius*, cognito, et quo hæc præcepta spectarent, et a quo sibi mitterentur, extemplo nauseabundum se simulans, convivio excessit, amicis simul cum eo egredientibus. In hospitium ut ventum, famulos ad illud iter minus aptos *Anagniam* proficisci jubet, mandatque illis, ut cum retibus ac canibus venaticis ad *Circæum* montem sibi occurrerent, ubi studiose solitus erat aprum venari; unde etiam contigerat, ut Polybium propius noscendi occasio primum ei daretur. Secundum hæc Nicanori, quod destinabat, aperit, atque illos hortatur, ut eorumdem consiliorum secum velint esse participes. Quum operam prolixe omnes pollicerentur: monuit eos, ut domum suam quisque celeriter repeterent, et famulis imperarent, ut mane orto Anagniam proficiscerentur, et cum venatoribus ad *Circæum* sibi occurrerent; ipsi interim viatoriis sumtis vestibus ad se redirent, famulisque dicerent, postridie ejus diei in illum quem diximus locum ad se venirent, ibi enim cum Demetrio sese fu-

Ol. 154. 2. προείρηται, προῆγον εἰς τὴν Ὠστίαν νυκτὸς ἐπὶ τὸ
Ostiæ conscendit navem. στόμα τοῦ Τιβέριος. Ὁ δὲ Μένυλλος προπορευόμενος 8
ἐκοινολογεῖτο τοῖς ναυτικοῖς, φάσκων, αὐτῷ προστεπτωκέναι παρὰ τοῦ βασιλέως, [l]διὸ δέον ἐστὶν αὐτὸν μὲν μένειν κατὰ τὸ παρὸν ἐν τῇ Ῥώμῃ, τῶν δὲ νεανίσκων τοὺς [m]πιστοτάτους ἐκπέμψαι πρὸς αὐτὸν, παρ' ὧν ἐπιγνώσεται πάντα τὰ κατὰ τὸν ἀδελφόν. διόπερ αὐτὸς 9
μὲν οὐκ ἔφησεν ἐμβαίνειν, τοὺς δὲ νεανίσκους ἤξειν περὶ
μέσας νύκτας τοὺς μέλλοντας πλεῖν. Τῶν δὲ ναυ- 10
κλήρων ἀδιαφορούντων, διὰ τὸ μένειν αὐτοῖς τὸ ταχθὲν
ναῦλον ἐξ ἀρχῆς, καὶ πάντα κατηρτικότων ἐκ πολλοῦ
τὰ πρὸς τὸν πλοῦν· παρῆσαν οἱ περὶ τὸν Δημήτριον 11
κατὰ τρίτην φυλακὴν λήγουσαν, ὄντες ὀκτὼ, καὶ παῖδες
πέντε, καὶ παιδάρια τρία. τοῦ δὲ Μενύλλου κοινολο- 12
γηθέντος αὐτοῖς, καὶ παραδείξαντος τὴν τῶν ἐπιμηνίων
παρασκευὴν, ἔτι δὲ συστήσαντος τῷ ναυκλήρῳ καὶ τοῖς
ἐπιβάταις ἐκτενῶς, οὗτοι μὲν ἐπέβησαν· ὁ δὲ κυβερνήτης, 13
ἅρτι [n]διαφώσκοντος, ἄρας τὰς ἀγκύρας, ἐτέλει τὸν
πλοῦν ἁπλῶς, οὐδεμίαν ἔννοιαν ἔχων τοῦ πράγματος,
ἀλλ' ὡς στρατιώτας τινὰς ἄγων παρὰ τοῦ Μενύλλου
πρὸς τὸν Πτολεμαῖον.

Sero comperta fuga. XXIII. Ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ κατὰ τὴν ἐπιοῦσαν οὐδεὶς
ἐπεζήτησεν ἔμελλε τὸν Δημήτριον, οὐδὲ τοὺς μετ' ἐκεί-

[l] Forte διόπερ δέον, nisi ad προσπεπτωκέναι. adjiciamus τι. [m] πιστοτάτους correxi cum Reisk. διαπιστοτάτους MSti, quod in ἐπιστοτάτους mutavit Ursin. Forsan δύο τοὺς πιστοτ. debuerat. [n] διαφώσκοντος correxit Urs. διαφάσκοντος MSti, ex quo et διαφαύσκοντος poterat effici.

turos. Postquam omnia essent administrata, ut mandaverat, noctu *Ostiam* ad ostium Tiberis progreditur. Interea *Menyllus* præcedit illos, et nautis significat, novi aliquid a rege se accepisse, cujus gratia oporteat, ut ipse quidem in urbe adhuc hæreret; sed juvenes probatissimæ fidei ad illum mitteret, qui de fratre omnia ei sint renunciaturi. Propterea se quidem navim non conscensurum, verum eos juvenes, qui iter sint confecturi, circa mediam noctem esse venturos. Nauclerus, cui de constituta ab initio mercede nihil propterea deperibat, omnia dudum parata habens ad solvendum, id se non curare ostendit. Interea exeunte tertia vigilia adest *Demetrius* cum suis comitibus, ii autem erant omnino octo, cum famulis quinque et junioribus pueris tribus. Deinde ubi cum his locutus esset *Menyllus*, et præparatum commeatum illis ostendisset, quum etiam nauclero et vectoribus eos studio magno commendasset, navem conscenderunt. Gubernator, simul illuxit, ancoras tollere, et navigationi simpliciter se accingere, ut qui de eo quod erat gestum nihil cogitaret, sed tamquam milites quosdam a Menyllo ad Ptolemæum deveheret.

XXIII. Romæ vero postridie illius diei nemini in mentem venit, ut De-

2 νου προάγοντάς. Οἱ μὲν γὰρ αὐτοῦ μένοντες ὡς ἐπὶ τὸ A. U. 592.
Κίρκαιον ὡρμηκότα διελάμβανον· οἱ δὲ ἐν ταῖς Ἀνα-
γνείαις ἀπήντων ἐπὶ τὸν αὐτὸν τόπον, ὡς ἐκεῖ παρεσό-
3 μενου. δι' ὃ συνέβαινε τελέως ἄσημον εἶναι τὸν δρασμόν·
ἕως οὗ τῶν παίδων τις, μεμαστιγωμένος ἐν ταῖς Ἀνα-
γνείαις, ἁπάντων [o]ἐπὶ τὸν αὐτὸν τόπον, ἔδραμεν ἐπὶ τὸ
4 Κίρκαιον, ὡς ἐκεῖ τῷ Δημητρίῳ συμμίξων· οὐχ ὁρῶν
δὲ, πάλιν εἰς τὴν Ῥώμην ἔτρεχεν, ὡς κατὰ πορείαν
5 ἀπαντήσων. οὐδαμῇ δὲ συντυχὼν αὐτῷ, τοῦτο διεσά-
φησε τοῖς ἐν Ῥώμῃ φίλοις, καὶ τοῖς καταλελειμμένοις
6 ἐπὶ τῆς οἰκίας. Ἐπιζητουμένου δὲ τοῦ Δημητρίου κατὰ
τὴν τετάρτην ἡμέραν, ἀφ' ἧς ὥρμησεν, ὑπενοήθη τὸ γεγο-
7 νός. Τῇ δὲ πέμπτῃ [p]ἡ σύγκλητος εὐθὺς συνήγετο περὶ
τούτων, ἐν ᾗ συνέβαινε, τὸν Δημήτριον [q]ἐντὸς ἤδη τοῦ
8 πορθμοῦ τοῦ κατὰ Σικελίαν ὑπάρχειν. τὸ μὲν οὖν
διώκειν ἀπέγνωσαν, ἅμα μὲν ὑπολαμβάνοντες αὐτὸν
πολὺ προειληφέναι κατὰ τὸν πλοῦν, καὶ γὰρ ἔσχε φορὸν
ἄνεμον, ἅμα δὲ προορώμενοι τὸ βουληθέντες κωλύσειν
9 ἀδυνατῆσαι· πρεσβευτὰς δὲ κατέστησαν μετά τινας Legatos in Asiam decernit senatus.
ἡμέρας τοὺς περὶ Τιβέριον Γράκχον, καὶ Λεύκιον Λέν-
10 τλον, καὶ Σερουίλιον Γλαυκίαν· οἵτινες ἔμελλον πρῶτον
μὲν [r]ἐκπτύσειν τὰ κατὰ τοὺς Ἕλληνας, ὅθεν ἐπιβάλ-

[o] Verba ἁπάντων ἐπὶ τὸν αὐτὸν τόπον ex superioribus per errorem repetita videntur. [p] Articulum ex conject. adjeci. [q] Sic correxi. ἐκτὸς Bav. nescio an et cod. Ursini. Unde ἐκπεσὼν edidit Ursin. et deinde ἐπὶ τοῦ πορθμοῦ, præpositione ex ing. adjecta. [r] ἐκστυσεῖν Bav.

metrium aut eos, qui cum ipso erant egressi, inquireret. Nam qui ibi remanserant, Circæum rebantur ipsum esse profectum: qui erant Anagniæ, eodem se contulerunt, tamquam ibi eum reperturi. Itaque prorsus evasio illius ex urbe latuit; donec aliquis puerorum, qui Anagniam ad dictum locum venerant, flagris cæsus, Circæum curriculo petiit, ut Demetrium ibi conveniret: quo non invento, Romam iterum adcurrit, ratus in itinere se illi occursurum. Tum autem, quum nusquam Demetrium offendisset, amicis, qui Romæ erant, et iis, quos domi Demetrius reliquerat, rem declaravit. Itaque, postquam die quarto a discessu quæsitus esset Demetrius, oborta est quædam hominibus suspicio ejus, quod gestum erat. Die quinto senatus statim ea de re est habitus, cum quidem Demetrius jam ultra fretum Siculum navigatione pervenerat. Itaque persequendum patres non duxerunt, quod persuasum haberent, multum jam itineris esse ab eo confectum, secundo enim vento navigabat; simulque cogitarent, si vellent eum impedire, in sua potestate non futurum. Post paucos deinde dies *Tiberium Gracchum*, *Lucium Lentulum*, et *Servilium Glauciam*, legatos decreverunt, qui res

Ol. 154. 2. λοντες ἐπὶ τὴν Ἀσίαν, τά τε κατὰ τὸν Δημήτριον καραδοκήσειν, καὶ τὰς τῶν ἄλλων βασιλέων προαιρέσεις ἐξετάσειν, καὶ τὰ πρὸς τοὺς Γαλάτας ἀντιλεγόμενα τοῖς προειρημένοις διευκρινήσειν. Διὸ τὸν Τιβέριον κατ- 11
εστήσαντο πάντων αὐτόπτην γεγονέναι. Καὶ τὰ μὲν 12
κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἐν τούτοις ἦν.

* * *

Demetrius in Lycia? Ὁ δὲ Δημήτριος, προσανέχων τῇ παρουσίᾳ τοῦ 13
[s]διαποστολησομένου πρὸς αὐτὸν, * *.

(III.) Cato *queritur de* Luxu *Romanorum.*

* * *

XXIV. [t]Κάτων, ὡς Πολύβιος ἱστορεῖ ἐν τῇ πρώτῃ καὶ τριακοστῇ τῶν Ἱστοριῶν, ἐδυσχέραινε, καὶ ἐπεκράγει, ὅτι τινὲς τὰς ξενικὰς τρυφὰς εἰσήγαγον εἰς τὴν Ῥώμην· τριακοσίων μὲν δραχμῶν κεράμιον ταρίχων Ποντικῶν 2
ὠνησάμενοι, μειράκια δ' εὔμορφα ὑπερβαλλούσης ἀγρῶν τιμῆς.

[s] διαποστολησομένου correxit Casaub. Vulgo apud Suidam editur διαποστολησαμένου. [t] De hoc Fragm. conf. lib. XXXII. cap. XI. v. 5.

in *Græcia* inspicerent, deinde *in Asiam* transgressi, quid moliretur Demetrius, observarent, animos item ceterorum regum explorarent, et controversias eorum cum Gallogræcis disceptarent. Hæc omnia Tiberius præsens cognoscere jussus est a patribus. Et *in* Italia quidem ista tum gerebantur.

* * *

Demetrius vero, exspectans adventum ejus, qui ad ipsum mittendus erat, * *.

(III.) *Athenæus Lib. VI. cap.* 21.

* * *

XXIV. Cato (ut Polybius tradit *Libro XXXI Historiarum*) indignatus querebatur, quod *luxus peregrinus a nonnullis Romam esset inlatus, salsamenti Pontici cadum drachmis trecentis ementibus, formosumque adolescentulum majori quam agrum pretio.*

II. In Ægypto et Cyrene.

A. U. 592.

Fratres Ptolemæi, *Philometor et Physcon, litigant de Cypri imperio.*

* * *

Cyprum petit Ptol. Physcon.

xxv. Μετὰ δὲ ταῦτα Πτολεμαῖος ὁ νεώτερος, παραγενόμενος εἰς τὴν Ἑλλάδα μετὰ τῶν πρεσβευτῶν, συνήθροιζε ξενολόγιον ἐμβριθές· ἐν οἷς προσελάβετο καὶ Δαμάσιππον τὸν Μακεδόνα, ὃς κατασφάξας ἐν τῷ Φακῷ τοὺς συνέδρους, ἔφυγε μετὰ γυναικὸς καὶ τέκνων ἐκ τῆς Μακεδονίας. Ἀφικόμενος δὲ εἰς τὴν τῶν Ῥοδίων Περαίαν, καὶ ξενισθεὶς ὑπὸ τοῦ δήμου, προετίθετο πλεῖν εἰς τὴν Κύπρον. Οἱ δὲ περὶ τὸν Τορκουάτον, θεωροῦντες αὐτὸν συνεσταμένον ξενικὴν χεῖρα βαρεῖαν, ὑπεμίμνησκον τῶν ἐντολῶν, διότι δεῖ χωρὶς πολέμου ποιεῖσθαι τὴν κάθοδον· καὶ τέλος ἔπεισαν αὐτὸν ἕως Σίδης [a]προαγαγόντες, τὸ ξενολόγιον διαλύσασθαι, καὶ τῆς εἰς Κύπρον ἐπιβολῆς ἀποστῆναι, καὶ συμμίσγειν αὐτοῖς ἐπὶ τοὺς τῶν Κυρηναίων ὅρους. Αὐτοὶ δὲ πλεύσαντες εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ἔφασαν παραστήσεσθαι τὸν βασιλέα πρὸς τὰ παρακαλούμενα, καὶ συναντήσειν ἐπὶ τοὺς ὅρους, ἔχοντες κἀκεῖνον μεθ' αὐτῶν. Τούτοις μὲν οὖν τοῖς λόγοις πεισθεὶς ὁ νεώτερος Πτολεμαῖος, ἀπογνοὺς

T. Torquatus legatus.

[a] προαγαγόντες correxi. προσαγαγόντες MSti. προσαγαγόντα edd. ex Ursini ing.

II. *Legatio CXV.*

* * *

xxv. Secundum hæc Ptolemæus *junior* cum Romanis legatis in Græciam venit, ibique strenuorum adprime militum manum conduxit: inter quos etiam *Damasippum* Macedonem assumsit, qui post jugulatos *Phaci* [quod Macedoniæ est oppidum] publici concilii consessores, cum uxore et liberis e Macedonia aufugerat. Rex quum in oppositam Rhodiis continentem, Peræam dicunt, venisset, a populo exceptus hospitio, Cyprum navigare constituit. Torquatus ceterique legati ut vident, magnam mercenariorum militum vim ab eo coactam, patrum mandata in memoriam revocaverunt, quibus sine armis eum reducere jubebantur. Tandem, postquam Sidam usque progressi erant, persuadere ei conati sunt, ut *missos faceret mercenarios, et ab adeunda Cypro abstineret, pollicereturque, in Cyrenaicæ confinibus ad colloquium cum illis se conventurum.* Ipsi interim legati *Alexandriam se profecturos* aiebant, *et regis voluntatem ad ea, quæ ab ipso poscebantur, inclinaturos; tum ad fines Cyrenaicæ ei occursuros, ipsumque regem secum adducturos.* Flexit hæc oratio *juniorem Ptolemæum*, effecitque, ut, Cypri occupa-

Ol. 154. 2. τὰ κατὰ τὴν Κύπρον, τὸ μὲν ξενολόγιον διέλυσεν· αὐτὸς 8
δὲ τὸ μὲν πρῶτον εἰς Κρήτην ἀπέπλευσεν, τόν τε Δαμά-
σιππον ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ, καὶ τῶν πρεσβευτῶν ἕνα
Cn. Merula, legatus. Γναῖον Μερόλαν· ξενολογήσας δ' ἐκ τῆς Κρήτης περὶ
χιλίους στρατιώτας, ἀνήχθη, καὶ διάρας εἰς τὴν [x]Λι-
βύην, κατέσχεν ἐπὶ τὸν [y]Ἄπιν.

Cypro cedere non vult Philometor. XXVI. Οἱ δὲ [y]περὶ τὸν Τορκουάτον, διακομισθέντες
εἰς τὴν [z]Ἀλεξάνδρειαν, ἐπειρῶντο μὲν παρακαλεῖν τὸν
πρεσβύτερον Πτολεμαῖον διαλύεσθαι πρὸς τὸν ἀδελφὸν
καὶ συγχωρεῖν αὐτῷ τὴν Κύπρον. Τοῦ δὲ Πτολεμαίου 2
τὰ μὲν ἐπαγγελλομένου, τὰ δὲ παρακρούοντος, καὶ τῷ
Phy con ad Apin in Libya. τοιούτῳ τρόπῳ κατατρίβοντος τὸν χρόνον· στρατοπε- 3
δεύων ὁ νεώτερος μετὰ τῶν Κρητῶν ἐν τῇ [x]Λιβύῃ περὶ
τὸν Ἄπιν κατὰ τὸ συντεταγμένον, καὶ τελέως ἀσχάλ-
λων ἐπὶ τῷ μηδὲν διασαφήσασθαι, τὸ μὲν πρῶτον ἐξαπέ-
στειλε τὸν Γναῖον εἰς τὴν [z]Ἀλεξάνδρειαν, ὡς διὰ τούτου
καὶ [a]τῶν περὶ τὸν Τορκουάτον ἐπιγενομένων. Συνε- 4
ξομοιωθέντος δὲ τούτου τοῖς πρότερον, καὶ τοῦ χρόνου
διελκομένου, καὶ τετταράκοντα διελθουσῶν ἡμερῶν, καὶ
μηδενὸς προσπίπτοντος, εἰς ἀπορίαν ἐνέπιπτε περὶ τῶν
ὅλων. Ὁ γὰρ πρεσβύτερος βασιλεὺς [b]πᾶν γένος ἀρε- 5
σκείας προσφερόμενος, πάντας ἐξιδιάσατο τοὺς πρεσ-

[x] Λιβόην correxi cum Reisk. Vulgo Λιβύην edd. et MSti. [y] Vulgo omnes περὶ τὸν Τορκουάτον καὶ τὸν Τίτον. Ferri posset τὸν Τίτον absque conjunctione; sed totum adsumentum delendum censui. [z] Rursus vulgo omnes Λιβόην. [a] τοὺς περὶ Τορκ. Bav. non male, si sequeretur ἐπιγενομένους. [b] πᾶν γένος ex Reiskii conject. adscivi. Vulgo παραγινόμενος.

tionem omittens, conductitium militem dimitteret. Itaque primum in Cretam navigavit, Damasippum secum habens, et unum e legatis *Cn. Merulam:* dein, quum milites mille in Creta conduxisset, inde profectus, in Libyam trajecit, et ad *Apim* portum tenuit.

XXVI. *Torquatus* interim, Alexandriam delatus, persuadere conatus est *seniori Ptolemæo*, ut redire in gratiam cum fratre vellet, eique Cyprum concederet. Sed Ptolemæo partim pollicente, partim audire nolente, atque hoc modo tempus extrahente; junior fratrum, castris in Libya ad Apim positis, ut convenerat, ægerrime ferens, nihil sibi nunciari, primo Cnæum Alexandriam misit, sperans, per hunc se effecturum, ut Torquatus pariter cum reliquis adveniret. Sed quum hic ad illorum exemplum, qui prius Alexandriam erant profecti, sese conformaret, atque ita tempus in longum extraheretur, jamque adeo dies quadraginta præterilissent, nec ullus interim nuncius esset adlatus; de summa rerum dubitare cœpit. Etenim major fratrum, omni genere blanditiarum usus, legatos sibi conciliaverat, et apud

βευτὰς, καὶ παρακατέσχε τὸ πλεῖον οὐχ ἑκόντας, ἀλλὰ A. U. 592.
6 ἄκοντας. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον προσέπεσε τῷ Desciscunt ab eo Cyrenæi.
νεωτέρῳ Πτολεμαίῳ, τούς τε Κυρηναίους ἀφεστάναι, καὶ τὰς πόλεις συμφρονεῖν τούτοις, κεκοινωνηκέναι δὲ περὶ τῆς ἀποστάσεως καὶ Πτολεμαῖον τὸν [c]Συμπετῆσιν·
7 ὃς ἦν τὸ γένος Αἰγύπτιος, ἐπιστεύθη δὲ τὴν ἐπιμέλειαν τῶν ὅλων ὑπὸ τοῦ βασιλέως, καθ' ὃν καιρὸν ἐποιεῖτο τὸν
8 πλοῦν εἰς τὴν Ῥώμην. Τούτων δὲ προσπιπτόντων τῷ βασιλεῖ, καὶ μετ' ὀλίγον, διότι στρατοπεδεύουσιν ἐν τοῖς ὑπαίθροις οἱ Κυρηναῖοι, δείσας, μὴ, βουλόμενος προσλαβεῖν τὴν Κύπρον, καὶ τὴν Κυρήνην ἀπολέσῃ· πάντα τἄλλα πάρεργα θέμενος, ἀνέζευξεν ἐπὶ Κυρήνης.
9 Παραγενόμενος δ' εἰς τὸν Μέγαν καλούμενον Κατα- Catabathmus magnus.
βαθμὸν, κατέλαβε τοὺς [d]Λίβυας, μετὰ τῶν Κυρηναίων
10 κατέχοντας τὰς δυσχωρίας. Ὁ δὲ Πτολεμαῖος, ἀπορούμενος ἐπὶ τῷ συμβαίνοντι, τοὺς μὲν ἡμίσεις τῶν στρατιωτῶν ἐμβιβάσας εἰς τὰ πλοῖα, περιπλεῖν τὰς δυσχωρίας ἐπέταξε, καὶ [e]κατανοεῖν τοῦ τοῖς πολεμίοις ἐπιφαίνεσθαι· τοὺς δ' ἡμίσεις ἔχων αὐτὸς ἐβιάζετο
11 κατὰ στόμα πρὸς τὴν ἀνάβασιν. Τῶν δὲ [d]Λιβύων καταπλαγέντων τὴν ἐξ ἀμφοῖν ἔφοδον, καὶ λιπόντων τοὺς τόπους, ἅμα τῆς ἀναβάσεως ἐγένετο κύριος, καὶ τῆς ὑποκειμένης Τετραπυργίας, ἐν ᾗ συνέβαινε πλῆθος Tetrapyrgia.

[c] In Συμπετῆσιν, vel Συμπετήσιν, nescio quod gentile aut patronymicum latet nomen. Ursinus συμπέτην suspicatus erat. [d] Λίβυνας et Λιβύνων edd. cum MStis. [e] Aut κατανοεῖν τόπον ἐπιτήδειον τοῦ &c. aut κατανοεῖν τοῦ δεῖ τοῖς πολ. conjecerat Reisk. Relegentibus nobis mendosa verba, certissima medicina se offert. Scribe καὶ κατὰ νώτου τοῖς πολεμίοις ἐπιφαίνεσθαι *a tergo adparere hostibus jussit.*

se detinuerat, invitos magis quam volentes. Ad extremum *Ptolemæo juniori* significatur, rebellasse *Cyrenenses*, et civitates cum ipsis conspirasse, consciumque etiam defectionis esse *Ptolemæum Sympetesium;* qui genere Ægyptius, quum Romam navigationem rex institueret, summæ rerum fuerat ab illo præfectus. Hæc ubi regi nunciata, et mox addito, Cyrenenses sub signis exercitum jam habere; metuens, ne, dum imperio Cyprum cupit adjicere, etiam Cyrenen amittat; omnem aliarum rerum curam insuper habens, Cyrenen castra movit. Ad magnum quem vocant *Catabathmon* ut ventum, locorum angustias a *Libybus* cum Cyrenensibus reperit occupatas. Ptolemæus, hac difficultate sibi objecta, dimidiam militum partem navibus imponit, et loca angusta circumnavigare jubet, dareque operam, ut hostes nec opinantes ex improviso invadant: ipse cum altera exercitus a fronte eos adgressus, superare montem conabatur. *Libyes* metu perculsi, quod utrimque peti se viderent, stationes deserunt. Ita rex non libere tantum adscensu potitur; sed etiam subjectam *Tetrapyrgiam*, ubi magna erat

Ol. 154. 2. ἄφθονον ὕδατος ὑπάρχειν. ὅθεν ἀφορμήσας, ἑβδομαῖος 12
ἦλθε διὰ τῆς ἐρήμου. Παραπλεόντων δ' αὐτῷ καὶ τῶν 13
[f]ἐπὶ Μοχυρίνου, συνέβαινε τοὺς Κυρηναίους στρατοπε-
δεύειν, ὄντας εἰς ὀκτακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ περὶ πεντα-
Vincitur a Cyrenæis Ptolemæus. κοσίους. Οἱ γὰρ Κυρηναῖοι, πεῖραν εἰληφότες τῆς τοῦ 14
Πτολεμαίου προαιρέσεως ἐκ τῶν κατὰ τὴν Ἀλεξάν-
δρειαν πεπραγμένων· καὶ θεωροῦντες οὐ βασιλικὴν,
ἀλλὰ τυραννικὴν οὖσαν τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ καὶ τὴν ὅλην
αἵρεσιν· οὐχ οἷοί τ' ἦσαν ἐθελοντὴν σφᾶς αὐτοὺς ὑπο- 15
τάττειν, ἀλλὰ πᾶν ὑπομένειν ἐτόλμων, ἀντεχόμενοι τῆς
πρὸς τὴν ἐλευθερίαν ἐλπίδος. Διὸ καὶ τότε, συνεγ- 16
γίσαντος αὐτοῦ, ἐξαυτῆς παρετάξαντο· [g]καὶ τέλος
ἡττήθη.

*

Legati Romani re infecta redeunt. XXVII. Κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἦλθε καὶ Γναῖος ὁ
Μερόλας ἐκ τῆς Ἀλεξανδρείας, διασαφῶν τῷ βασιλεῖ,
διότι εἰς οὐθὲν τῶν ἀξιουμένων προσελήλυθεν ὁ ἀδελφὸς,
ἀλλὰ φησὶ, δεῖν μένειν ἐπὶ τοῖς ἐξ ἀρχῆς διομολο-
γουμένοις. Ὁ δὲ βασιλεὺς ταῦτα διακούσας, εὐθέως 2
Comartus et Ptolemæus fratres, προχειρισάμενος Κομανὸν καὶ Πτολεμαῖον τοὺς ἀδελ-
φοὺς, ἐξαπέστελλε πρεσβευτὰς εἰς τὴν Ῥώμην μετὰ
τοῦ Γναίου, διασαφήσοντας τῇ συγκλήτῳ περὶ τῆς τ'

[f] ἐπὶ Μοχυρῖνον suspicatus sum cum Reiskio. *Oppidi* nomen putaverat Casaub. [g] Narratio contracta ab Epitomatore.

aquæ copia, in potestatem redigit. Tum inde pergens, septimis castris solitudinem est emensus. Quo tempore etiam navibus ad eum advenerunt ii, qui cum *Mochyrino* erant. *Cyrenæi* autem, positis castris, in armis erant, pedites ad octo millia, equites ad quingentos. Etenim ex iis, quæ Alexandriæ gesserat Ptolemæus hic, animadversa ejus voluntate, quum cernerent, nihil regii in ejus animo atque administratione inesse, sed tyrannice omnia ab eo administrari; ut sua sponte se illi subjicerent, inducere in animum Cyrenæi non poterant: quin potius perpeti omnia sustinebant, non dimittentes spem in libertatem esse vindicandi. Tunc igitur illo adpropinquante, aciem eduxerunt: ac tandem etiam victus est Ptolemæus.

(*Legatio CXVI.*)

*

XXVII. Circa id tempus et *Cn. Merula* venit Alexandria, nunciavitque regi, *nihil eorum, quæ a fratre ejus fuerant postulata, potuisse impetrari; quod dicerat, pactis esse standum, quæ facta essent ab initio.* His auditis, rex *Comanum et Ptolemæum* fratres Romam legatos proficisci jubet cum Cnæo Merula, qui de iniquitate fratris et con-

3 ἀδελφοῦ πλεονεξίας καὶ καταφρονήσεως. [h]Ἀτίλυσι δὲ A. U. 592.
κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν καὶ τοὺς περὶ Τίτον ἀπράκτους Ol. 144. 2.
4 [i]ὁ πρεσβύτερος Πτολεμαῖος. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν
Ἀλεξάνδρειαν καὶ Κυρήνην ἐπὶ τούτων ἦν.

[h] Ἀτίλυσι dedit Bav. ἀτίλυσιν edd. ex Ursini (ut videtur) ingenio. [i] ὁ πρεσβύτερος Πτολεμαῖος ex Reiskii conject. scripsi. Vulgo οἱ πρεσβύτεροι πτολεμαῖοι.

temtu erga populum Romanum cum senatu agerent. Eodemque tempore *Titum* etiam *Torquatum* infecta re dimisit *senior Ptolemæus*. Atque hic tum erat ALEXANDRINARUM et CYRENAICARUM RERUM status.

ΤΗΣ ΤΡΙΑΚΟΣΤΗΣ ΔΕΥΤΕΡΑΣ

ΤΩΝ ΠΟΛΥΒΙΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

I.

RES GESTÆ ANNO URBIS DXCIII.

(I.) In Italia.

Senatus Rom. Ptolemæo *Philometori amicitiam renunciat.*

* * *

Ol. 154. 3. A. U. 593. Legati Ptolemæorum Romæ.

1. Κατα τοὺς ὑποκειμένους καιροὺς ἦκον παρὰ τοῦ νεωτέρου Πτολεμαίου πρέσβεις οἱ περὶ τὸν Κομανὸν, καὶ παρὰ τοῦ πρεσβυτέρου παραπλησίως οἱ περὶ τὸν [a]Μέ-
2 νυλλον τὸν Ἀλαβανδέα. ὧν εἰσελθόντων εἰς τὴν σύγκλητον, καὶ πολλῶν λόγων γιγνομένων καὶ φιλαπεχθῶν κατὰ πρόσωπον εἰς ἀλλήλους, καὶ τῶν περὶ Τίτον καὶ Γναῖον ἀπομαρτυρούντων καὶ συνεπισχυόντων τῷ νεωτέρῳ
3 μετὰ πολλῆς σπουδῆς· ἔδοξε τῇ συγκλήτῳ, τοὺς περὶ [a]Μένυλλον ἐν πένθ' ἡμέραις ἀποτρέχειν ἐκ τῆς Ῥώμης, καὶ τὴν συμμαχίαν ἀναιρεῖν τὴν πρὸς τὸν πρεσβύτερον· πρὸς δὲ τὸν νεώτερον πέμψαι πρεσβευτὰς, τοὺς διασα-

Decretum senatus.

[a] Rursus Μενύλλον edd. invitis MStis.

I.

(I.) *Legatio CXVII.*

* * *

1. Per illa tempora, de quibus loquimur, venit a *Ptolemæo juniore* missa legatio, cujus princeps *Comanus*; et a majore item fratre alia, cujus caput *Menyllus* Alabandensis. Postquam legati in senatum sunt ingressi, longa inter ipsos altercatione habita, quum alter alterius convicio verberasset, atque T. Torquatus et Cn. Merula suo testimonio et favore omni ac studio causam junioris sublevassent; decrevit senatus, ut *intra dies quinque Menyllus urbe excederet, et ut fœdus, quod cum majore natu Ptolemæo fuerat, tolleretur.* Legatos præterea decrevit ad juniorem mittendos, qui hoc patrum

Ol. 134. 3. P. Apustius C. Lentulus legati.

φήσοντας τὰ δεδογμένα τῇ συγκλήτῳ. Καὶ κατιστά- 4
θησαν Πόπλιος Ἀπούστιος καὶ Γάϊος Λέντλος, οἳ καὶ
πλεύσαντες ἐξαυτῆς εἰς τὴν Κυρήνην, ἀνήγγειλαν τῷ
Πτολεμαίῳ τὰ δεδογμένα μετὰ πολλῆς σπουδῆς. Ὁ 5
δὲ Πτολεμαῖος ἐπαρθεὶς, εὐθέως ἐξενολόγει, καὶ ταῖς
ἐπιβολαῖς ὅλος καὶ πᾶς ἦν περὶ τὴν Κύπρον. Καὶ τὰ 6
μὲν κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἐν τούτοις ἦν.

(II.) In Africa.

Massanissa, *contendens cum Carthaginiensibus, juvatur a Romanis.*

* * *

Lis de Emporiis, circa Syrtin.

II. Κατὰ τὴν Λιβύην Μασσανάσσης, θεωρῶν τὸ
πλῆθος τῶν πόλεων τῶν περὶ τὴν μικρὰν Σύρτιν ἐκτισμέ-
νων, καὶ τὸ κάλλος τῆς χώρας, ἣν καλοῦσιν Ἐμπόρια,
καὶ [b]πάλαι τὸ πλῆθος τῶν προσόδων τῶν γιγνομένων ἐν
τούτοις τοῖς τόποις ὀφθαλμιῶν· ἐπεβάλετο κατασκει- 2
ράζειν τῶν Καρχηδονίων, οὐ πολλοῖς ἀνώτερον χρόνοις
τῶν λεγομένων καιρῶν. Τῆς μὲν οὖν χώρας ταχέως 3
ἐγενήθη κύριος, ἅτε τῶν ὑπαίθρων κρατῶν, διὰ τὸ τοὺς
Καρχηδονίους ἀεὶ μὲν ἀλλοτρίους ὑπάρχειν τῆς ἐν τῇ
γῇ χρείας, τότε δὲ καὶ τελέως [c]ἐκτεθηλύνθαι, διὰ τὴν
πολυχρόνιον εἰρήνην. τῶν δὲ πόλεων οὐκ ἠδυνήθη γενέ- 4
σθαι κύριος, διὰ τὸ τοὺς Καρχηδονίους ἐπιμελῶς τηρεῖν

[b] πάλαι περὶ τὸ πλῆθος utique malim cum Gron. et Reisk. [c] ἐκτεθηλύνθαι correxi cum Reisk. Vulgo ἐκτεθηλύνθαι.

decretum illi adferrent. Legati lecti sunt *P. Apustius* et *C. Lentulus*, qui extemplo Cyrenam profecti, nuncium eorum, quæ gesta fuerant, magna diligentia ad regem pertulerunt. Ille confestim, nova spe inflatus, milites conducere, et animum atque mentem omnem ad consilia de *Cypro* occupanda transferre. Hæc tum in Italia sunt gesta.

(II.) *Legatio CXVIII.*

* * *

II. In Africa, rex *Massanissa*, quum animadvertisset, quam multæ urbes circa *minorem Syrtim* essent conditæ, quæ illius regionis bonitas, quam vocant *Emporia*; jam olim cupiditatis oculis ad eos reditus adjectis, qui uberrimi inde proveniebant, tandem circa illa tempora, de quibus nunc loquimur, *Carthaginiensium* patientiam tentare instituit. Et agrum quidem facile illi fuit occupare, omnium quæ in aperto erant locorum potenti; quod Carthaginienses, et aliàs ad gerendum terra bellum haud satis instructi, tum vero propter longam pacem penitus etiam effœminati erant. Urbes vero capere *Massanissa* non potuit, Cartha-

5 αὐτάς. Ἀμφοτέρων δὲ ποιουμένων τὴν ἀναφορὰν ἐπὶ τὴν σύγκλητον ὑπὲρ τῶν ἀμφισβητουμένων, καὶ πρεσβευτῶν 6 πολλάκις ἐληλυθότων διὰ ταῦτα παρ' ἑκατέρων· αἰεὶ συνέβαινε, τοὺς Καρχηδονίους ἐλαττοῦσθαι παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις, οὐ τῷ δικαίῳ, ἀλλὰ τῷ πεπεῖσθαι τοὺς 7 κρίνοντας, συμφέρειν σφίσι τὴν τοιαύτην γνώμην. Ἐπεὶ τοῖς χρόνοις οὐ πολλοῖς ἀνώτερον αὐτὸς ὁ Μασσανάσσης, διώκων τὸν Ἀφθήρατον ἀποστάτην μετὰ στρατοπέδου, δίοδον ᾐτήσατο τοὺς Καρχηδονίους διὰ ταύτης τῆς χώρας· οἱ δὲ οὐχ ὑπήκουσαν, ὡς οὐδὲν αὐτῷ προσηκούσης. 8 Οὐ μὴν, ἀλλὰ τέλος εἰς τοῦτο συνεκλείσθησαν οἱ Καρχηδόνιοι διὰ τῶν ἀποφάσεων, διὰ τοὺς νῦν λεγομένους καιροὺς, ὥστε μὴ μόνον τὰς πόλεις καὶ τὴν χώραν ἀποβαλεῖν, ἀλλὰ καὶ πεντακόσια τάλαντα προσθεῖναι τῆς [d]καρπίας [e]τῶν χρόνων, ἐξ οὗ συνέβη γενέσθαι τὴν ἀμφισβήτησιν.

A. U. 593. Romanorum judicium iniquum.

Aphtheratus.

Emporia amittunt Pœni.

(III.) In Asia.

Legationes Romam mittunt Reges.

* * *

III. Κατὰ τὴν Ἀσίαν, Προυσίας μὲν ἐξέπεμψεν εἰς τὴν Ῥώμην πρεσβευτὰς μετὰ Γαλατῶν, τοὺς κατηγορή- 2 σοντας Εὐμένους· οὗτος δὲ πάλιν τὸν [f]ἀδελφὸν Ἄττα-

Prusias et Eumenes.

[d] ἐπικαρπίας conjecerant Ursin. et Reisk. [e] τῶν χώρων vel χωρίων malim cum Reisk. [f] ἀδελφὸν Ἄτταλον. Post hæc verba reponendum videtur verbum ἐξαπέστειλε quod in ἐξαποστείλας corruptum est et alieno loco *vers.* 3. insertum. Deinde retenta copula τε ita distinguenda oratio Ἀριαρ. δὲ τῇ τε Ῥώμῃ στέφανον ἀπὸ χρυσίων μυρίων ἔπεμψε, καὶ πρεσβευτὰς, deleto commate post μυρίων.

giniensibus illas diligenter custodientibus. Quum autem ambo controversias suas ad senatum referrent, et multæ propterea ab utrisque missæ legationes Romam venissent; semper judicio Romanorum caussa Carthaginiensium erat deterior, non quia jure deficerentur, sed quia e re sua judices esse existimabant, ut sic judicarent. Nam annis quidem haud multis ante hoc tempus ipse *Massanissa*, Aphtheratum, qui ab ipso defecerat, cum exercitu persequens, a Carthaginiensibus petierat, ut sibi per hunc ipsum agrum liceret transire; atque illi, ceu nihil agro isto ad Massanissam pertinente, recusarunt. Verumtamen per Romanorum responsa, propter temporum rationem quam diximus, eo tandem redacti sunt Carthaginienses, ut non solum agri et urbium illarum jacturam facerent; sed hoc amplius talenta quingenta, fructuum nomine, quos a principio controversiæ perceperant, pendere cogerentur.

(III.) *Legatio CXIX.* (*et CXX.*)

* * *

III. Quod ad Res adtinet Asiaticas, *Prusias* rex legationem communem cum Gallogræcis Romam misit, qui de Eumene quererentur; *Eumenes*

Ol. 154. 3. Ariarathes.

λον, ἀπολογησόμενον πρὸς τὰς διαβολάς. Ἀριαράθης 3
δὲ τῇ Ῥώμῃ στέφανον ἐξακοστείλας ἀπὸ χρυσῶν μυ-
ρίων, ἔπεμψε καὶ πρεσβευτὰς, τοὺς διασαφήσοντας [f]τῇ
συγκλήτῳ [g]τὴν πρὸς τὸν Τιβέριον ἀπάντησιν αὐτοῦ, καὶ
καθόλου παρακαλέσοντας διασαφεῖν ὑπὲρ ὧν ἂν δέωνται,
διότι πᾶν ποιήσειν ἕτοιμός ἐστι Ῥωμαίοις τὸ παραγγελ-
λόμενον.

* * * *

Demetrius a Romanis Rex adpellatur.

IV. Τοῦ Μηνοχάρους παραγενηθέντος εἰς τὴν Ἀντιό- 1
χειαν πρὸς Δημήτριον, καὶ διασαφήσαντος τῷ βασιλεῖ
τὴν γεγενημένην ἔντευξιν αὐτῷ πρὸς τοὺς περὶ Τιβέριον
ἐν τῇ Καππαδοκίᾳ· νομίσας ὁ βασιλεὺς, ἀναγκαιότα- 2
τον εἶναι τῶν παρόντων, τὸ τοὺς προειρημένους ἄνδρας
ἐξομιλῆσαι, καθόσον οἷός τ' ἦν· πάντα τἆλλα πάρεργα 3
ποιησάμενος, διεκέμπετο πρὸς τούτους, τὸ μὲν πρῶτον
εἰς Παμφυλίαν, μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν εἰς Ῥόδον,
πάντα ποιήσειν Ῥωμαίοις ἀναδεχόμενος· ἕως ἐξειρ-

Tib. Grachchus favet Demetrio.

γάσατο, βασιλεὺς ὑπ' αὐτῶν προσαγορευθῆναι. Καὶ 4
γὰρ ἦν ὁ Τιβέριος σύνους αὐτῷ διαφερόντως· διὸ καὶ
μεγάλα [h]συνεβάλλετο πρὸς τὸ καθικέσθαι καὶ κτήσα-
σθαι τὰ κατὰ τὴν ἀρχὴν αὐτῷ. Ὁ δὲ Δημήτριος, 5
τυχὼν τῆς προειρημένης ἀφορμῆς, εὐθέως εἰς τὴν Ῥώμην

[f] Vulgo τῇ τε edd. cum MStis. Delevi copulam. [g] Vulgo τήν τε πρὸς τὸν Τιβ. Rursus delevi copulam, quæ post διασαφήσοντας locum tueri potuisset. [h] συνεβάλετο Bav. et Ursini codex quod teneri poterat.

vicissim fratrem *Attalum*, qui suam causam ageret. *Ariarathes* vero Romæ coronam misit aureorum decies mille, et simul legatos, qui senatui significarent, quo modo *Tiberium* excepisset; et paratum ipsum esse, quidquid imperarent Romani, mandatis eorum obtemperare.

(*Legatio CXX.*

* * *

IV. Postquam *Menochares* ad *Demetrium* Antiochiam venisset, et sermones regi exposuisset, quos in Cappadocia cum *Tiberio* ejusque collegis habuerat; existimans rex, supra omnia necessarium suis rebus esse in præsentia, ut prædictos viros omnibus modis sibi adjungeret et placaret; posthabitis aliis omnibus rebus, ad eos misit primum in Pamphyliam, deinde iterum Rhodum, *quidvis facturum se in gratiam Romanorum* promittens; ad extremumque perfecit, ut *Rex* a Romanis salutaretur. Tiberius enim, qui ex animo illi cupiebat, plurimum illum adjuvit ad impetrandum, quod cupiebat, et ad jus regni ei conciliandum. Demetrius igitur, illam occasionem nactus quam diximus, legatos

ἔτεμπτε πρεσβευτὰς, στέφανόν τε κομίζοντας, καὶ τὸν A. U. 593.
αὐτόχειρα τοῦ Γναίου γεγονότα, καὶ σὺν τούτοις τὸν Isocrates criticus.
κριτικὸν Ἰσοκράτην.

II.

RES ANNI URBIS DXCIV.

(I.) *Legationes Ariarathis, et Attali.*

* * *

Ol. 154. 4.
A. U. 594.
Ariarathis legatio.

v. ΚΑΤΑ τὸν καιρὸν τοῦτον ἦκον παρὰ Ἀριαράθου πρέσβεις, στέφανόν τε κομίζοντες ἀπὸ μυρίων χρυσῶν, καὶ διασαφοῦντες τὴν τοῦ βασιλέως προαίρεσιν, ἣν ἔχει 2 πρὸς τὰ Ῥωμαίων πράγματα· καὶ τούτων μάρτυρας 3 [b]ἐπέμποντο τοὺς περὶ τὸν Τιβέριον. Ὧν ἀνθομολογησαμένων, ἡ σύγκλητος τὸν στέφανον ἀπεδέξατο μετὰ μεγάλης χάριτος, καὶ τὰ μέγιστα τῶν παρ' αὐτῇ νομιζομένων δώρων ἀντιπέστειλε, τόν τε σκηπίωνα καὶ 4 τὸν ἐλεφάντινον δίφρον. Τούτους μὲν ἐξαυτῆς [i]ἔτι πρὸ 5 τοῦ χειμῶνος ἀπέλυσεν ἡ σύγκλητος. Μετὰ δὲ τούτους Attalus Romam venit.
Ἀττάλου παραγενηθέντος, ἤδη τῶν ὑπάτων τὰς ἀρχὰς εἰληφότων· καὶ τῶν Γαλατῶν αὐτοῦ κατηγορησάντων, οὓς ἀπέσταλκε Προυσίας, καὶ πλειόνων ἑτέρων ἀπὸ τῆς 6 Ἀσίας· διακούσασα πάντων ἡ σύγκλητος, οὐ μόνον ἀπέλυσε τῶν διαβολῶν τὸν Ἄτταλον, ἀλλὰ καὶ προσ-

[b] ἐπέμποντο ut suspectum verbum notavit Casaub. ἐπαιτοῦντο suspicari licet cum Gron. et Reisk. [i] An *ante exitum hiemis?* An ἔτι τοῦ χειμῶνος, deleta præpositione?

extemplo Romam misit, qui coronam adferrent, et illum, cujus manu Cnæus fuerat occisus, Romanis adducerent, simulque *Isocraten* criticum.

II.

(I.) *Legatio CXXI.*

* * *

v. PER id tempus venerunt *Ariarathis legati*, coronam aureorum decies mille adferentes, ac voluntatem egregiam regis erga populum Romanum declarantes: cujus rei testem citabant ipsum *Tiberium* et reliquos legatos. Quorum ubi consentiens illorum oratioui testimonium est auditum; patres coronam magni beneficii loco acceperunt, et vicissim, quæ plurimi apud Romanos æstimari solent dona, scipionem sellamque eburneam illi miserunt. Atque hos quidem legatos senatus absque mora ante hiemem dimisit. Post istos venit *Attalus*, postquam novi jam consules inivissent. Hic a Gallogræcis accusatus, quos miserat *Prusias*, itemque ab aliis qui aderant ex Asia, a senatu, postquam omnes auditi sunt, non solum liberatus est a criminationibus; sed etiam honore auctus, et summa humanitate

Ol. 154. 4. αὐξήσασα τοῖς φιλανθρώποις ἐξαπέστειλε. Καθ' ὅσον 7
γὰρ ἀπηλλοτρίωτο τοῦ βασιλέως, καὶ διεφέρετο πρὸς
τὸν Εὐμένη, κατὰ τοσοῦτον [k]ἐφιλοποιεῖτο καὶ [l]συνηῦξε
τὸν Ἄτταλον.

(II.) *Legatio* Demetrii, *tradens Senatui interfectorem Cn. Octavii et Isocratem Grammaticum.*

* *

Coronam accipit senatus,

VI. Ἧκον καὶ παρὰ τοῦ Δημητρίου τοῦ βασιλέως
πρέσβεις, οἱ περὶ τὸν Μηνόχαριν, στέφανον ἀπὸ μυρίων
χρυσῶν τῇ Ῥώμῃ κομίζοντες, ἅμα δὲ καὶ τὸν προσ-
ενέγκαντα τῷ Γναΐῳ τὰς χεῖρας ἄγοντες. Ἡ δὲ σύγ- 2
κλητος ἐπὶ πολὺν μὲν χρόνον διηπόρησε περὶ τούτων, πῶς
δεῖ χρήσασθαι τοῖς πράγμασιν. ὅμως δὲ προσεδέξατο 3
καὶ τοὺς πρεσβευτὰς καὶ τὸν στέφανον· τούς γε μὴν
ἀγομένους ἀνθρώπους οὐ προσεδέξατο. καίτοι γε Δη- 4
μήτριος οὐ μόνον τὸν Λεπτίνην ἀπέστειλε, τὸν αὐτό-
χειρα τοῦ Γναΐου γενόμενον· ἀλλὰ καὶ τὸν Ἰσοκράτην.
Οὗτος δὲ ἦν μὲν γραμματικὸς, τῶν τὰς ἀκροάσεις 5
ποιουμένων· φύσει δὲ ὢν λάλος καὶ πέρπερος καὶ κατα-
κορὴς, προσέκοπτε μὲν καὶ τοῖς Ἕλλησιν, ἅτε καὶ τῶν
περὶ τὸν Ἀλκαῖον ἐν ταῖς [m]συγκρίσεσιν ἐπιδεξίως σκω-
πτόντων αὐτὸν, καὶ διαχλευαζόντων. Παραγενόμενος δὲ 6

viros adductos non accipit.

Isocrates Grammaticus.

[k] ἐφιλοποιεῖτο restitui ex Bav. ἐφιλοποιεῖτο cod. Urs. unde ἐφιλοφρονεῖτο fecit Ursinus. [l] συνηῦξε correxi cum Reisk. Vulgo συνηύξετο. [m] συγκρίσεσιν suspic. Reisk.

exceptus est ac dimissus. Quantum enim erant alienati patrum animi a rege Eumene, quem oderant; tantum benevolentiæ erga Attalum præ se ferebant, et studii amplificandæ ejus dignitatis.

(II.) *Legatio CXXII.*

* *

VI. Quum et *Demetrii* regis *legati*, Menochares aliique, venissent, coronam aureorum decies mille Romæ adferentes, simulque adducentes eum qui Cn. Octavio manus intulerat; perdiu dubitatum est a patribus, quid esset opus facto. Ad extremum tamen et legatos suscepit senatus, et coronam accepit; homines vero, qui fuerant adducti, rejecit; etsi missus a Demetrio fuerat non solum *Leptines*, qui Cnæi cædem manu propria patraverat; verum etiam *Isocrates*. Hic erat *grammaticus*, ex eorum numero, qui recitationes publicas habere solent; homo natura loquax, putidus ostentator, odiosus, et ipsis quoque Græcis exosus, ut quem etiam *Alcæus* in commissionibus urbanitate dictorum lacessere atque irridere fuerit solitus. Iste quum

εἰς τὴν Συρίαν, καὶ καταφρονήσας τῶν ἀνθρώπων, οὐκ A. U. 594.
ἠρκεῖτο περὶ τῶν ἰδίων ἐπιτηδευμάτων ποιούμενος τοὺς
7 λόγους· ἀλλὰ καὶ πραγματικὰς ἀποφάσεις ἐξέβαλε,
φάσκων, δίκαια [n]πεπονθέναι τὸν Γναῖον, δεῖν δὲ καὶ
τοὺς ἄλλους πρεσβευτὰς ἀπολωλέναι, πρὸς τὸ μηδὲ τὸν
ἀγγελοῦντα καταλειφθῆναι τοῖς Ῥωμαίοις τὸ γεγονὸς,
ἵνα παύσωνται τῶν ὑπερηφάνων ἐπιταγμάτων καὶ τῆς
8 ἀναιδοῦς ἐξουσίας. Τοιαῦτα μὲν οὖν ῥιψολογῶν ἐνέπε-
σεν εἰς τὴν προειρημένην ἀτυχίαν.

VII. Ἐγένετο δέ τι περὶ τοὺς προειρημένους ἄξιον Leptines fanaticus.
2 μνήμης. Ὁ μὲν γὰρ Λεπτίνης, μετὰ τὸ προσευξάμενος
Γναίῳ τὰς χεῖρας, εὐθέως ἐν τῇ Λαοδικείᾳ περιῄει,
φανερῶς φάσκων, δίκαια [o]πεποιηκέναι [p]τὸν Γναῖον, καὶ
3 μετὰ τῆς τῶν θεῶν γνώμης ταῦτα πεπραχέναι. Τοῦ δὲ
Δημητρίου παραλαβόντος τὰ πράγματα, προσεπορεύετο
τῷ βασιλεῖ, παρακαλῶν αὐτὸν, μὴ δεδιέναι τὸν Γναίου
φόνον, μηδὲ βουλεύεσθαι μηδὲν δυσχερὲς κατὰ τῶν
4 Λαοδικέων· αὐτὸς γὰρ εἰς τὴν Ῥώμην πορεύσεσθαι, καὶ
διδάξειν τὴν σύγκλητον, ὅτι μετὰ τῆς τῶν θεῶν γνώμης
5 ταῦτα πεποίηκεν. Καὶ πέρας, διὰ τὴν ἑτοιμότητα καὶ
προθυμίαν, οὗτος μὲν ἄνευ δεσμῶν ἤχθη καὶ φυλακῆς.
6 Ὁ δὲ Ἰσοκράτης, ἐμπεσὼν εἰς τὴν αἰτίαν, ὁλοσχερῶς Isocrates, horridum Romæ spectaculum.
παρεξέστη τῇ διανοίᾳ. τοῦ δὲ κλοιοῦ αὐτῷ περὶ τὸν

[n] πεπονθέναι correxit Urs. πεπονηκέναι MSti. [o] πεποιηκέναι h. l. restitui ex MStis. πεπονθέναι rursus edd. [p] Verba τὸν Γναῖον absunt a Bav. non male.

in Syriam veniisset, ingenia Syrorum habens despectui, non continens se intra professionis fines, etiam de publicis rebus verba facere et sententiam pronunciare suam cœpit, dicens, *jure occisum fuisse Cnæum: quin ceteros quoque populi Romani legatos esse jugulandos, ut ne unus quidem relinqueretur superstes, qui claris nunciis Romam adferret, ut desinant tandem superbe adeo imperare aliis, et hanc impudentem dominandi licentiam usurpare.* Et ille quidem, hujusmodi verba funditans, hoc ipse sibi infortunium arcessivit.

VII. Est autem cumprimis memorabile, quod utrique horum virorum accidit. Nam *Leptines* post patratam Cnæi cædem extemplo Laodiceæ versatus est in publico, auditaque est illius vox, *pro merito se egisse cum Cnæo, et ex Deorum sententia id fecisse.* Deinde, postquam Demetrius regnum suscepit, adire regem Leptines, orare, *ne cæde Cnæi moveretur, neve propterea in Laodicenses gravius quidquam iret consultum: ipsum enim se Romam profecturum, et senatui probaturum, diis volentibus id a se admissum.* Denique, quia sponte sua atque alacris ibat, sine vinculis et custodibus Romam hic ductus est. *Isocrates* contra, simul ac nomen ejus fuit delatum, mente prorsus alienatus est. Ubi vero etiam

Ol. 154. 4. τράχηλον περιτεθέντος, καὶ τῆς ἀλύσεως, σπανίως μὲν καὶ τὴν τροφὴν προσίετο, τῆς δὲ τοῦ σώματος θεραπείας εἰς τέλος ἀπέστη. Δι' ὃ καὶ παρεγένετο εἰς τὴν Ῥώμην 7
θέαμα θαυμάσιον, εἰς ὃν ἀποβλέψας ἄν τις ὁμολογήσειε, διότι καὶ κατὰ σῶμα καὶ κατὰ ψυχὴν οὐδέν ἐστιν ἀνθρώπου φοβερώτερον, ὅταν ἅπαξ ἀποθηριωθῇ. ἦ 8
τε γὰρ ὄψις ἐκτόπως ἦν αὐτοῦ φοβερὰ καὶ θηριώδης, ὡς ἀνθρώπου πλεῖον ἑαυτοῦ μὴ τὸν ῥῦπον, μὴ τοὺς ὄνυχας, μὴ τὰς τρίχας ἀφῃρημένου· τά τε κατὰ τὴν 9
διάνοιαν ἐκ τῆς τῶν ὀμμάτων ἐμφάσεως καὶ κινήσεως τοιαύτην ἐποιεῖτο τὴν φαντασίαν, ὥστε τὸν θεασάμενον πρὸς πᾶν ζῶον ἑτοιμότερον ἂν προσελθεῖν, ἢ πρὸς ἐκεῖνον.

Spes non fefellit Leptinen.

Ὁ δὲ Λεπτίνης μένων ἐπὶ τῆς ἐξ ἀρχῆς προαιρέσεως, 10
εἴς τε τὴν σύγκλητον ἕτοιμος ἦν εἰσπορεύεσθαι, πρός τε τοὺς ἐντυγχάνοντας ἁπλῶς ἀνθωμολογεῖτο περὶ τῆς πράξεως, καὶ προσδιωρίζετο, μηδὲν αὐτῷ δυσχερὲς ἀπαντήσειν ὑπὸ Ῥωμαίων· καὶ τέλος εὐστόχησε τῆς ἐλπίδος.
Ἡ γὰρ σύγκλητος, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ὑπολαβοῦσα, διότι 11
δόξει τοῖς πολλοῖς, ἔχειν τοῦ φόνου δίκην, ἐὰν τοὺς αἰτίους [q]παραλαβοῦσα τιμωρήσηται, τούτους μὲν οὐ προσεδέξατο, * [r]μικροῦ δεῖν· ἐτήρει δὲ τὴν αἰτίαν ἀπέ- 12
ραιον, ὥστ' ἔχειν ἐξουσίαν, ὅτε βουληθείη, χρήσασθαι τοῖς ἐγκλήμασι. Διὸ καὶ τὴν ἀπόκρισιν ἔδωκε τοιαύτην 13

[q] παραλαβοῦσα debetur Ursino. παραλαβέσθαι MSti. [r] Verba μικροῦ δεῖν (*parum abest*) asterisco notavit Casaub.

collum sibi boia circumdari vidit, et vincula admoveri; cibum raro sumere, corporis cultum penitus aspernari. Itaque Romam ut venit, mirum hominibus spectaculum præbuit, ut, qui illud consideraverit, cogatur fateri, *et corpore et animo maxime omnium formidabile animal esse hominem, quando semel efferatus fuerit.* Nam et adspectus illius supra modum terribilis atque efferatus erat, ut hominis, qui per annuum spatium et eo amplius neque sordes, neque ungues, neque pilos purgasset: animi vero habitum oculorum species ac motus eum esse arguebant, ut, qui adspexisset, nullius feræ occursum æque refugeret, atque illius. *Leptines* contra, sibi semper constans, in senatum venire paratus erat, et quum cædem a se patratam apud omnes, quibuscum loquebatur, fateretur, illud constanter adfirmabat, *nihil sibi Romanos esse nocituros.* Quæ spes tandem eum non fefellit. Nam senatus, quod judicaret, ut equidem existimo, vulgo omnibus virum iri se debitas pro cæde pœnas exegisse, si traditos sibi ejus necis auctores supplicio adfecisset; hos quidem suscipere noluit, *. Sed integra omnia sibi servavit, ut, quandocumque vellet, vindicandi criminis potestatem haberet. Idcirco etiam hujusmodi *responsum Demetrio* dedit, *senatum suam illi benc-*

τῷ Δημητρίῳ, διότι τεύξεται τῶν φιλανθρώπων, ἐὰν τὸ ἱκανὸν ποιῇ τῇ συγκλήτῳ κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐξουσίαν. A. U. 594. Responsum senatus.

*

14 Ἦκον δὲ καὶ παρὰ τῶν Ἀχαιῶν πρέσβεις οἱ περὶ Legatio Achæorum, libertatem petens exsulum.
Ξένωνα καὶ Τηλεκλῆν, ὑπὲρ τῶν κατηγορημένων, καὶ
15 μάλιστα τοῦ Πολυβίου καὶ τοῦ Στρατίου χάριν. τοὺς
μὲν γὰρ πλείστους σχεδὸν ἅπαντας ὁ χρόνος ἤδη [a] κατα-
16 καλώκει, τούς γε δὴ καὶ μνήμης ἀξίους. Παρῆσαν δ' οἱ
πρέσβεις, ἐντολὰς ἔχοντες ἁπλῶς ἀξιωματικὰς, χάριν
17 τοῦ πρὸς μηδὲν ἀντιφιλονεικεῖν τῇ συγκλήτῳ. Εἰσπο-
ρευθέντων δὲ καὶ ποιησαμένων τοὺς ἁρμόζοντας λόγους,
οὐδ' ὡς οὐδὲν ἠνύσθη· τὸ δ' ἐναντίον ἔδοξε τῇ συγκλήτῳ,
μένειν ἐπὶ τῶν ὑποκειμένων.

(III.) L. Æmilii *obitus.*

Scipionis *Æmiliani juvenilis ætas.*

* * *

VIII. Τὸ μέγιστον καὶ κάλλιστον σημεῖον τῆς Λευ- Æmilii Pauli abstinentia.
κίου Αἰμιλίου προαιρέσεως, μεταλλάξαντος τὸν βίον
2 ἐγένετο πᾶσιν ἔκδηλον. Οἷος γὰρ ὁ τρόπος ζῶντος
αὐτοῦ ἐδοξάζετο, τοιοῦτος εὑρέθη ὁ βίος μεταλλάξαν-
τος· ὃ μέγιστον εἴποι τις ἂν ὑπάρχειν τεκμήριον ἀρε-

[a] Tenuimus hoc ut editum invenimus. Receptam tamen vellemus codicis Bav. scripturam *κατεκαλέσαν.*

volentiam impertiturum, si idonea ratione caverit, se in ipsius potestate futurum, sicut fuisset olim.

(*Eadem Ecloga CXXII.*)

*

Venerunt autem et *Achæorum legati*, Xeno et Telecles, ut impositas exsulibus criminationes diluerent, et *pro Polybio* maxime et *Stratio* deprecarentur. Nam ceterorum plurimos et præcipuos quosque longa dies jam absumserat. Venerant autem hi legati, nudas preces pro mandatis adferentes, ne ulla in re voluntati aut judicio senatus viderentur sese velle opponere. Sed quum in curiam essent ingressi, et convenientem proposito suo orationem habuissent; ne sic quidem quidquam impetrarunt: nam contra decrevit senatus, *nihil esse movendum.*

(III.) *Excerptum Valesianum.*

* * *

VIII. Mortuo L. Æmilio, maximum et pulcerrimum morum illius testimonium cunctis adparuit. Qualis enim illius *abstinentia*, dum in vivis esset, opinione omnium celebrabatur; talis re ipsa post obitum ipsius reperta est: quod revera maximum esse vir-

Ol. 154. 4. Æmilii Pauli abstinentia.

τῆς. Ὁ γὰρ πλεῖστον μὲν τῶν [s]κατ' αὐτὸν ἐξ Ἰβηρίας 3
χρυσὸν εἰς τὴν Ῥώμην μετενηνοχὼς, μεγίστων δὲ θησαυ-
ρῶν κύριος γενόμενος ἐν Μακεδονίᾳ, πλείστης δὲ περὶ
τὰ προειρημένα τετευχὼς ἐξουσίας· [t]τοσοῦτον ἀπέλιπε 4
τὸν ἴδιον βίον, ὥστε μὴ δύνασθαι τὴν φέρνην τῇ γυναικὶ
διαλῦσαι πᾶσαν ἐκ τῶν ἐπίπλων, εἰ μὴ τῶν ἐγγείων
τινὰς προσαπέδοντο κτήσεων. ὑπὲρ ὧν ἡμεῖς τὰ κατὰ
μέρος ἐν τοῖς πρὸ τούτων εἰρήκαμεν. Ἐξ ὧν εἴποι τις 5
ἂν καταλελῦσθαι τὴν δόξαν τῶν θαυμαζομένων παρὰ τοῖς
Ἕλλησι περὶ τοῦτο τὸ μέρος ἀνδρῶν. Εἰ γὰρ τὸ, 6
διδομένων χρημάτων ἐπὶ τῷ τοῦ διδόντος συμφέροντι,
τούτων ἀπέχεσθαι θαυμαστόν ἐστιν, ὃ λέγεται γεγονέναι
περί τε τὸν Ἀθηναῖον Ἀριστείδην, καὶ περὶ τὸν Θηβαῖον
Ἐπαμινώνδαν· τὸ, κύριον γενόμενον αὐτὸν ἁπάσης τῆς 7
βασιλείας, καὶ λαβόντα τὴν ἐξουσίαν, ὡς βούλεται,
χρήσασθαι, μηδενὸς ἐπιθυμῆσαι, πόσῳ θαυμαστότερόν
ἐστιν; Εἰ δ' [u]ἀπίστῳ τὸ λεγόμενον δόξει ἐοικέναι τισὶν, 8
ἐκεῖνο δεῖ λαμβάνειν ἐν νῷ, διότι σαφῶς ὁ γράφων ἤδει,
μάλιστα Ῥωμαίους ἀναληψομένους εἰς τὰς χεῖρας τὰ
βιβλία ταῦτα, διὰ τὸ τὰς ἐπιφανεστάτας καὶ τὰς
πλείστας αὐτῶν πράξεις ἐν τούτοις περιέχεσθαι· παρ' 9
οἷς οὔτ' ἀγνοεῖσθαι ταῦτα δυνατὸν, οὔτε συγγνώμης
τεύξεσθαι τὸν ψευδολόγον εἰκός. διόπερ οὐδεὶς ἂν ἐκὼν 10

[s] *κατ' αὐτὸν* Suid. et Diodor. Sic. Vulgo *ἅπαντον*.

[t] *τοσοῦτον* iidem.

[u] *ἀπίστῳ* correxi.

tutis indicium, nemo inficias ierit. Nam cum unus sui temporis plurimam pecuniam ex manubiis Hispaniæ in ærarium populi Romani retulisset, ac maximarum opum in Macedonia compos fuisset, atque utrobique summam auctoritatem ac licentiam habuisset; eas facultates reliquit, ut supellectilis auctione facta redigi non potuerit, unde dos uxori ejus redderetur, nisi præterea etiam fundi aliquot venditi fuissent. Qua de re in superioribus libris a nobis affatim dictum esse meminimus. Proinde non immerito quis dixerit, hujusmodi exemplo opprimi gloriam eorum, quos eo nomine Græci maxime admirantur. Nam si abstinere a pecunia, quæ pro dantis utilitate offertur, admiratione digna res est, quod *Aristidem* Atheniensem, ac Thebanum *Epaminondam* fecisse narrant: quanto est mirabilius, ipsum compotem totius regni, cum summa abutendi licentia ac potestate, nihil tamen concupisse. Quod si cui id incredibile forte videbitur, is velim reputet, nobis, qui hæc scribebamus, prævisum fuisse, maxime in Romanorum manus hos libros esse venturos, cum celeberrimæ ac maximæ res populi Romani gestæ iis continerentur; ab iis vero neque ignorari res suas posse, neque mentito veniam datum iri. Proinde haud sane voluerit scriptor ultro committere, ut manifesti mendacii arguatur, et lectorum con-

εἰς πρόθηλον ἀπιστίαν καὶ καταφρόνησιν ἔδωκεν αὐτόν. A. U. 594.
11 Καὶ τοῦτο μνημονεύεσθαι παρ' ὅλην τὴν πραγματείαν
ἡμῖν, ὅταν τι παράδοξον δοκῶμεν λέγειν περὶ Ῥωμαίων.

IX. Τῆς δὲ κατὰ τὴν διήγησιν ἐφόδου καὶ τῶν καιρῶν Scipionis Æmil. ma-
ἐφεστηκότων ἡμᾶς ἐπὶ τὴν οἰκίαν ταύτην, βούλομαι τὸ tura gloria.
κατὰ τὴν προτέραν βίβλον ἐν ἐπαγγελίᾳ καταλειφθὲν
2 συνεκπληρῶσαι τῶν φιλικῶν ἕνεκα. προϋπεσχόμην γὰρ
διηγήσασθαι, διὰ τί καὶ πῶς ἐπὶ τοσοῦτο προέκυψε, καὶ
θᾶττον ἢ καθῆκεν ἐξέλαμψεν ἡ τοῦ Σκιπίωνος ἐν τῇ
3 Ῥώμῃ δόξα· σὺν δὲ τούτῳ, πῶς ἐπὶ τοσοῦτον αὐξηθῆναι
συνέβη τῷ Πολυβίῳ τὴν πρὸς τὸν προειρημένον φιλίαν
καὶ συνήθειαν, ὥστε μὴ μόνον ἕως τῆς Ἰταλίας καὶ τῆς
Ἑλλάδος ἐπιδιατεῖναι τὴν περὶ αὐτῶν φήμην, ἀλλὰ καὶ
τοῖς τοὐρωτέρω γνώριμον γενέσθαι τὴν αἵρεσιν καὶ συμ-
4 περιφορὰν αὐτῶν. Διότι μὲν οὖν ἡ καταρχὴ τῆς συστά- Notitia cum
σεως ἐγενήθη τοῖς προειρημένοις ἔκ τινος χρησίας βιβλίων Polybio.
5 καὶ τῆς περὶ τούτων λαλιᾶς, δεδηλώκαμεν. Προβαι-
νούσης δὲ τῆς συνηθείας καὶ τῶν ἀναπεπλημένων ἐκπερι-
πτομένων ἐπὶ τὰς πόλεις, [x]διέπεσαν ὅ τε Φάβιος καὶ ὁ
Σκιπίων, οἱ τοῦ Λευκίου νεανίσκοι, πρὸς τὸν στρατηγὸν,
6 μεῖναι τὸν Πολύβιον ἐν τῇ Ῥώμῃ. Γενομένου δὲ τούτου,
καὶ τῆς συμπεριφορᾶς ἐπὶ πολὺ προκοπτούσης, ἐγένετο
7 συγκύρημά τι τοιοῦτον. Ἐκπορευομένων γάρ ποτε

[x] Si vera est lectio, intercidit nonnihil in seqq. διέπεσον suspicatus est Vales. quod verum videtur, διέπραξαν maluit Reisk. Possis διέσπευσαν suspicari. Possit etiam ipsum διέπεσαν teneri hoc sensu *festinarunt ad prætorem*, nisi sequeretur infinitivus μεῖναι.

temtui sese exponat. Atque id in omni nostro opere monitum velim, quotiescumque præter omnium opinionem aliquid videbimur de Romanis dixisse.

IX. Ceterum cum ipsa narrationis ac temporum series ad laudem hujus familiæ nos deduxerit; quod *superiori libro* polliciti sumus, id nunc in gratiam eorum, qui discendi cupidi sunt, exequi placet. Etenim dicturum me promiseram, *cur, quove pacto in tantum fastigium creverit, et citius, quam consentaneum videri poterat, Romæ claruerit junioris Africani gloria*: ac præterea, *quomodo amicitiæ ac consuetudini, quæ Polybio cum eo fuit, tantum incrementum accesserit, ut non modo Italiam ac Græciam illius amicitiæ fama pervaserit, sed remotissimis etiam gentibus studium utriusque animorumque conjunctio innotuerit*. Igitur, quo pacto principium concilandæ inter utrumque amicitiæ ex commodato librorum nonnullorum usu ac sermone de his habito fluxerit, supra a nobis relatum est. Postea, procedente consuetudine, cum Græci Romam evocati per municipia Italiæ distribuerentur, *Fabius et Scipio*, Lucii Æmilii filii, gratia apud prætorem effecere, ut *Polybius* Romæ maneret. Quo facto cum familiaritas in dies cresceret, talis forte casus evenit. Egressis aliquando

Ol. 150. 4. [y]κατὰ ταὐτὸ πάντων ἐκ τῆς οἰκίας τῆς τοῦ Φαβίου,
συνέβη, τὸν μὲν Φάβιον ἐπὶ τὴν ἀγορὰν ἀποτρέψαι, τὸν
Scipionis oratio ad Polybium. δὲ Πολύβιον ἐπὶ θάτερα μετὰ τοῦ Σκιπίωνος. Προα- 8
γόντων δ' αὐτῶν, ὁ Πόπλιος ἡσυχῇ καὶ πράως τῇ φωνῇ
φθεγξάμενος, καὶ τῷ χρώματι γενόμενος ἐνερυθής, Τί 9
δὲ, φησὶν, ὦ Πολύβιε, [z]δύω τρώγομεν ἀδελφοὶ, καὶ
διαλέγῃ συνεχῶς καὶ πάσας τὰς ἐρωτήσεις καὶ τὰς
ἀποφάσεις ποιῇ πρὸς ἐκεῖνον, ἐμὲ δὲ παραπέμπεις; ἢ 10
δῆλον, ὅτι καὶ σὺ περὶ ἐμοῦ τὴν αὐτὴν ἔχεις διάληψιν,
ἣν καὶ τοὺς ἄλλους πολίτας ἔχειν πυνθάνομαι. δοκῶ 11
γὰρ εἶναι πᾶσιν ἡσύχιός τις καὶ νωθρὸς, ὡς ἀκούω, καὶ
πολὺ κεχωρισμένος τῆς Ῥωμαϊκῆς αἱρέσεως καὶ πρά-
ξεως, ὅτι κρίσεις οὐχ αἱροῦμαι λέγειν. τὴν δ' οἰκίαν οὐ 12
φασὶ τοιοῦτον ζητεῖν προστάτην, ἐξ ἧς ὁρμῶμαι, [a]τὸ δ'
ἐναντίον· ὃ καὶ μάλιστά με λυπεῖ.

Polybii responsum. X. Ὁ δὲ Πολύβιος, ξενισθεὶς τῇ τοῦ μειρακίου κατ-
αρχῇ τῶν λόγων, οὐ γὰρ εἶχε πλέον ἐτῶν ὀκτωκαίδεκα
τότε· Μὴ πρὸς θεῶν, Σκιπίων, ἔφη, μηδὲ λέγε ταῦτα, 2
μηδ' ἐν νῷ λάμβανε τὸ παράπαν. οὐδὲ γὰρ καταγι- 3
νώσκων οὔτε παραπέμπων ἐγώ σε ποιῶ τοῦτο, πολλοῦ
γε δεῖ· ἀλλὰ τῷ πρεσβύτερον εἶναι τὸν ἀδελφὸν, ἔν τε
ταῖς ὁμιλίαις ἄρχομαι ἀπ' ἐκείνου, καὶ λήγω πάλιν εἰς
ἐκεῖνον ἐν ταῖς ἀποφάσεσι καὶ συμβουλίαις, καὶ πρὸς

[y] *κατὰ ταὐτὸ* ex conject. correxi. Vulgo *κατ' αὐτὸ*. [z] Frigida est Reiskii conjectura: *δύο μὲν σ' ἐρωτῶμεν ἀδελφώ, σὺ δὲ καὶ διαλέγῃ. nos quidem duo te interrogamus fratres, tu autem &c.* [a] *τὸν δ'* Ivarr. voluit Reisk.

simul omnibus ex Fabii domo, Fabius quidem in forum, Polybius vero alteram in partem cum P. Scipione diversus deflexit. Cumque ambo paullulum progressi essent, tum PUBLIUS leniter ac modeste locutus, ac rubore quodam suffusus: *Quid est*, inquit, *Polybi, quod, cum ambo fratres una utamur mensa, in tuis sermonibus, nunc interrogando, nunc respondendo, adsidue orationem ad fratrem convertis, me prætermisso? Nimirum eamdem de me opinionem habes, quam et ceteros cives habere audio; quibus nimis amans quietis lentusque esse videor, et a moribus institutisque Romanorum longe alienus, eo quod caussis actitandis non studeo. Aiqui familiam, aiunt, ex qua ortus sum, non ejusmodi, sed plane alium virum, postulare: quod profecto maxima me ægritudine adficit.*

X. POLYBIUS, oratione adolescentis obstupefactus, (namque octavum et decimum annum ætatis tum maxime agebat) *per deos*, inquit, *quæso Scipio, noli hæc ita in animum inducere. Neque enim aut contemtu, aut neglectu tui id facere soleo: multum abest: sed quoniam major natu est Fabius, in colloquiis familiaribus ab eo inchoare, et in eum desinere consuevi, illumque in sermonibus ac præceptis maxime spectare;*

ἐκεῖνον ἀπειρεῖδομαι, δοκῶν καὶ σὲ τῆς αὐτῆς μετέχειν A. U. 594.
γνώμης. Ἐκεῖνό σου [b]γε μὴν ἄγαμαι νῦν ἀκούων, ὅτι Polybius.
[c]δοκεῖ σοι * τὸ πραΰτερον εἶναι τοῦ καθήκοντος τοῖς ἐκ ταύτης τῆς οἰκίας ὁρμωμένοις· δῆλος γὰρ εἶ διὰ τούτων, μέγα φρονῶν. Ἐγὼ δὲ κἂν αὐτὸς ἡδέως σοι συνεπιδοίην ἐμαυτὸν, καὶ συνεργὸς γενοίμην εἰς τὸ καὶ λέγειν τι καὶ πράττειν ἄξιον τῶν προγόνων. περὶ μὲν γὰρ τὰ μαθήματα, περὶ ἃ νῦν ὁρῶ σπουδάζοντας ὑμᾶς καὶ φιλοτιμουμένους, οὐκ ἀπορήσετε τῶν συνεργησόντων ὑμῖν ἑτοίμως, καὶ σοὶ καὶ κἀκείνῳ. πολὺ γὰρ δή τι φῦλον ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἐπιῤῥέον ὁρῶ κατὰ τὸ παρὸν τῶν τοιούτων ἀνθρώπων. Εἰς δὲ τὰ λυποῦντά σε νῦν, καθὼς φῂς, δοκῶ μηδένα συναγωνιστὴν καὶ συνεργὸν ἄλλον εὑρεῖν ἂν ἡμῶν ἐπιτηδειότερον. Ἔτι δὲ ταῦτα λέγοντος τοῦ Πολυβίου, Scipio.
λαβόμενος ἀμφοτέραις χερσὶ τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ, καὶ πίσας ἐμπαθῶς· Εἰ γὰρ ἐγὼ ταύτην, φησὶν, ἴδοιμι τὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ, σύμπαντα τἄλλα δεύτερα θέμενος, ἐμοὶ προσέξεις τὸν νοῦν, καὶ μετ' ἐμοῦ συμβιώσεις. δόξω γὰρ αὐτόθεν εὐθέως ἐμαυτῷ καὶ τῆς οἰκίας ἄξιος εἶναι καὶ τῶν προγόνων. Ὁ δὲ Πολύβιος τὰ μὲν Polybius.
ἔχαιρε, θεωρῶν τὴν ὁρμὴν καὶ τὴν ἀποδοχὴν τοῦ μειρακίου, τὰ δὲ διηπορεῖτο, λαμβάνων ἐν νῷ τὴν ὑπεροχὴν τῆς οἰκίας καὶ τὴν εὐκαιρίαν τῶν ἀνδρῶν. Πλὴν ἀπό

[b] γε μὴν recepi ex Valesii conject. [c] Post δοκεῖ σοι excidisse vocab. ὅτι δοκεῖς σὺ πραΰτερος εἶναι suspicatus est Vales. Nobis secus videtur. Scribe ὅτι δοκεῖς σὺ πραΰτερος εἶναι quod tu videris mitioris esse ingenii: nisi magis placeret ὅτι δοκεῖς σὺ σοὶ πραΰτερος εἶναι quod tu tibi videris &c. sic vers. 10. δόξω γὰρ αὐτόθεν ibid. ἐμαυτῷ.

cum te eodem animo eademque sententia atque illum præditum esse persuasum habeam. Ceterum indolem tuam magnopere laudo, quod vitio esse existimes, remissioris esse ingenii, quam par sit ei, qui ex tanta familia originem ducat: id enim haud pusilli certe animi argumentum est. Ego vero operam meam atque industriam libenter ipse tibi commodaverim in hoc, ut ea dicas et facias, quæ majorum tuorum gloria sint digna. Nam quod attinet ad disciplinas, quibus vos acriter incumbere in præsentia video, tibi ac fratri numquam magistrorum copia deerit: quandoquidem plurimos ejusmodi homines video ex Græcia in hanc urbem quotidie confluentes. Ad

ea vero, quæ te, ut ais, nunc angunt, aptiorem me ipso administrum ac socium conatus tui haud sane reperies. Hæc adhuc cum diceret *Polybius*, utraque manu dextram ejus prehendens, atque ex intimo adfectu comprimens Scipio: *Utinam*, inquit, *diem illum videam, quo tu, ceteris omnibus rebus posthabitis, mei curam gerere meoque in contubernio degere velis: tum ego statim ex eo ipso tempore mihi videbor et familia et majoribus meis non indignus.* At Polybius partim quidem gaudio exsultabat, cum eum impetum eumque juvenis adfectum videret, partim vero nonnihil angebatur, cum amplitudinem opesque illius familiæ ani-

Ol. 154. 4. γε ταύτης τῆς ἀνθομολογήσεως οὐκέτι τὸ μειράκιον ἐχωρίσθη τοῦ Πολυβίου, πάντα δ' ἦν αὐτῷ δεύτερα τῆς ἐκείνου συμπεριφορᾶς.

Virtutes juvenis Scipionis.

XI. Ἀπὸ δὲ τούτων τῶν καιρῶν λοιπὸν ἤδη κατὰ τὸ συνεχὲς ἐπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων πεῖραν αὐτῶν διδόντες ἀλλήλοις, εἰς πατρικὴν καὶ συγγενικὴν ἦλθον αἵρεσιν καὶ φιλοστοργίαν πρὸς ἀλλήλους. Πρώτη δέ τις ἐνέστη- 2 σεν ὁρμὴ καὶ ζῆλος τῶν καλῶν, τὸ τὴν ἐπὶ σωφροσύνῃ δόξαν ἀναλαβεῖν, καὶ παραδραμεῖν ἐν τούτῳ τῷ μέρει τοὺς κατὰ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν ὑπάρχοντας. ὧν δὲ μέγας 3 αὖτος καὶ δυσφικτος ὁ στέφανος, εὐθήρατος ἦν κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἐν τῇ Ῥώμῃ διὰ τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον

Luxuria juvenum Romanor. post bellum Persicum.

ὁρμὴν τῶν πλείστων. Οἱ μὲν γὰρ εἰς ἐρωμένους τῶν νέων, 4 οἱ δ' εἰς ἑταίρας ἐξεπέχυντο, πολλοὶ δὲ εἰς ἀκροάματα καὶ πότους καὶ τὴν ἐν τούτοις πολυτέλειαν, ταχέως ἡρπακότες ἐν τῷ Περσικῷ πολέμῳ τὴν τῶν Ἑλλήνων εἰς τοῦτο τὸ μέρος εὐχέρειαν. καὶ τηλικαύτη τις ἐνέπε- 5 πτώκει περὶ τὰ τοιαῦτα τῶν ἔργων ἀκρασία τοῖς νέοις, ὥστε πολλοὺς μὲν ἐρώμενον [d] ἠγορακέναι ταλάντου. Συνέβη δὲ, τὴν παροῦσαν αἵρεσιν οἷον ἐκλάμψαι κατὰ 6 τοὺς νῦν λεγομένους καιρούς, πρῶτον μὲν διὰ τὸ, καταλυθείσης τῆς ἐν Μακεδονίᾳ βασιλείας, δοκεῖν ἀδήριτον αὐτοῖς ὑπάρχειν τὴν περὶ τῶν ὅλων ἐξουσίαν· ἔπειτα διὰ 7 τὸ πολλὴν ἐπίφασιν γενέσθαι τῆς εὐδαιμονίας περί τε

[d] Post hæc verba, reponenda illa censuit Valesius, quæ ATHENÆUS ex lib. XXXI. Polybii refert, quæ supra lib. XXXI. cap. 24. exhibuimus.

mo cogitaret. Ceterum post hanc stipulationem numquam juvenis a Polybio recessit, sed illius congressum omnibus semper rebus anteposuit.

XI. Atque exinde cum in ipsis negotiorum articulis constantiæ suæ experimentum alter alteri continue præberet, paternam quamdam et veluti ex consanguinitate natam benevolentiam invicem ac necessitudinem contraxerunt. Prima igitur rerum honestarum adpetitio et æmulatio, qua incendebatur, hæc fuit, ut *continentiæ* laudem sibi compararet, eaque parte æquales suos omnes anteiret. Quam quidem lauream, magnam ceteroquin atque arduam, non adeo difficile erat Romæ illo tempore consequi, propter corruptos plerorumque mores. Alii enim in meritorios pueros, alii in meretrices effusi, plerique acroamatis et compotationibus atque hujusmodi luxuriæ addicti erant, cum Græcorum in eo genere levitatem bello Persico statim adscivissent. Tanta porro intemperantia in ista studia ferebantur juvenes, ut nonnulli puerum delicatum talento emerent. Quod quidem institutum præcipue iis temporibus, de quibus nunc agimus, viguit ac floruit; primum, quod everso Macedonum regno imperium orbis terrarum penes populum Romanum sine controversia stare videbatur: deinde, quia, Mace-

τοὺς κατ' ἰδίαν βίους καὶ περὶ τὰ κοινὰ, τῶν ἐκ A. U. 594.
Μακεδονίας [e]μετακομισθεισῶν εἰς τὴν Ῥώμην χορηγιῶν.
8 Πλὴν ὅ γε Σκιπίων, ὁρμήσας ἐπὶ τὴν ἐναντίαν ἀγωγὴν Scipionis modestia et continentia.
τοῦ βίου, καὶ πάσαις ταῖς ἐπιθυμίαις ἀντιταξάμενος,
καὶ κατὰ πάντα τρόπον ὁμολογούμενον καὶ σύμφωνον
ἑαυτὸν κατασκευάσας κατὰ τὸν βίον, ἐν ἴσως πέντε τοῖς
πρώτοις ἔτεσι πάνδημον ἐποιήσατο τὴν ἐπ' [f]εὐταξίᾳ καὶ
9 σωφροσύνῃ δόξαν. Μετὰ δὲ ταῦτα κατὰ τὸ συνεχὲς Liberalitas et abstinentia.
ὥρμησεν ἐπὶ τὸ περὶ τὰ χρήματα μεγαλοψυχίᾳ καὶ
10 καθαρότητι διενεγκεῖν τῶν ἄλλων. Πρὸς δὲ τοῦτο τὸ
μέρος καλὴν μὲν [g]ὑποδοχὴν εἶχε τὴν μετὰ τοῦ κατὰ
φύσιν πατρὸς συμβίωσιν, καλὰς δ' ἐκ φύσεως ὁρμὰς
αὐτὸς ἐπὶ τὸ δέον· πολλὰ δὲ αὐτῷ καὶ ταυτόματον
συνήργησε πρὸς τὴν ἐπιβολὴν ταύτην.

XII. [h]Πρώτη μὲν γὰρ αὐτῷ μετήλλαξε τὸν βίον ἡ Mors Æmiliæ.
τοῦ κατὰ θέσιν πατρὸς μήτηρ, ἥ τις ἦν ἀδελφὴ μὲν τοῦ
κατὰ φύσιν [i]πατρὸς αὐτοῦ Λευκίου, γυνὴ δὲ τοῦ κατὰ
θέσιν πάππου Σκιπίωνος, τοῦ μεγάλου προσαγορευθέντος.
2 ταύτης ἀπολιπούσης οὐσίαν μεγάλην, κληρονόμος ὢν,
πρῶτον ἐν τούτοις ἔμελλε πείραν δώσειν τῆς ἑαυτοῦ
3 προαιρέσεως. Συνέβαινε δὲ, τὴν Αἰμιλίαν, τοῦτο γὰρ
ἦν ὄνομα τῇ προειρημένῃ γυναικὶ, μεγαλομερῆ τὴν περί-

[e] μετακομισθεισῶν ex Suida adscivi. Vulgo μετακομισθέντων: quod tamen servari poterat, si mox χορηγίων pro χορηγιῶν scriberemus. τὰ χορήγια, τῶν χορηγίων Polybianum est vocabulum. [f] εὐταξίᾳ ex Diodoro recepi. αὐτὸ ἀξία cod. Peir. unde αὐτοεξίᾳ fecit Valesius. αὐταρκείᾳ Reisk. Sed vulgo est ἐποιήσατο κατὰ τὴν. Delevi importunam præpos. nisi malis καὶ συγχωρουμένην cum Diod. aut καὶ ὁμολογουμένην. [g] διδαχὴν suspicatus est Reisk. aut καλὸν μὲν ὑπόδειγμα. [h] Πρώτη correxit Vales. πρώτην erat in MS. Forsan πρῶτον. [i] Sic Ed. Gronov. et Ernest. πατέρος Ed. Valesii a quo non necesse erat ut discederetur.

donicis opibus Romam translatis, maximæ opulentiæ species quædam et privatis singulorum et publicis rebus accesserat. At *Scipio*, diversam vivendi rationem secutus, cunctisque cupiditatibus adversatus, atque in reliquo victu eumdem tenorem servans, sibique ipse consentiens, pervulgatam apud omnes modestiæ ac continentiæ laudem intra primum fere quinquennium est consecutus. Postea vero confestim instituit *liberalitate atque integritate* in pecunia danda atque capienda ceteros superare. Ad quam virtutem et convictus cum naturali ipsius patre magnum ei stimulum admoverat, et ipsa natura ingentem impetum ingenuerat. Sed et fortuna conatum ejus in eamdem partem magnopere adjuvit.

VIII. Multæ erant *Philopœmenis statuæ*, magnique ei a civitatibus decreti honores. Quæ cuncta Romanus quidem eo tempore, quo *capta Corintho* in calamitate fuit Græcia, abrogare et evertere est conatus; perinde atque vivum etiamtum accusans atque denuncians, *quod hostis et infensus fuisset Romanis.* Qua de re cum essent sermones habiti, et contra calumniatorem istum *Polybius* verba fecisset; neque *Mummius* neque legati passi sunt deleri inclyti viri gloriam. (*Plutarchus in Philopœmene.*)

*

(*Excerptum Valesianum ex Polybio.*)

Scilicet *Polybius* contra docere ac demonstrare pluribus cœpit, *Philopœmenem*, quod et superioribus libris ostendimus, *ejusmodi fuisse, qui mandatis populi Romani interdum quidem adversaretur, sed hactenus tantum, ut in rebus controversis proponeret suadereque ea, quæ sibi viderentur; neque id umquam temere fecisse. Specimen vero illustre animi illius, et sinceræ erga populum Romanum benevolentiæ*

ἐκ τυχὸς παρεσχῆσθαι χάριν, κατὰ τοὺς Φιλιστικοὺς A. U. 608.
7 καὶ κατὰ τοὺς Ἀντιοχικοὺς καιρούς. Πλείστην γὰρ ἴσχυτα ῥοπὴν τότε τῶν Ἑλλήνων, καὶ διὰ τὴν αὐτοῦ δύναμιν καὶ τὴν τῶν Ἀχαιῶν, ἀληθινώτατα διατετη-
8 ρηκέναι τὴν πρὸς Ῥωμαίους φιλίαν· [t]μεταισχόντα τοῦ δόγματος τοῖς Ἀχαιοῖς, ἐν ᾧ [u]γεγραμμένῳ πρότερον τῆς Ῥωμαίων διαβάσεως Ἀντιόχῳ καὶ τοῖς Αἰτωλοῖς τὸν ἀπὸ τῆς χώρας πόλεμον ἐξήνεγκαν, τῶν ἄλλων Ἑλλήνων σχεδὸν ἁπάντων ἀπηλλοτριωμένων τῆς Ῥω-
9 μαίων φιλίας. Ὧν οἱ δέκα διακούσαντες, καὶ τὴν προαίρεσιν ἀποδεξάμενοι τοῦ λέγοντος, συνεχώρησαν καταμόνους αὐτῷ τὰς τιμὰς ὑπάρχειν ἐν πάσαις ταῖς
10 πόλεσι. Λαβόμενος δὲ τῆς ἀφορμῆς ταύτης Πολύβιος, [x]εἰκόνας ᾐτήσατο τὸν στρατηγὸν, παίπερ ἤδη μεταπεπομισμένας εἰς Ἀκαρνανίαν ἐκ Πελοποννήσου, λέγω δὲ
11 τήν τ' Ἀχαιοῦ, καὶ τὴν Ἀράτου [y]καὶ Φιλοποίμενος. Ἐν Statuæ marmoreæ Polybii.
οἷς ἀγασθὲν τὸ πλῆθος αὐτοῦ τὴν προαίρεσιν, ἔστησεν αὐτοῦ λιθίνην εἰκόνα.

* *

IX. Μετὰ τὴν κατάστασιν τῶν δέκα, ἣν ἐποιήσαντο Dieæ bona sub hasta
ἐν τῇ Ἀχαΐᾳ, οὗτοι οἱ δέκα τῷ ταμίᾳ, τῷ μέλλοντι venduntur.
πωλεῖν τὴν οὐσίαν τοῦ Διαίου, συνέταξαν, ὅ τι τάχ' ἂν ἐπιλίξασθαι βουληθῇ τῶν ὑπαρχόντων ὁ Πολύβιος, ὑφε-

[t] Vulgo *μεταισχόντα* δὲ. Delevi particulam: nisi δὲ malis. [u] *γεγραμμένῳ* correxi cum Reisk. Vulgo *τετραμμένῳ*. *τετραμένῳ* suspicatus erat Vales. [x] *τὰς εἰκόνας* scribere jussit Reisk. [y] *καὶ τὴν Φιλ.* voluit Reisk. *καὶ τὰς* malim.

testimonium extitisse bello Philippico et Antiochico. Nam cum illis temporibus unus omnium Græcorum maxima auctoritate polleret, cum ob suam, tum ob gentis Achæorum potentiam; constanter cum in amicitia ac fide erga populum Romanum permansisse: auctorem etiam et adprobatorem fuisse decreti illius, quo Achæi, nondum transgressis in Græciam Romanis, bellum Antiocho atque Ætolis indixerunt, cum alteri fere Græci omnes a partibus et a causa populi Romani alienati essent. Quibus auditis, decem legati, studium ut consilium Polybii comprobantes, *Philopœmenis* memoriam servarunt, ejusque honores omnes in civitatibus illibatos passi sunt manere. Hac *Polybius* occasione arrepta, *imagines Achæi Aratique et Philopœmenis*, quæ jam ex Peloponneso transportatæ in Acarnaniam erant, a proconsule petiit: cujus rei causa Achæi, virtutem ipsius laudantes, statuam ei e marmore posuerunt.

* *

IX. Rebus in Achaia probe constitutis, *decem Legati* quæstori, qui auctionem bonorum *Diæi* facturus erat, in mandatis dederunt, ut, quidquid

Ol. 158. 2. Polybii abstinentia.

λόντα καὶ δόντα [z]δωρεὰν, τἄλλα πωλεῖν τοῖς ὠνουμένοις. Ὁ δὲ προειρημένος τοσοῦτον ἀπέσχε τοῦ προσ- 2
δέξασθαί τι τῶν τοιούτων, ὡς καὶ τοὺς φίλους παρεκάλεσε, καθόλου μηθενὸς ἐπιθυμῆσαι τῶν ὑπὸ τοῦ ταμίου πωλουμένων. συνέβαινε γὰρ, τοῦτον, ἐπιπορευόμενον τὰς 3
πόλεις, πάντων τῶν τῷ Διαίῳ κοινωνησάντων πωλεῖν τὰς οὐσίας, τῶν καὶ καταχριθέντων, ὅσοι μὴ παῖδας ἢ γονέας εἶχον. ὧν τινες μὲν οὐ προσέσχον, οἱ δὲ κατα- 4
κολουθήσαντες τῇ συμβουλίᾳ, καλλίστην δόξαν ἐξενέγκαντο παρὰ τοῖς πολίταις.

Ol. 158. 3. A. U. 609. Polybii in Achæos merita.

X. Ταῦτα δὲ διοικήσαντες ἐν ἓξ μησὶν οἱ δέκα, καὶ τῆς ἐαρινῆς ὥρας ἐνισταμένης, ἀπέπλευσαν εἰς τὴν Ἰταλίαν· καλὸν δεῖγμα τῆς Ῥωμαίων προαιρέσεως ἀπολελοιπότες πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν. Ἐνετείλαντο δὲ τῷ Πολυβίῳ 2
χωριζόμενοι, τὰς πόλεις ἐπιπορευθῆναι, [a]καὶ περὶ ὧν οἱ ἄνθρωποι ἀμφιβάλλουσι διευκρινῆσαι, [b]μίχρι οὗ συνήθειαν ἔχωσι τῇ πολιτείᾳ καὶ τοῖς νόμοις. ὃ δὴ καὶ μετά 3
τινα χρόνον ἐποίησε, πρὸς τὸ τοὺς ἀνθρώπους στέρξαι τὴν δεδομένην πολιτείαν, καὶ μηδὲν ἀπόρημα μήτε καθ' ἰδίαν, μήτε κατὰ κοινὸν ἐκ τῶν νόμων γενέσθαι περὶ μηδενός. Διὸ καὶ καθόλου μὲν ἐξαρχῆς ἀποδεχόμενοι 4

[z] δωρεὰν correctum est in edit. Ernest. δωρεὰ dabant superiores; quod et ex in δωρεᾷ corruptum videri poterat. Vulgo ex MSto edebatur καίτοι οἱ ἄνθρ. [a] καὶ περὶ ὧν correxi, monente Valesio. [b] μίχρι οὗ correxi. Vulgo μίχρι τοῦ.

Polybius ex illius bonis optare ac seligere vellet, seposito gratisque donato, cetera licitantibus adjudicaret. Sed Polybius multum abfuit ut quidquam eorum acciperet; quin et amicos hortatus est, nihil ut eorum, quæ a quæstore venundabantur, concupiscerent. Etenim quæstor populi Romani, singulas civitates circumiens, quicumque consiliorum Diæi participes fuerant, quique a decem legatis condemnati erant, eorum omnium, exceptis his, quibus liberi aut parentes superstites essent, facultates hasta posita vendebat. Ceterum consilium Polybii nonnulli insuper habuerunt: quicumque autem ei paruerunt, maximam laudem a popularibus suis retulere.

X. *Decem legati*, his intra semestre spatium ita constitutis, veris initio in Italiam navigarunt, cum pulcerrimum virtutis morumque populi Romani exemplum Græcis omnibus reliquissent. In ipso autem digressu mandaverunt *Polybio*, ut singulas urbes obiret, earumque controversias dijudicaret, donec constitutioni provinciæ, legibusque datis adsuevissent. Quod et *Polybius* aliquanto post præstitit, ita ut Græci præscripto reipublicæ statu adquiescerent, neque vel minima de ulla re difficultas, sive publice, sive privatim, in legibus super-

καὶ τιμῶντες τὸν ἄνδρα, περὶ τοὺς ἰσχάτους καιροὺς καὶ τὰς προειρημένας πράξεις εὐδοκούμενοι κατὰ πάντα τρόπον, ταῖς μεγίσταις τιμαῖς ἐτίμησαν αὐτὸν κατὰ πόλεις, [c καὶ ζῶντα, καὶ μεταλλάξαντα.] πάντες δ' ἔκριναν κατὰ λόγον τοῦτο ποιεῖν. μὴ γὰρ ἐξεργασαμένου τούτου καὶ γράψαντος τοὺς περὶ τῆς κοινῆς δικαιοδοσίας νόμους, ἄκριτα πάντα ἦν καὶ πολλῆς γέμοντα ταραχῆς. Διὸ καὶ τοῦτο κάλλιστον Πολυβίῳ πεπρᾶχθαι νομιστέον, πάντων τῶν προειρημένων. A. U. 609. Polybii in Achæos merita.

*

XI. Ὁ στρατηγὸς τῶν Ῥωμαίων, μετὰ τὸ χωρισθῆναι ἐξ Ἀχαΐας τὸ συνέδριον, ἐπισκευάσας τὸν ἐν Ἰσθμῷ τόπον, καὶ κοσμήσας τὸν ἐν Ὀλυμπίᾳ καὶ Δελφοῖς νεών, ταῖς ἑξῆς ἡμέραις ἐπεπορεύετο τὰς πόλεις, τιμώμενος ἐν ἑκάστῃ καὶ τυγχάνων τῆς ἁρμοζούσης χάριτος. Εἰκότως δὲ d τιμᾶσθαι συνέβαινεν αὐτὸν, καὶ κοινῇ, καὶ κατ' ἰδίαν. Καὶ γὰρ ἐγκρατῶς καὶ καθαρῶς ἀνεστράφη, καὶ πρᾴως ἐχρήσατο τοῖς ὅλοις πραγμάσι, μέγαν καιρὸν ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἔχων καὶ μεγάλην ἐξουσίαν. Καὶ γὰρ ἐν οἷς ἐδόκει παρεωρακέναι τι τῶν καθηκόντων, ἐμοὶ μὲν οὐκ ἐφαίνετο δι' ἑαυτὸν τοῦτο πεποιηκέναι, διὰ δὲ τοὺς παρακειμένους φίλους. τοῦτο Mummii integritas et indulgentia.

[c] Verba, quæ uncis inclusi, a Compilatore profecta esse adparet. [d] Ἂν καὶ τιμᾶσθαι MS. καὶ delevit Vales.

esset. Quamobrem cum et antea semper hominem magnopere coluissent, tum vero ultimis illis temporibus singulæ urbes omni honorum genere [vivum et mortuum] cumularunt, omnis ejus acta communi adsensu comprobantes: idque jure optimo a se fieri omnes judicabant. Nisi enim ille hæc perfecisset, legesque ac formulas juris dicundi civitatibus scripsisset; ubique justitium, plenaque omnia turbarum et tumultus erant futura. Itaque pulcerrimum in omni vita id facinus Polybii fuisse haud dubium est.

*

XI. *Proconsul*, postquam concilium decem legatorum ex Achaia discessit, restaurato templo ac luco, qui in *Isthmo* est, ornatoque *Jovis Olympici* et Delphici Apollinis fano, postmodum singulas civitates obiit, ab omnibus et publice et privatim summis honoribus et convenienti grati animi significatione exceptus: idque sane jure optimo. Prorsus enim integer ac puris manibus in omnibus rebus versatus, summaque humanitate usus erat; tametsi maximam opportunitatem potestatemque animadvertendi in Græcos esset nactus. Nam sicubi etiam nonnullis in rebus visus est ab æquitate nonnihil recessisse; mihi quidem non ab ipso, sed ab amicis et comitibus id

Ol. 156. 3. δ' ἦν καταφανέστατον ἐν τοῖς [a]κατὰ τῶν Χαλκιδέων ἱππεῦσιν, οὓς ἀνεῖλεν.

II.

RES ÆGYPTI.

* * *

Ptolemæi Philometoris mors, et elogium.

XII. ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΣ, ὁ τῆς Συρίας [f καὶ Αἰγύπτου] βασιλεὺς, κατὰ τὸν πόλεμον πληγεὶς ἐτελεύτησε τὸν βίον· κατὰ μέν τινας μεγάλων ἐπαίνων καὶ τιμῆς 2 ὢν ἄξιος, κατὰ δέ τινας τοὐναντίον. Πρᾶος μὲν γὰρ 3 ἦν καὶ χρηστὸς, εἴ τις ἄλλος τῶν προγεγονότων βασιλέων. σημεῖον δὲ τούτου μέγιστον· ὃς πρῶτον μὲν 4 οὐδένα τῶν ἑαυτοῦ φίλων ἐπ' οὐδενὶ τῶν ἐγκλημάτων ἐπανείλετο· δοκῶ δὲ μηδὲ τῶν ἄλλων Ἀλεξανδρέων μηδένα δι' ἐκεῖνον ἀποθανεῖν. ἔπειτα, δόξας ἐπτέσθαι 5 ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ὑπὸ τἀδελφοῦ, τὸ μὲν πρῶτον, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ λαβὼν κατ' αὐτοῦ [g]καιρὸν ὁμολογούμενον, ἀμυνασκόμενον ἐποιήσατο τὴν ἁμαρτίαν· μετὰ δὲ ταῦτα 6 πάλιν ἐπιβουλεύσαντος τῇ Κύπρῳ, κύριος γενόμενος ἐν [h]Λαοδίκῃ τοῦ σώματος ἅμα καὶ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, τοσοῦτον ἀπέσχε τοῦ πολάζειν ὡς ἐχθρὸν, ὥστε καὶ δωρεὰς προσέθηκε παρὰ τὰς πρότερον ὑπαρχούσας αὐτῷ κατὰ συνθήκας, καὶ τὴν θυγατέρα δώσειν ὑπέσχετο.

[a] Præpositionem deletam voluit Reisk. [f] Verba καὶ Αἰγύπτου desunt vulgo, ex conject. a nobis adjecta. [g] καιρὸν correxit Vales. καὶ τὸν MS. [h] Λαοδίκῃ correxi. Ἀλλάδι MS. quod in Λαοδίκῃ mutavit Valesius.

profectum esse videbatur. Quod quidem manifestissimum exstitit in *Chal-*

cidensium equitum cæde.

II.

(*Excerptum Valesianum.*)

* * *

XII. PTOLEMÆUS, *Syriæ* (*et Ægypti*) *rex*, proelio vulneratus, obiit: vir, ut quidam sentiunt, maxima laude et gloria dignus, quamvis alii secus existimant. Clemens enim et benignus, si quis unquam superiori memoria rex, certe hic fuit; cujus rei argumenta supersunt certissima. Qui primum quidem neminem ex amicorum numero ullum ob causam occidit: ac, ni fallor, nullus nec ex reliquis Alexandrinis ab eo est interfectus. Deinde cum a fratre Alexandria expulsus esse videretur, primo Alexandriæ ulciscendi illius opportunitatem nactus, culpam ei condonavit. Postea vero cum idem rursus *Cyprum* occupare moliretur, captum in urbe *Laodice* tantum abfuit ut supplicio adficeret quasi hostem, ut potius præter munera, quæ ipsi antea ex pactione pendebat, alia rursus adjecerit, suamque ei filiam collocaturum promiserit.

7 Κατὰ μέντοί γε τὰς ἐπιτυχίας καὶ κατορθώσεις ἐξε- A. U. 609.
λύετο τῇ ψυχῇ, καί τις οἷον ἀσωτία καὶ ῥᾳθυμία περὶ
αὐτὸν Αἰγυπτιακὴ συνέβαινεν· καὶ κατὰ τὰς τοιαύτας
διαθέσεις εἰς περιστάσεις ἐνέπιπτεν.

Verum enim vero rebus secundis lætisque successibus vigorem animi remittebat, et quædam quasi luxuria ac mollities Ægyptiaca in eo inerat: quam ob caussam sæpenumero in magnum discrimen est adductus.

SPICILEGIUM
RELIQUIARUM
EX CERTIS LIBRIS
HISTORIARUM POLYBII.

EX LIBRO VI.

AD Libri VI. caput 2. v. 1. referri potest id, quod habet GEORGIUS SYNCELLUS in Chronographia p. 195 sq. Ὀλυμπιὰς δέ ἐστι παρ' Ἕλλησι τετραετηρικὸς χρόνος· οὗ κατὰ συμπλήρωσιν, ἀρχομένου τοῦ ε'. ἔτους, ὁ Ὀλυμπιακὸς ἀγὼν ἤγετο. . . Τὸν δὲ ἀγῶνα τεθέλεκεν Ἴφιτος Ἡρακλείδης σὺν Λυκούργῳ συγγενεῖ. ἑκάτεροι δέ Ἡρακλεῖδαι. τότε δὲ ἀγὼν σταδίου ἦν μόνον, καὶ οὐδεὶς ἀνεγράφετο νικηφόρος, ἀμελούντων τῶν τηνικάδε. Ὀγδόῃ δὲ καὶ εἰκάδι Ὀλυμπιάδι Κόροιβος Ἠλεῖος ἀνεγράφη στάδιον νικήσας, καὶ ἡ κατ' αὐτὸν Ὀλυμπιὰς πρώτη ἐτάχθη, ἀφ' ἧς Ἕλληνες ἀριθμεῖν τι δοκοῦσιν ἀκριβῶς χρονικόν. Ταῦτα Ἀριστόδημος ἱστορεῖ, καὶ συνᾴδᾳ τούτῳ Πολύβιος. Id est: *Olympias apud Græcos tempus est quatuor annorum; quo completo, ineunte anno quinto, certamen Olympicum celebrabatur . . . Certamen autem instituit Iphitus Heraclides, cum Lycurgo cognato suo; ambo quippe Heraclidæ erant. Tum vero solum stadii certamen erat, et nullius victoris nomen mandatum est annalibus; negligentibus rem eis qui eo tempore fuerunt. Octava autem et vicesima Olympiade Corœbus Eliensis scriptus est, qui stadio vicit; et Olympias ea prima constituta est, a qua Græci putant in designandis temporibus aliquid certi se constituere posse. Hæc Aristodemus narrat, et consentit cum eo Polybius.*

Olympiadum ratio.

Eadem fere in Reliquiis Chronicorum EUSEBII lib. I. p. 39. exhibet Scaliger in Thesauro Temporum.

EX LIBRO VII.

Ad lib. VII. cap. 1. referendum Fragm. apud SUIDAM in Καπύη. Ἡ δὲ Καπύη, μεταθεμένη πρὸς Καρχηδονίους, τῷ

A. U. 589. Capua defecit a Rom.

βάρει συνεπεσπάσατο καὶ τὰς ἄλλας πόλεις[a]. *Capua autem, cum ad Carthaginienses defecisset, pondere suo alias etiam urbes secum traxit.*

EX LIBRO VIII.

A. U. 542. Tarentus et Thurii.

I. Ad cap. xxvi. libri VIII. Suidas in Προσπεσόντων. Πολύβιος· Προσπεσόντων δὲ τούτων εἰς Τάραντα καὶ τοὺς Θουρίους, ἠγανάκτει τὰ πλήθη[b]. *Nuncio hujus rei Tarentum et Thurios perlato, indignari cœpit multitudo.*

* * *

Syracusæ captæ.

II. Ad cap. xxxvii. Præter duo Fragmenta, quæ de *captis Syracusis* ibi adferuntur, ad idem argumentum pertinent etiam alia, partim ab eodem Suida, e quo duo illa ducta sunt, partim ab Herone in libello *de repellenda Obsidione* conservata, et tali fere modo secundum rerum gestarum seriem ordinanda[c].

*

1. Ἐξηριθμήσατο τοὺς δόμους· ἦν γὰρ [ὁ πύργος] ἐκ συνόμων λίθων ᾠκοδομημένος, ὥστε καὶ λίαν εὐσυλλόγιστον εἶναι τὴν ἀπὸ γῆς τῶν ἐπάλξεων ἀπόστασιν. Id est: *Numeravit ordines lapidum: erat enim ex similiter cæsis lapidibus* [turris] *ædificata, ita, ut distantia pinnarum a terra facili ratione colligi posset*[d].

[a] Quamquam Polybii nomen Fragmento isti non præfixit Suidas, recte tamen utique a Fulv. Ursino inter Fragmenta Polybii p. 268 sq. relatum videtur.

[b] Perspecte monuit Gronovius in Notis manuscriptis, referenda hæc ad nuncium supplicii, quod de fugitivis obsidibus Tarentinis sumtum est. Vide Livium XXV. 8. et 15.

[c] Historiæ series ex Livio petenda lib. XXV. cap. 28 seq.

[d] Fragmentum istud, a Suida in Συνόμων absque Auctoris nomine prolatum, quin Polybii sit et ex historia captarum Syracusarum decerptum, nemo paulo studiosior Polybii lector, si Livii locum modo laudatum contulerit, dubitabit. De *muri* quidem altitudine tantum loquitur Livius; de quo si intelligenda sint Polybii verba, pro ᾠκοδομημένος fuerit ᾠκοδομημένου (nempe τὸ τεῖχος) corrigendum. Sed masculinum genus ad nihil aliud, nisi ad ὁ πύργος, *turris*, videtur posse referri. Atque si Plutarchi narrationem conferamus, in Marcello p. 308. edit. Wechelianæ, intelligemus, et muri, turri adjacentis, et ipsius etiam turris altitudinem conjectura permensum esse illum hominem, Marcelloque persuasisse, et in murum, et ex muro deinde ad ipsius turris pinnas haud difficili negotio escendere Romanos scalis admotis posse. Quam parum intellexerint Fragmentum illud editores Suidæ, notaveram in Emendationibus et Observationibus in Suidam, ante hoc biennium editis; et quamquam necdum succurrerat tunc animo historia, ex qua illud decerptum esset, monueram tamen, δόμους h. l. non esse *domos*, sed δόμους λίθων, id est, *ordines, series atque strata lapidum*. Confer Polybium nostrum lib. X. cap. 22, 7. et Jac. Gronov. ad Herodot. I. 179. et Wesseling. ad Diodor. I. 64.

Syracusæ captæ.

2. Μαθὼν δὲ (ὁ Μάρκος) ἐξ αὐτομόλου, διασαφήσαντος, ὅτι ἑορτὴν ἄγουσιν (οἱ Συρακούσιοι) πάνδημον [πανδημεὶ Hero] ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας, καὶ τοῖς μὲν σιτίοις λιτοῖς χρῶνται διὰ τὴν σπάνιν, τῷ δὲ οἴνῳ δαψιλεῖ[e]· προσανανεωσάμενος τὴν τοῦ τείχους ταπεινότητα, ἐπεβάλετο καταπειράζειν τῆς ἐλπίδος. Id est: *Quum vero ex transfuga Marcellus cognovisset nunciante, festum publicum celebrare Syracusios in triduum, et cibis quidem parce uti propter penuriam, vino autem largius; recordatus humilitatis muri illius, constituit tentare spem.*

3. Ταχὺ δὲ καὶ κλιμάκων δύο συντεθεισῶν, ἐγένοντο κύριοι τῶν πύργων[f]. Εἰς γὰρ τοὺς πύργους ἠθροισμένοι διὰ τὴν θυσίαν, οἱ

[e] Priorem istam partem hujus Fragm. habet Suidas in Λιτοῖς, et diserte Suidam auctorem nominat; nos tria verba ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας inseruimus ex Herone de toleranda et repellenda obsidione, ubi eamdem historiam ex eodem Polybio eisdem verbis (tacito quidem, ut solet, nomine auctoris) exhibet ille scriptor Poliorceticus. In fine fragmenti, post δαψιλεῖ, adjicitur apud Suidam verbum πολιορκεῖ, scilicet ut uno verbo clauderetur periodus et integra fieret oratio, cum alia atque alia apud Polybium verba sequerentur, quæ brevitatis causa in unam vocem contraxit Lexicographus, sive Epitomator Polybii, ex quo illud Fragmentum transscripsit Suidas. Apud Heronem prorsus abrupta in voce δαψιλεῖ est oratio, et sequuntur continuo illa, Ταχὺ δὲ καὶ κλιμάκων &c. Mihi autem visum est, cum hoc Fragmento olim in continua Polybii historia proxime fere cohæsisse adeoque et nunc h. l. conjungendum illud, quod in Προσανανεωσάμενος atque etiam in Ἀνανεωσάμενος Suidas habet, utrimque quidem absque auctoris nomine, sed ita servans colorem styli Polybiani, ut jam Casaubonus inter Fragmenta Polybii illud referre non dubitaverit. Delatum fuerat ad Marcellum, (ut ex Livio discimus XXV. 23.) humiliorem opinione omnium esse murum, et vel mediocribus scalis superabilem. *Haud spernenda res visa*, ait Livius, *sed occasio quærebatur: quam obtulit transfuga, nuncians, diem festum Dianæ per triduum agi* &c. Igitur tunc, puto, nuncio isto accepto, Marcellus, recordatus ejus rei, quæ de muro isto ad ipsum fuerat relatum, tentandam spem sibi factam statuit. Perperam vero omnino verbum προσανανεωσάμενος apud Suidam hoc loco exponitur per ἀνακαινίσας, ἀνεγείρας, *qui renovavit, qui instauravit.* Rectius, et unice convenienter huic loco, in artic. Ἀνανεωσάμ. ubi idem fragm. exhibetur, adjicitur altera interpretatio, ἀναμνησθείς, εἰς ἔννοιαν ἐλθὼν, i. e. *qui recordatur, cui aliquid in mentem venit:* quo magis mirum est, etiam ibi retentam esse ab interpretibus Latinis alteram istam et alienam ab hoc loco significationem, qui verterunt: *renovata ea muri parte, quæ humilis erat.* Eo, quem exposuimus, sensu, Polybius verbum ἀνανεώσασθαι usurpat lib. V. cap. 36, 7. et XV. 25, 7.

[f] Apud Heronem hæc leguntur, et quæ sequuntur usque ἀποκτείναντες. Non autem τῶν πύργων, sed τοῦ πύργου, videtur fuisse scribendum. Primum enim omnium *unam præsertim turrim illam*, de qua supra dictum est, (conf. not. *d.*) *præ ceteris captam fuisse*, scripserat, puto, hoc loco Polybius. Sic et Plutarchus, qui haud dubie Polybium ob oculos habuit, ἔλαθεν, ait, οὐ μόνον τὸν πύργον κατασχών. De eis, quæ sequuntur in nostro hoc fragm. confer Livium initio cap. 24. ejusdem libri XXV.

Syracusæ captæ.

μὲν ἀκμὴν ἔπινον, οἱ δ' ἐκοιμῶντο πάλαι μεθυσκόμενοι. Διὸ καὶ ἔλαθον αὐτοὺς ἀποκτείναντες. Id est: *Mox vero etiam, colligatis inter se duabus scalis, ipsis turribus* [ni potius, *ipsa turri*] *potiti sunt. Nam in turribus congregati propter festum, alii adhuc potabant, alii jam dudum ebrii somno erant oppressi. Quare imprudentes eorum occiderunt.*

*

4. Οὐδενὸς ἐπεγνωκότος τῶν πολιτῶν τὸ συμβαῖνον, διὰ τὴν ἀπόστασιν, ἅτε μεγάλης οὔσης τῆς πόλεως[g]. Livius XXV. 24. *Magna pars ignara tanti mali erat, . . in vastæ magnitudinis urbe partium sensu non satis pertinente in omnia.*

*

5. Τοὺς δὲ Ῥωμαίους θαρρεῖν συνέβαινε, κρατοῦντας τοῦ περὶ τὰς Ἐπιπολὰς τόπου[h]. Id est: *Captis Epipolis, animus et audacia accessit Romanis.*

* * *

A. U. 542. Cn. Scipio in Hisp.

III. De *rebus a* Cn. Scipione *A. U.* 542. in Hispania *gestis*, quarum intercidit historia octavo Polybii libro olim comprehensa, unum Fragmentum reliquum inveni, conservatum a Suida in Κανδήλιος, laudato Polybii auctoris nomine. Σὺν γὰρ τοῖς ἐπιδεδεμένοις φορτίοις τὰ κανδήλια λαβόντας ἐκ τῶν ὄπισθεν, προδέσθαι πρὸ αὐτῶν ἐκέλευσε τοὺς πεζούς. οὗ γενομένου, συνέβη παρὰ πάντας χάρακας ἀσφαλέστατον γενέσθαι τὸ πρόβλημα[i]. Id est: *Citellas cum oneribus, quæ eis illigata erant, sumere pedites jussit ex postremo agmine, et ante se ponere. Quo facto, effectum est munimentum, quovis vallo firmius.*

EX LIBRO IX.

A. U. 542. Bomilcar Tarenti.

I. Libro IX. inter cap. ix. et x. inserendum fuerit Fragmentum, conservatum ab Herone nostro Poliorcetico

[g] Suidas in Ἀπόστασις, laudato auctore Polybio.

[h] Suidas in Ἐπιπολὰς, tacito auctoris nomine. Sed Polybio deberi hoc fragmentum, jam viderat Valesius; qui tamen, nescio quo consilio sive casu, χωρίον edidit pro τόπου, quod habent omnes Suidæ editiones.

[i] Totidem verbis idem Fragmentum exhibet Scholiastes Aristoph. ad Vesp. v. 170. nisi quod in fine ad nomen πρόβλημα omittit articulum, qui percommode abesse potest. Initio fragmenti Σὺν γὰρ scripsi pro Ἐν γὰρ, quod et apud Suidam et apud Scholiasten vulgo legitur. Cum apud utrumque ante ista verba præpositum nomen Πολύβιος legatur, finalis litera hujus vocabuli absorpsit puto initialem sequentis. Ceterum Suidasne ex Scholiaste, an hic ex illo hæc exscripserit, equidem non definiverim. Conf. Kusteri Præfationem ad Suidam pag. tertia. De re, quæ hoc fragmento nostro agitur, Livium consule lib. XXV. cap. 36.

p. 321. Τῶν Ῥωμαίων πολιορκούντων Τάραντα, Βουμίλκας ὁ τῶν Καρχηδονίων ναύαρχος εἰς τὸ συμμαχήσειν μετὰ δυνάμεως πλείστης, καὶ μὴ δὲ δυνηθεὶς ἐπικουρῆσαι τοῖς ἔνδον διὰ τὸ τοὺς Ῥωμαίους ἀσφαλῶς θέσθαι τὰ περὶ τὴν στρατοπεδείαν, ἔλαθεν ἀναλώσας τὴν χρείαν. καὶ, μετὰ παρακλήσεως πρότερον ἀφικέσθαι ἐκβιασθεὶς καὶ ὑποσχέσεων μεγάλων, ὕστερον μετ' ἱκετηρίας τῶν ἔνδον ἀποπλεῦσαι ἠναγκάσθη[k]. Id est: *Dum Tarentum Romani obsident, Bomilcar, classis præfectus Pœnorum, cum maxima militum manu auxiliatum Tarentinis profectus, quum nil juvare oppidanos posset propter Romanorum in communiendis tuendisque castris diligentiam, sensim sensimque annonam omnem consumsit. Itaque, qui antea et cohortationibus et magnis promissis expugnatus fuerat, ut Tarentum veniret, idem deinde supplicibus oppidanorum precibus, ut cum classe decederet, coactus est.* Bomilcar Tarenti.

* * *

II. Ad cap. xxvii. libri IX. ubi de *Agrigento* urbe agitur, referendum id, quod habet Stephanus Byzantinus in Ἀκράγαντες. Πολύβιός φησι, τὸν ποταμὸν καὶ τὴν πόλιν ἀπὸ τῆς χώρας ὠνομᾶσθαι Ἀκράγης, διὰ τὸ εὔγειον[l]. Id est: *Polybius* Origo nominis Agrigenti.

[k] De re tota, quæ hic agitur, conferendus Livius XXVI. 20. Ceterum in Græcis non solum librariorum ope corrupta passim oratio est, sed etiam ipse Hero, cum memoriter ista ex Polybio exscriberet, duas res, tempore disjunctas, composuisse inter se videtur. Quo tempore hæc gesta sunt, nondum Tarentum oppugnabant Romani, nec ad urbem castra communita habebant; quod deinde A. U. 545. a Fabio factum est, (vid. Polyb. X. 1. Liv. XXVII. 15.) qui loco opportunissimo in ipsis faucibus portus castra posuit: et tunc quidem liberum erat mare, ut ait Livius, classe Punica Corcyram transmissa. Nunc vero præsidium Romanum, in arce inclusum, obsidione potius tenebatur a Tarentinis, quam Tarentinos oppugnabat. Et ad arcendos commeatus præsidii Romani accita ex Sicilia classis Punica erat: cui classi præfectum per ea tempora fuisse *Bomilcarem*, ex Livii lib. XXIII. 41. XXIV. 36. XXV. 27. discimus. Quare, licet in hac historia lib. XXVI. 20. præfecti classis nomen non diserte expromserit Livius, tamen haud dubie corruptum nomen Βερμίλκας, quod apud Heronem h. l. vulgo legitur, in Βουμίλκας vel Βομίλκας fuit mutandum. Deinde ad εἰς τὸ συμμαχήσειν intercidit participium ἀφικόμενος, πορευθείς, μεταπεμφθείς aut aliud simile; nisi, faciliori etiam medicina, vocabulum πλείστης, quod sequitur, in πλείσας mutandum et ex hoc corruptum statuamus. Mox pro μὴ δὲ vel μηδὲ forsan μηδὲν scribendum. Tum, ubi est ἀναλώσας τὴν χρείαν, ferri quidem fortasse hoc poterit, sed tamen χορηγίαν potius scripserit Polybius. Sic idem Hero, eadem pag. 321. locum Polybii citans, qui est lib. I. cap. 18. 9. pro τὴν τῶν ἀναγκαίων χορηγίαν, quod est apud Polybium, τὰς ἀναγκαίας χρείας scripsit. Denique, paulo inferius, ἀφικνεῖσθαι correxi, cum ἐφικνεῖσθαι perperam esset scriptum.

[l] Pro Ἀκράγης, distinctis vocibus puto scribi debuerat Ἄκρα γῆς. Sententia ceterum satis plana; quamquam ab ea paulipser aberrasse videtur interpres Berkelius, qui sic habet: *Polybius perhibet, fluvium et urbem a regione Acrage, propter terræ fertilitatem, nomen obtinuisse.* Nullam

ait, et fluvium et urbem a regione nomen obtinuisse Ἄκρα Γῆς, (id est, *Præstantissima terræ*) *propter soli fertilitatem.*

* * *

Xynia. III. Ξυνία, Θετταλίας πόλις. Πολύβιος ἐννάτῳ[m]. Id est: *Xynia, urbs Thessaliæ. Polybius libro nono.* Stephanus Byzant.

EX LIBRO X.

A. U. 546. Marcelli mors. I. Fortasse lib. X. cap. xxxii. post v. 7. inserendum fuerit Fragmentum, ex historia infelicis obitus Marcelli desumtum, quod Suidas in Ἵμερος habet, tacito quidem auctoris nomine. Ἵμερος αὐτὸν εἰσῆλθε διάπυρος ἰδεῖν Μάρκελλον νεκρόν. Id est: *Desiderium eum* [*Hannibalem* puta] *ardens incessit videndi Marcellum mortuum*[n].

* * *

Cataractæ portarum. II. Post cap. xxxiii. ponendum illud, quod Suidas profert in Ἡμμένοι, si modo Polybianum est, ut existimavit Valesius, qui non cunctanter in Polybii Fragmentis numeravit. Οἱ δὲ [τοὺς] καταῤῥάκτας, οὓς εἶχον ὀλίγον ἐξωτέρω διὰ μηχανημάτων ἠμμένους, αἰφνίδιον καθῆκαν καὶ ἐπεβάλοντο. καὶ τούτους κατασχόντες, πρὸ τοῦ τείχους ἀνεσκολόπισαν[o]. Id est: *Illi vero cataractas, quas paullo exterius ope machinarum suspensas habebant, repente* (*in hostes*) *dejecerunt; eosque, comprehensos, pro mœnibus in crucem sustulerunt.*

Polybius regionem narrat, *Agragen* dictam: urbem et fluvium Agrigentum a circumjacentis soli fertilitate, ait, nomen obtinuisse Ἄκρα γῆς, (id est, τὰ ἄκρα τῆς γῆς,) quod Dorica dialecto Ἄκρα γᾶς, et una voce Ἀκράγας, effertur.

[m] In Fragmentis Polybii ex libro IX. diligentiam hoc fefellerat Ursini et Casaubóni: primus illud ex Stephano depromsit Gronovius. Sed operarum errore Ξυνία editum erat pro Κυνία, quem errorem repetiit editio Ernestina. Itaque quum Ξυνία nusquam apud Stephanum reperirem, neque vero de Κυνία cogitarem tunc, quum Reliquias libri noni prelo subjicerem, prætermittendum ibi hoc Fragmentum duxeram. Livio plurali numero, Χύνιαι, effertur hujus oppidi nomen, XXXII. 13. XXXIII. 3. XXIX. 26.

[n] Appianus Annib. cap. 50. Καὶ αὐτοῦ (τοῦ Μαρκέλλου) τῷ σώματι ὁ Ἀννίβας ἐντυχὼν, ὡς εἶδε τὰ τραύματα πάντα ἐπὶ τῶν στέρνων, ἐπήνεσε μὲν ὡς στρατιώτην, ἐπέσυρέ τε ὡς στρατηγόν. *Cadaveri Marcelli adstans Hannibal, postquam adversa omnia vulnera vidit, ut militem laudavit, sed ut imperatorem cavillatus est.* Plutarch. in Marcello sub finem: Μάρκελλον δὲ στρατοπέδου στυθέντος (ὁ Ἀννίβας,) αὐτὸν ἐξιδεσθαι ἐπὶ τὸν τόπον, κ. τ. λ. *Morte nunciata Marcelli, ipse* (*Hannibal*) *propere ad locum, quo occiderat, adcurrit; et adstans cadaveri* &c. Livius rem prætermisit, lib. XXVII. cap. 27 sq.

[o] Rem ad Salapiam, Apuliæ urbem, gestam, qua sua fraude captus est Hannibal, narrat Livius XXVII. 28. et Appianus in Hannib. cap. 51. Καταῤῥάκτας correxit Küsterus: ante

EX LIBRO XI.

Ad res Philippi, de quibus agitur cap. iv. hujus libri, pertinet illud Fragm. apud Suidam in Κατοιμώξας, quod Polybio auctori nominatim tribuitur. Καὶ πολλὰ μὲν αὐτὸν κατοιμώξας (intell. ὁ Φίλιππος) ὅτι παρὰ μικρὸν ἔλθοι τοῦ λαβεῖν Ἄτταλον ὑποχείριον. Id est: *Philippus multum lamentatus est sortem suam, quod prope admodum abfuisset, ut Attalum in potestatem suam redigeret.* Conf. Livium XXVIII. 7. A. U. 547. Philippus et Attalus.

EX LIBRO XIII.

Ad cap. x. libri XIII. referendum videtur id, quod est apud Stephanum Byzant. in Ταμάσεος. Ἔστι καὶ Ταμέσῃ, πόλις Ἰταλίας, καὶ ποταμός. Πολύβιος δ' ἐν τῷ πρώτῳ[p] Τεμεσίαν τὴν πόλιν καλεῖ[q]. Τὸ ταύτης ἐθνικὸν, Τεμεσαῖος. Id est: *Est etiam Tamese, urbs Italiæ, et fluvius. Polybius autem libro primo* [imo in quovis potius alio, qui quintum sequitur; nam in quinque primis libris, qui integri supersunt, nulla hujus urbis mentio occurrit:] *Temesiam urbem vocat. Hujus gentile Temesæus.* Temesia opp.

EX LIBRO XIV.

Ad finem cap. x. libri XIV, ubi monente Gronovio in Notis manuscriptis ad illum locum, post verbum κἄπειτα A. U. 551. Scipio major ad Carthag.

eum omnes καταῤῥάκται. Quid deinde sit ὀλίγον ἐξωτέρω, non satis mihi liquet. Verba ista Küsterus in vers. Lat. non expressit. Æmilius Portus: *quas habebant paulo prominentiores.* Videtur hoc dicere auctor: cataractam illam *paulo extra portam* fuisse.

p Mendosum esse illum numerum, adparet. Quo pacto corrigendus sit, probabili quadam ratione indagari potest, certo definiri nequit.

q Pro Τεμεσίαν Cluverus sua auctoritate, nescio quo fundamento nisus, Τεμέσαν legit, in Ital. Antiq. p. 1286. Illud quidem ipse Stephanus Byzant. in Τεμέσῃ docet, idem oppidum Τεμέσην etiam fuisse nominatum. Romanis *Temesa, Tempsa, Temsa* audit; in Bruttiis. Tempsam et Crotonem civium Romanorum coloniam deductam esse, Livius docet XXXIV. 45. in rebus anni Urbis 560. quas res Polybius libro XIX exposuit. Ibidem vero addit Livius, Tempsanum agrum de Bruttiis captum ante id tempus fuisse. At in superiorum temporum historia nullam quidem nominatim Tempsæ mentionem, a Romanis captæ, factam apud Livium reperimus; sed libro XXIX. 38. in rebus anni urbis conditæ 550 ait: *In Bruttiis Clampetia a consule* (P. Sempronio) *vi capta, Consentia et Pandosia, et ignobiles aliæ civitates, voluntate in ditionem venerunt.* Fuerit igitur Tempsa ibi in ignobiliorum istarum civitatum numero comprehensa. Polybius autem, quem novimus uberrime omnia exposuisse, libro XIII, quo res tractavit, anno 550 gestas, non modo Lampetiam, sed etiam aliud ignobile Bruttiorum oppidum Badizam nominavit, (XIII. 10, 1 sq.) Livio non memoratum. Unde probabili quadam ratione colligere licet, ibidem etiam *Temesæ* a Romanis captæ ab eodem Polybio mentionem fuisse factam.

adjecimus Fragmentum, conservatum a Suida in Κερκύρα, continuo adjungi debebant alia nonnulla verba, quæ protulit idem Suidas in Ὑπηρετικοῖς[r]. Scilicet: βραχὺ διάστημα ποιῶν, ὥστε ὑπηρετικοῖς ἐκπλεῖν δύνασθαι καὶ διαπλεῖν. Id est, interprete Livio XXX. 10. (*Sub ipsis pontibus*) *intervalla fecit, quo procurrere speculatoriæ naves in hostem, ac tuto recipi possent.* Ὑπηρετικὰ (intellige πλοῖα) *speculatorias naves* Livius exposuit. Sunt autem proprie quælibet minora navigia, quæ majoribus præsto sunt, sive speculandi gratia, sive cujusvis ministerii faciendi, ac fortasse etiam, prouti res ferret, committendæ pugnæ caussa. Confer Reiskii Indicem Græcitatis Demosthenææ, voc. ὑπηρετικός. Hoc loco potuerunt esse minores naves, ad pugnam instructæ; quare τριήρεις eas vocat Appianus in Punic. cap. 25. quo nomine generatim quælibet naves, ad pugnam instructæ, sive majores, sive minores, solent designari.

EX LIBRO XVIII.

A. U. 557. Attalus in conventu Bœotorum.

Ad cap. xxiv. libri XVIII, *de morte Attali*, pertinent verba illa, quæ, laudato Polybii nomine, profert Suidas in Περιβαλλόμενος. Ὁ δὲ Ἄτταλος, περιβαλλόμενος πλείω λόγον, ὑπεμίμνησκεν αὐτοὺς τῆς ἀνέκαθεν τῶν προγόνων ἀρετῆς[s]. Id est: *Attalus prolixiorem orationem complexus, priscam majorum virtutem in memoriam eis revocavit.* Livius XXXIII. 2. "In concilio (Bœotorum) Attalus primus verba fecit. "Orsus a majorum suorum suisque . . meritis, segnior "jam et infirmior, quam ut contentionem dicendi sustine- "ret, obmutuit et concidit" &c. Conf. ibid. cap. 21.

EX LIBRO XIX.

A. U. 560.

Ad librum XIX. pertinet id, quod *de Civibus Romanis, qui, cum serviissent apud Græcos, liberati sunt, hortante Flaminino*, ex Polybio profert Livius lib. XXXIV. cap. 50. *Ingens*, ait, *numerus erat bello Punico captorum, quos Hannibal, quum a suis non redimerentur, venumdederat. Multitudinis eorum argumentum sit, quod Polybius scribit,*

[r] Mendose vulgo apud Suidam ὑπηρετικαῖς scriptum legitur. Quamvis autem Fragmentum hoc non habeat Polybii nomen præfixum, quicumque tamen et initium ejus consideraverit, (incipit autem ab his verbis: Ἐξιοῦσι τὰς νῆας, βραχὺ διάστημα &c.) et totum Fragmentum cum eo, quod in Κερκύρα diserte Polybio tribuit Suidas, contulerit, non dubitabit, quin et hoc ex eodem Scriptore et ex hoc ipso Polybii loco, ad quem retulimus, sit decerptum.

[s] τῆς . . ἀρετῆς correxit Küsterus, cum veteres editt. τὴν . . ἀρετὴν dedissent.

centum talentis eam rem Achæis stetisse; quum quingenos denarios pretium in capita, quod redderetur dominis, statuissent.

EX LIBRO XX.

Post cap. viii. libri XX. *De Antiocho, victo ad Thermopylas* a Manio Acilio Consule. Livius XXXVI. 19. *Nec præter quingentos, qui circa regem fuerunt, ex toto exercitu quisquam effugit; etiam ex decem millibus militum, quos, Polybio auctore, trajecisse secum regem in Græciam scripsimus, exiguus numerus.* A. U. 563.

EX LIBRO XXI.

Post cap. iv. hujus libri inserendum Fragmentum, quod habet Suidas in Προστηθίδιον, quod, quamquam Polybii nomen non habet præfixum, tribuendum tamen esse huic scriptori perspecte jam suspicatus erat Valesius in Notis ad aliud Fragm. quod exhibuimus lib. XXII. cap. 20. Est autem hoc, quod nunc dicimus, tale: Ἐξελθόντες μὲν Γάλλοι δύο μετὰ τύπων καὶ προστηθιδίων, ἐδέοντο μηδὲν ἀνήκεστον βουλεύσασθαι περὶ τῆς πόλεως. Id est: *Duo Galli, cum figuris et imaginibus, pectori adfixis, egressi, rogabant eum, ne quid gravius de civitate statueret.* Evolve Livii librum XXXVII. cap. 9. et videbis, factum hoc esse ad Sestum urbem, quam oppugnaturus cum exercitu adiit Livius, classis præfectus Romanorum. A. U. 564. Galli sacerdotes.

EX LIBRO XXII.

Ad cap. xxvii. hujus libri pertinet hoc Fragmentum: Μάλλιος, ὁ ἀνθύπατος, τριακόσια τάλαντα πραξάμενος παρὰ Ἀριαράθου, φίλον αὐτὸν ἐποιήσατο Ῥωμαίων. Id est: *Manlius Proconsul, trecentis talentis ab Ariarathe acceptis, Romanorum amicum eum fecit.* Ejusdem libri capite 24. dixerat Polybius, *sexcenta talenta* a Cn. Manlio imperata esse Ariarathi, ut pacem obtineret: cui nunc hoc repugnare videtur, quod de *trecentis talentis* dicit fragmentum nostrum. Rem expedit Livius, XXXVIII. 39. scribens: "Ariarathes rex, "*parte dimidia pecuniæ imperatæ*, Eumenis beneficio, cui "desponderat per eos dies filiam, *remissa*, in amicitiam "est acceptus." Quæ loca si inter se conferamus, intelligemus, recte utique fecisse Drakenborchium, quod apud eumdem Livium XXXVIII. 37. cum vulgo legeretur, *ducenta* talenta argenti imperata primum fuisse Ariarathi, A. U. 566. Ariarathes.

Ariarathes. ex codice Moguntino *sexcenta* restituit: et ipsum Fragmentum illud, in quo versamur, quod, tacito Polybii nomine, Suidas in Περαξάμενος protulit, ex hoc scriptore derivatum esse, haud vana conjectura colligemus[t].

EX LIBRO XXIV.

A. U. 571. Lustratio apud Macedones. I. Si vera est, ut est probabilis, Henr. Valesii conjectura, ad Polybium auctorem referentis Fragmentum, quod de *Lustratione exercitus Macedonici* Suidas in Ἐναγίζων absque auctoris nomine profert, fuerit illud ad hunc librum XXIV referendum, et capiti viii subjungendum. Est autem tale: Ἐναγίζουσιν οὖν τῷ Ξανθῷ [sive Ξανθικῷ, ut monuit Vales.] Μακεδόνες, καὶ καθαρμὸν ποιοῦσι σὺν ἵπποις ὡπλισμένοις[u]. Id est, interprete eodem Valesio: *Macedones mense Xanthico parentalia celebrant, lustrantque exercitum cum equis armatis.*

* * *

Mors Philopœmenis. II. Ad caput ix. libri XXIV. De *Morte Philopœmenis* quæ habet Plutarchus in Philopœm. p. 367. ea ex Polybio prolata esse contendit Ursinus ad Livii librum XXXIX. cap. 50. segm. 5. edit. Drakenb. et præsertim verba ista inter Fragmenta Polybii p. 285. retulit: Οὐ μὴν, ἀλλὰ κομίσαντες αὐτὸν εἰς τὸν καλούμενον θησαυρὸν, οἴκημα κατάγειον, οὔτε πνεῦμα λαμβάνον οὔτε φῶς ἔξωθεν, οὔτε θύρας ἔχον, ἀλλὰ μεγάλῳ λίθῳ περιαγομένῳ κατακλειόμενον, ἐνταῦθα κατέθεντο. Id est:

[t] Mirum tamen videri potest, unde hoc Fragmentum proxime duxerit Suidas. Nam in Eclogis quidem de Legationibus, e quibus hæc talia transscribere consuevit Lexicographus, non comparet. Et videtur utique ex alio Scriptore, qui ex Polybio quidem sua hausit, sed mutatis paulisper verbis et in brevius contractis, directe et proxime ductum hoc Fragmentum. Nam et, quæ brevibus verbis hic conclusa sunt, ea haud dubie (ut ex Livio patet) Polybius pro sua ubertate enucleatius exposuerat; et *Cnæus* ille *Manlius Vulso*, de quo hic agitur, apud Polybium non Μάλλιος ὁ ἀνθύπατος, sed Γναῖος ὁ στρατηγὸς τῶν Ῥωμαίων nominatur, lib. XXII. 24 et 27. Apud Diodorum Siculum, qui in illa parte Historiarum, verbis passim mutatis, res ex Polybio hausit, Γναῖος Μάλλιος ὁ ἀνθύπατος vocatur, Ecloga XI. de Legationibus; sed et ibi Fragmentum hoc frustra quæsiveris. Ceterum Livius XXXVIII. 37. diserte scribit *Cn. Manlium, consulem primum, deinde pro consule* fuisse, quum istas res in Asia gereret.

[u] Valesius ad h. l. "Hoc fragmentum, ait, pertinet ad lustrationem illam exercitus Macedonici, quæ Demetrio, Persei fratri, caussam necis præbuit. De ea Livius libro XL. [cap. 6.] his verbis: *Forte lustrandi exercitus venit tempus, cujus solenne est tale.* Et paullo post: *Mos erat, lustrationis sacro peracto exercitum decurrere.* Id solenne Ξανθικὰ dicebatur, eo quòd ageretur mense Xanthico seu Aprili. Hesychius: Ξανθικά· ἑορτὴ Μακεδόνων, Ξανθικὸς μὴν ἀγομένη. Ἐστι δὲ καθάρσιον τῶν στρατευμάτων." Ex quo patet, hic legendum esse τῷ Ξανθικῷ, non τῷ Ξανθῷ."

Tandem deportaverunt eum in cameram subterraneam, quam Thesaurum vocant, aëris lucisque externæ expertem, nec fores habentem, sed ingenti saxo, quod circumagitur, clausam. Illuc eum demittunt[x].—Poterat eodem jure sequentia adjicere Ursinus: καὶ τὸν λίθον ἐπιῤῥάξαντες, ἄνδρας ἐνόπλους κύκλῳ περιέστησαν. id est: *et, obvoluto saxo, locum viris armatis circumquaque cinxerunt.*

Prætermissis istis Plutarchi verbis, Casaubonus eumque sequentes alii Polybii editores, inter Polybiana Fragmenta hæc Plutarchi verba (in Philopœm. p. 368.) retulerunt: Φιλοποίμην, δεξάμενος τὸ φάρμακον, ἠρώτησεν, εἴ τι περὶ τῶν ἱππέων, καὶ μάλιστα Λυκόρτα, πεπυσμένος ἐστίν. Id est: *Accepto poculo, rogavit hominem, ecquid de equitibus, præcipue de Lycorta accepisset*[y].

*

3. Ad initium capitis xii libri XXIV pertinet Fragmentum *de Lycorta, Philopœmenis cædem ulciscente*, quod ex eodem Plutarcho (Philop. p. 368.) vulgo cum Casaubono inter Polybii Fragmenta solent referre. Οἱ δ' ἐν ἡλικίᾳ, μετὰ τῶν προβούλων συνελθόντες εἰς Μεγάλην πόλιν, οὐδ' ἡντινοῦν ἀναβολὴν ἐποιήσαντο τῆς τιμωρίας· ἀλλ', ἑλόμενοι στρατηγὸν Λυκόρταν, εἰς τὴν Μεσσηνίαν ἐνέβαλον. Id est: *Juventus cum primoribus senatus conveniens Megalopolim, nulla vindictæ admissa mora, atque electo Lycorta prætore, fines Messeniorum invadunt*[z]. Lycortas.

EX LIBRO XXX.

Qui Fragmenta Polybiana, quæ collegimus cap. xv. libri XXX, cum Livii lib. XLV. cap. 28. contulerit, facile sibi persuadebit, eodem pertinere illud, quod, prætermisso quidem auctoris nomine, apud Suidam in Εὐκαιρία legimus. Ὁ δὲ θαυμάσας τὴν τῆς πόλεως θέσιν, καὶ τὴν τῆς ἀκροπόλεως A. U. 587. Æmil. Paulus Corinthum visitat.

[x] Confer Livium loco citato.

[y] Poterant et hi eadem ratione adjicere, quæ sequuntur apud eumdem Plutarchum: Εἰπόντος δὲ τἀνθρώπου, διαπεφευγέναι τοὺς πολλοὺς, ἐπένευσε τῇ κεφαλῇ, καὶ διαβλέψας πρᾴως πρὸς τὸν ἄνθρωπον. Εὖ λέγεις, εἶπεν, εἰ μὴ πάντα κακῶς πεπράχαμεν. Ἄλλο δὲ μηδὲν εἰπὼν, μηδὲ φθεγξάμενος, ἐξέπιεν· καὶ πάλιν αὐτὸν ἀπέκλινεν, οὐ πολλὰ πράγματα τῷ φαρμάκῳ παρασχὼν, ἀλλ' ἀποσβεσθεὶς ταχὺ διὰ τὴν ἀσθένειαν. Id est: *Quo respondente, maximam partem salvam esse, adnuit capite, placideque intuitus eum, Bene habet, inquit, quod non undequaque fuimus infelices. Nullo alio verbo vel voce emissa, ebibit poculum, atque iterum reclinavit se: nec multum negotii præbuit veneno, sed confestim est ob imbecillitatem exstinctus.*

[z] Adjicere his præterea solent illa verba: Τὸ δὲ σῶμα καύσαντες &c. quæ supra retulimus inter Testimonia de Adolescentia Polybii, n. 2.

εὐκαιρίαν πρός τε τοὺς ἐντὸς ἰσθμοῦ καὶ τοὺς ἐκτὸς ἐπολαμβανομένους τόπους[a]. Id est: *Ille vero* (Æmilius Paullus, puta, confecto bello Persico) *admiratus urbis illius* (Corinthi) *situm, et arcis opportunitatem, tam ad loca, quæ intra Isthmum, quam ad ea, quæ extra sita sunt.*

EX LIBRO XXXIII.

A. U. 599. Philosophi, legati Atheniensium.

Ad Cap. I. hujus Libri pertinet historia *Legationis trium Philosophorum, Romam ab Atheniensibus missorum;* de qua verba faciens Aulus Gellius Noct. Attic. lib. VII. cap. 14. diserte Polybium testem laudat, his verbis: *Animadversa tripartita varietas est in tribus Philosophis, quos Athenienses Romam ad senatum populumque Romanum legaverant, impetratum, uti multam remitterent, quam fecerant iis propter Oropi vastationem. Ea multa fuerat talentûm fere quingentûm. Erant isti philosophi, Carneades ex Academia, Diogenes Stoicus, Critolaus Peripateticus. Et, in senatum quidem introducti, interprete usi sunt C. Acilio senatore. Sed ante ipsi seorsum quoque quisque ostentandi gratia magno conventu hominum dissertaverunt. Tum admirationi fuisse, aiunt Rutilius et Polybius, philosophorum trium sui cujusque generis facundiam. Violenta, inquiunt, et rapida Carneades dicebat; scita et teretia Critolaus; modesta Diogenes et sobria*[b].

EX LIBRO XXXIV.

Spicilegium Geographicorum Polybii.

Europæ latitudo.

I. Plinius Hist. Nat. lib. IV. cap. XXIII. segm. 37. *Polybius latitudinem Europæ, ab Italia ad occanum*[c], *scripsit undecies centena et quinquaginta millia esse. . . . Per Lugdunum ad Portum Morinorum Britannicum videtur mensuram agere Polybius.*

* * *

[a] Hoc ἀναγκαιότατον cum Ursino omnes Polybii editores inter Fragmenta Polybiana retulerunt. Nec tamen, ad quam partem Historiarum referendum sit, monuerunt.

[b] Mirum utique est, celebrem hanc Legationem silentio præteritam esse ab eo, qui Legationum Eclogas ex Polybio compilavit. Ad Consules P. Scipionem et M. Marcellum, adeoque ad A. U. 599. referendam istam Legationem esse, Tullius docet Acad. Quæst. II. (vel IV.) cap. 45. prætore urbano A. Postumio Albino. Ejusdem Albini sive A. Postumii prætoris urbani meminit Polybius in Ecloga CXXIX de Legationibus, quam nos lib. XXXIII. cap. 1. exhibemus, quo et hanc Historiam referendam esse diximus.

[c] Id est, ab extrema Italia, usque fere Caletum.

II. Plin. VI. xxxiii. 38. *Polybius a Gaditano freto longitudinem, directo cursu, ad os Mæotis, tricies et quater centena* XXXVII. *mill.* D *passus prodidit. Ab eodem initio ad orientem recto cursu Siciliam duodecies centena* LX *mill.* D *passus; Cretam* CCCLXXV *m. passuum; Rhodum* CLXXXIII *mill.* D *passus; Chelidonias tantundem; Cyprum* CCCXXII *millia passuum: inde Syriæ Seleuciam Pieriam* CXV *millia quingentos passus. Quæ computatio efficit vicies quater centena* XL *m. passuum.* Longitudo maris mediterr.

* * *

III. Plin. IV. xxii. 36. *In ipso capite Bæticæ ab ostio freti passuum* XXV *mill. Gadis; longa (ut Polybius scribit)* XII *millia, lata* III *millia passuum; abest a continente proxima parte minus pedes* DCC, *reliqua plus septem millia passuum.* Gades.

* * *

IV. Plin. III. v. 10. *Ultra Siciliam ad Salentinos Ausonium mare Polybius appellat.* Ausonium mare.

* * *

V. Plin. IV. xii. 24. *Inter duos Bosporos, Thracium et Cimmerium, directo cursu, ut auctor est Polybius,* D. *mill. pass. intersunt.* Pontus Euxinus.

* * *

VI. Plin. V. vi. 6. *Polybius et Eratosthenes, diligentissimi existimati, ab oceano ad Carthaginem magnam undecies centena mill. passuum: ab ea (ad) Canopium Nili proximum ostium quindecies centena et viginti octo millia passuum fecerunt.* Africæ longitudo.

* * *

VII. Plin. V. i. 1. *Scipione Æmiliano res in Africa gerente, Polybius, annalium conditor, ab eo accepta classe, scrutandi illius orbis gratia circumvectus, prodidit, a monte eo* (Atlante) *ad occasum versus, saltus plenos feris, quas generat Africa: ad flumen Anatin* CCCCLXXXV. *mill. passuum: ab eo Lixum* CCV. *mill. passuum; a Gaditano freto* CXII. *m. pass. abesse. Inde sinum, qui vocetur Saguti: oppidum in promontorio, Mulelacha: flumina, Subur et Salam: portum Rutubis, a Lixo* CCXIII. *m. passuum. Inde promontorium Solis: Gætulos Autololes: flumen Cosenum: gentes, Scelatitos, et Masatos: flumen Masatat: flumen Darat, in quo* Atlas mons.

crocodilos gigni. Deinde sinum DCXVI. *m. pass. includi montis Barce promontorio, excurrente in occasum, quod appellat Surrentium. Postea flumen Palsum; ultra quod Æthiopas Perorsos; quorum a tergo Pharusios. Iis jungi mediterraneos Gætulos Daras. At in ora Æthiopas Daratitas; flumen Bambotum, crocodilis et hippopotamis refertum. Ab eo montes perpetuos, usque ad eum, quem Theôn ochema dicemus. Inde ad promontorium Hesperium navigatione dierum ac noctium decem, in medio eo spatio Atlantem locavit, a ceteris omnibus in extremis Mauritaniæ proditum.*

* * *

Syrtis minor. VIII. Plin. V. iv. 4. *Ad proximam* (*duarum Syrtium,*) *quæ Minor est, a Carthagine* CCC. *m. passuum* Polybius tradit: *ipsam centum m. passuum aditu*[d], CCC. *m. ambitu.*

* * *

Cerne ins. IX. Plinius VI. xxxi. 36. *Polybius in extrema Mauritania, contra montem Atlantem, a terra stadia octo abesse prodidit Cernen.*

* * *

Elephantum dentes. X. Plin. VIII. x. 10. *Magnitudo dentium* (de Elephantis loquitur) *videtur quidem in templis præcipua. Sed tamen in extremis Africæ, qua confinis Æthiopiæ est, postium vicem in domiciliis præbere, sepesque in iis et pecorum stabulis, pro palis, elephantorum dentibus fieri, Polybius tradidit, auctore Gulussa regulo.*

* * *

Leones. XI. Plin. VIII. xvi. 18. *Polybius, Æmiliani comes, in senecta hominem appeti a leonibus refert, quoniam ad persequendas feras vires non superant. Tunc obsidere Africæ urbes: eaque de caussa crucifixos vidisse se cum Scipione, quia ceteri metu pœna similis absterrerentur ab eadem noxa.*

* * *

Penicilli. XII. Plin. XXXI. x. 47. (extremo libro.) *Polybius auctor est, penicillos*[e]*, super ægrum suspensos, quietiores facere noctes.*

[d] *Aditu*, id est, ex Harduini interpretatione, faucibus, qua mare in sinum influit.

[e] "Mollissimum genus spongiarum, *penicilli*." Plinius ibid. paullo ante.

EX LIBRO XXXIX.

Ad historiam *oppugnationis et excidii Carthaginis*, quam in hunc Librum conjiciendam putavimus, præter Reliquias hujus partis Historiarum Polybii, quas suo loco collectas jam dedimus, quatuor etiamnum Fragmenta pertinere utique videntur, a variis auctoribus conservata. A. U. 507.

I. Ammianus Marcellin. lib. XXIV. cap. 2. *Imperator* (Julianus oppugnans Pirisaboram, Babyloniæ urbem,) *cuneatim stipatus, densatisque clypeis ab ictu sagittarum defensus, prope portam venit hostilem, crasso ferro crustatam. Et licet saxis et glande ceterisque telis cum periculo salutis premeretur, fodicare tamen paratos valvarum latera, ut aditum patefacerent, vocibus increpans crebris, non ante discessit, quam telorum congerie, quæ superjaciebantur, se jam cerneret obruendum. Evasit cum omnibus tamen, paucis levius vulneratis, ipse innoxius, verecundo rubore suffusus. Legerat enim, Æmilianum Scipionem, cum Historiarum conditore Polybio Arcade, et triginta militibus, portam Carthaginis impetu simili subfodisse. Sed fides recepta scriptorum veterum recens factum defendit. Æmilianus enim testudine lapidea tectam successerat portam; sub qua tutus et latens, dum moles saxeas detegunt hostes, urbem nudatam irrupit*[f]. *Julianus vero locum patentem aggressus, obumbrata cœli facie fragmentis montium et missilibus, ægre repulsus abscessit.* Scipio portam Carthag. subfodit.

* * *

II. Plutarchus in Apophthegmatibus Regum atque imperatorum, p. 200. edit. Wechel. Ἐπεὶ δὲ παρῆλθών (ὁ Σκιπίων) εἰς τὸ τεῖχος, τῶν Καρχηδονίων ἐκ τῆς ἄκρας ἀμυνομένων, *[g] τὴν διὰ μέσου θάλασσαν οὐ πάνυ βαθεῖαν οὖσαν, τοῦ Πο- Polybii consilium Scipioni datum.

[f] Ad istam rem, quam a Scipione gestam Ammianus commemorat, hæc notavit HENR. VALESIUS: "Polybii locus, in quo hæc fuse narrabantur, hodie desideratur. Itaque ejus facinoris memoria obscura est. Nam neque Appianus in Libyco, neque Zonaras, id distincte memorat. Quippe uterque, *Scipionem*, ait, *perfractam a militibus, qui jam in urbem intraverant, portam introisse*, non ipsum suffodisse portam. Zonaras tamen dicit, *ὑπὸ τὴν πυλίδα παραδραμὼν, καὶ τὸν μόχλον διακόψας* &c."—Vide Appianum in Hist. Punica, cap. 117. et Zonaram, Annalium lib. IX. cap. 29.

[g] Ubi *asteriscum* posui, vulgo inseruntur *μὴ σὺ*, quæ, ex quibus aliis corrupta sint, aut quæ medela adferenda sit laboranti orationi, docebit nos eruditissimus Daniel Wyttenbachius, cujus ingenio, diligentiæ ac doctrinæ intra breve, ut spero, tempus instauratum Plutarchum debebimus. Ceterum pertinet hoc Fragmentum ad rem, quam narrat Appianus in Punica historia cap. 124. Conf. Freinshemii Supplem. Livii lib. LI. cap. 18 sq. Spretum autem Polybii illud consilium, cujus meminit Plutarchus, magnum periculum magnamque jacturam adtulit Romanis: ac forsan hue præ-

A. U. 608. λυβίου συμβουλεύοντος αὐτῷ κατασπεῖραι τριβόλους σιδηροῦς, ἢ σανίδας ἐμβάλλειν κεντρωτὰς, ὅπως μὴ διαβαίνοντες οἱ πολέμιοι προσμάχωνται τοῖς χώμασιν· ἔφη γελοῖον εἶναι, κατειληφότας τὰ τείχη, καὶ τῆς πόλεως ἐντὸς ὄντας, εἶτα πράττειν, ὅπως οὐ μαχοῦνται τοῖς πολεμίοις. Id est: *Cum transscendisset Scipio muros Carthaginis, et Carthaginenses ex arce se defenderent, ac mare inter castra ipsius et arcem non esset profundum; consulente Polybio, ut ferreos muricos spargeret, aut tabulis vada consterneret clavos eminentes habentibus, ne transire hostes ad oppugnandum aggerem possent, respondit: Ridiculum esse, captis muris intra urbem progressos, hoc jam agere, ne cum hoste sit pugnandum.*

* * *

III. Suidas in Ἔπαυλις. Τότε μὲν οὖν ἀμφότεροι τὴν ἔπαυλιν ἐπὶ τοῦ χώματος ἐποιήσαντο, οἵ τε Ῥωμαῖοι καὶ οἱ Καρχηδόνιοι. Id est: *Tunc igitur utrique, et Romani et Carthaginienses, in aggere pernoctarunt*[h].

* * *

IV. Suidas in Ῥᾳθυμεῖν. Πολύβιος· Πάντων εὐδαιμονιζόντων Πόπλιον, καὶ παρακαλούντων ἀναπαύεσθαι καὶ ῥᾳθυμεῖν, ἐπεὶ πέρας ἐπιτέθεικε τῷ πολέμῳ, μαχαρίζειν αὐτοὺς ἔφη, ὅτι τοιαύτας ἔχουσι τὰς διαλήψεις. Id est: *Cum omnes Publium felicem prædicarent, et hortarentur, ut somnum caperet animumque relaxaret, quandoquidem finem imposuisset bello; respondit, se beatos eos judicare, quod ita sentirent*[i].

EX LIBRO XL.

Bellum Achaicum. Orosius v. 3. *Polybius Achivus, quamvis tunc in Africa cum Scipione fuerit, tamen, quia domesticam cladem ignorare non potuit, semel in Achaia pugnatum Critolao duce adserit. Diæum vero, adducentem ex Arcadia militem, ab eodem Metello prætore oppressum cum exercitu docet*[k].

cipue respexit Pausanias VIII. 30. cum dicit, quæ Polybii monitu gessit Scipio, ea bene cecidisse; in quibus vero minus ei paruit, in eis offendisse Scipionem.

[h] Haud immerito fragmentum hoc, quod ἀδέσποτον est apud Suidam, ad Polybium auctorem retulit Casaubonus. Pertinet autem ad eamdem fere narrationem, ex qua decerptum est illud, quod ex Plutarcho exhibuimus.

[i] Factum hoc videtur, expugnata illa Carthaginis parte, cui Cothon nomen erat; ubi Scipio, necdum tamen satis fidens victoriæ, armatus in foro pernoctavit, ut narrat Appianus Punic. cap. 127.

[k] Conf. Adnotationes ad Lib. XL. cap. 2.

RELIQUA

POLYBII FRAGMENTA.

RELIQUA
POLYBII FRAGMENTA,

EX SUIDA MAXIME ET STEPHANO BYZANTINO COLLECTA.

FRAGMENTA HISTORICA ET GEOGRAPHICA.

FRAGMENTA hæc eo ordine locavimus, quem indicabat initialis litera nominis illius proprii, sive viri, sive populi aut urbis, cujus mentio fit in quoque fragmento. Quæ Fragmenta apud Suidam diserte Polybio auctori tribuuntur, ad ea *Polybii nomen* adscripsimus. Quæ vero, quamvis absque auctoris nomine a Suida proferantur, tamen sive certa quadam, sive satis probabili ratione ab Ursino, Casaubono, Valesio, Gronovio, aliisve viris doctis, aut etiam primum a nobis, inter Polybii Fragmenta relata sunt, ea *simpliciter* adposuimus, *nec ulla adjecta nota* distinximus. Sed quum sint ex eisdem Fragmentis, quæ Polybiana vulgo haberi solent, aut a doctis quibusdam viris ad hunc auctorem relata sunt, haud pauca ejusmodi, de quibus dubitari etiam atque etiam posse videatur, sint-ne revera ex Polybio decerpta; nos hæc, quorum auctoritas incertior nobis visa est, *præfixo hoc signo* † a ceteris distinguenda curavimus.

I. Πολύβιος· Ὁ δὲ παρῃτεῖτο τοὺς Ἀχαιοὺς, ἀπολεγόμενος τὴν ἀρχήν. *Ille vero deprecabatur Achæos, recusans imperium.* Suidas in Ἀπολεγόμενος. Achæi.

II. Αἰγόσθενα, πόλις Μεγαρίδος, οὐδετέρως, ὡς Παυσανίας. Τὸ ἐθνικὸν Πολύβιος Αἰγοσθενίτην φησίν. *Ægosthena, urbs Megaridis, neutro genere ita dicta, ut apud Pausaniam. Gentile Polybius Ægosthenitam dixit.* Stephanus Byzant. Ægosthena.

III. Πολύβ. Ὁ δὲ πᾶν ὑπομένειν ἐδόκει, προσανέχων ταῖς τῶν Αἰγυπτίων ἐπαρχείαις. *Ille vero quidvis pati decrevit, in au-* Ægyptii.

1. Achæorum nescio quis, ad præturam (ut videtur) nominatus.

3. ἐπαρχείαις perspecte correxit Casaub. vocabulum Polybio frequentatum. Vulgo apud Suidam est ἐπαρχίαις, quod *præfecturas* exponunt. Conf. Polyb. V. 6, 2.

UNIVERSITY OF CALIFORNIA ANCIENT HISTORY OMEGA

xiliis, quæ ab Ægyptiis exspectabat, spem ponens. Suidas in Προσανέχων.

Ænii. IV. Συνέβαινε δὲ, τοὺς Αἰνίους πάλαι μὲν στασιάζειν, προσφάτως δὲ ἀπονεύειν, τοὺς μὲν πρὸς Εὐμένη, τοὺς δὲ πρὸς Μακεδονίαν. *Accidit vero, ut Ænii, jamdudum seditione laborantes, nuperrime alii ad Eumenem, alii ad Macedones vergere cœpissent.* Suidas in Αἴνιον.

Ætoli. V. Πολύβ. Πάντων τούτων ἦσαν διεψευσμένοι οἱ Αἰτωλοί. *Ætolos vero his omnibus in rebus spes frustrata est.* Suid. in Διεψευσμ.

Ariarathes. VI. Ὁ δὲ, τούτοις πιστεύων, ἀνεδέχετο τὸν πρὸς Ἀριαράθην πόλεμον. *Ille vero, his fretus, bellum adversus Ariarathen suscepit.* Suid. in Ἀνεδέχετο.

Arcesine. VII. Ἀρκεσίνη, μία τῶν τριῶν πόλεων τῶν ἐν Ἀμοργῷ τῇ νήσῳ. ἦσαν γὰρ Μελανία, Μινώα, Ἀρκεσίνη. Πολύβιος δὲ ἀρσενικῶς τὸν Ἀρκεσίνην φησί. *Arcesine, una ex tribus civitatibus in insula Amorgo: erant enim Melania, Minoa, Arcesine. Polybius vero, masculino genere, hunc Arcesinem adpellat.* Stephanus Byzant. in Ἀρκεσίνη.

Asdrubal. VIII. Ὁ δὲ ἀνεδέχετο τὴν Ἀσδρούβου παρουσίαν. *Ille vero Asdrubalis exspectabat adventum.* Suidas in Ἀνεδέχετο.

Assyriæ reges. IX. Ἡ τῶν Ἀράβων βασιλεία, διαδεξαμένη τὴν τῶν Χαλδαίων, ὧδε ἔληξεν. Ταύτην Ἀσσυρίων μά διεδέξαντο βασιλεῖς, ἀπὸ τοῦ πρώτου αὐτῶν Βήλου, ἕως τοῦ μά Κογκολέρου τοῦ καὶ Σαρδανακάλου· ὡς συμφωνοῦσι πολλοὶ τῶν ἐπισήμων ἱστορικῶν, Πολύβιος, καὶ Διόδωρος, Κεφαλλίων τε, καὶ Κάστωρ, καὶ Θάλλος, καὶ ἕτεροι. *Hic finis fuit imperii Arabum, quod Chaldæorum imperio successit. Ei successerunt reges Assyriæ quadraginta et unus, a primo eorum Belo, usque ad quadragesimum primum, Concolerum, cui et Sardanapali fuit nomen; quemadmodum consentiunt multi ex illustribus Historicis, Polybius, Diodorus,*

4. Confer Polyb. XXIII. cap. 11 et 13. neque fere dubitabis, recte hæc ad Polybium auctorem solere referri. ἀπονεύειν correxit Küsterus, nescio an ex MStis. κατανεύειν erat in prioribus editionibus.

6. De Pharnace fortasse hæc dicuntur, Ponti rege, cujus bellum cum Ariarathe tangitur lib. III. cap. 3, 6. et in Reliquiis libri XXVI. cap. 6. Recte autem, ut puto, Polybio hoc fragm. tribuit Valesius.

7. Conf. Stephanum Byz. in Ἀμοργὸς, ejusque interpretes, et Cellar. Geogr. Antiq. lib. III. cap. 2. Ceterum quum prope Laden insulam fuerit Arcesine, fortasse mentionem hujus Polybius fecit, ubi de pugna navali agebat, ad Laden ins. inter Philippum Rhodiosque pugnatam; cujus pugnæ in transcursu mentio fit in Reliquiis Hist. Polyb. lib. XVI. cap. 14.

8. De Hannibale, puto, agitur, adventum fratris in Italiam exspectante.

9. Κογκολέρου correxi ex Latinis Hieronymi et ex Syncello, cum apud Scaligerum legeretur τοῦ μᾶ Μακοσκολέρου. Vulgo inter Fragmenta Polybii hoc non solet referri; sed ad oram exempli suæ editionis p. 1515. adscripsit Gronovius.

Cephallion, Castor, Thallus et alii. Eusebius in Chron. lib. i. p. 14.

X. Καλοῦσι δὲ οἱ παλαιοὶ μεγάλην τε καὶ μικρὰν Καππαδοκίαν· Cappadocia.
Μεγάλην μὲν, τὴν ἀπὸ Καισαρείας τε καὶ τοῦ Ταύρου καὶ ἕως τῆς Ποντικῆς θαλάσσης, ἣν διορίζει Ἅλυς μὲν ποταμὸς ἐκ δυσμῶν, Μελιτηνὴ δὲ ἐξ ἀνατολῶν. καὶ αὕτη μὲν ἡ Μεγάλη Καππαδοκία. Καὶ τούτων μάρτυς Πολύβιος, ὁ τὴν Ῥωμαϊκὴν ἱστορίαν γεγραφὼς, ὃς διορίζει τὴν Καππαδοκίαν ἀπό τε Ταύρου καὶ Λυκαονίας καὶ ἕως τῆς Ποντικῆς θαλάττης. Καὶ αὐτὴ γὰρ ἡ Νεοκαισάρεια, ἥ τε Κολόνεια[a], καὶ ἡ Μελιτηνὴ σύμπασα, Καππαδοκία λέγονται. Ἔστι δὲ τὸ ὄνομα Περσικόν. Πέρσης γάρ τις ἀνὴρ, * *[b]. Ἐν κυνηγίᾳ Ἀρταξέρξῃ τῷ βασιλεῖ, ἢ οὐκ οἶδα ἄλλῳ τίνι, λέων προσαπαντήσας, τοῦ ἵππου τοῦ βασιλέως ἐδράξατο· καὶ κατὰ τύχην εὐρεθεὶς ὁ Πέρσης ἐν τῷ τοῦ θηρὸς συναντήματι, τὸν ἀκινάκην σπασάμενος, ἐρρύσατο τὸν βασιλέα παρὰ μικρὸν κινδυνεύοντα, καὶ τὸν λέοντα ἐθανάτωσεν. Οὗτος οὖν ὁ Πέρσης, ἐπί τινος ὄρους ὑψηλοτάτου ἀναβὰς, καὶ πᾶσαν τὴν γῆν περισκοπήσας, ὅσην ὀφθαλμὸς ἀνθρώπινος περιβλέπει κατὰ ἀνατολὰς καὶ δυσμὰς ἄρκτον τε καὶ μεσημβρίαν, δωρεὰν παρὰ τοῦ βασιλέως πᾶσαν εἵληφε. Ταῦτα δὲ ἱστορεῖ Πολύβιος.

Id est: *Cappadociam veteres partim Magnam adpellant, partim Parvam. Et Magna quidem, a Cæsarea et Tauro monte usque ad mare Ponticum excurrens, ab occasu Halyn fluvium, ab oriente Melitenen terminos habet. Hæc igitur Magna est Cappadocia. Cujus rei testis est Polybius, is qui Romanam conscripsit Historiam; qui Cappadociam ita definit, ut a Tauro et Lycaonia usque ad mare Ponticum porrigatur. Nam et ipsa Neocæsarea, et Colonea* [rectius fortasse *Cataonia*] *et universa Melitene, Cappadocia dicuntur. Est autem nomen Persicum. Fuit enim vir quidam, natione Persa, * *. In venatione Artaxerxi, aut nescio, cui alii Persarum regi, leo occurrens, equum regis corripuerat. Persa autem ille, forte fortuna obviam factus in illo leonis occursu, trahens acinacem, interfecto leone, regem periculo imminenti liberavit. Hic igitur Persa, conscenso alto monte, omnem circumquaque regionem circumspectans, qua late prospicere humanus oculus versus orientem occasumque et septemtrionem atque meridiem poterat, universam a rege dono acce-*

10. De rebus Cappadociæ ex instituto egerat Polybius libro XXXI. cujus libri vide Reliquias cap. 18 seqq. Ac fortasse ex illo libro ducta hæc narratio est. *Ibid.* [a] Κολόνια. Κολώνια saltem foerat scribendum. Sed mendosum utique nomen videtur; suspicorque, Κατανία esse legendum, de qua regione vide Cellar. Geogr. Antiq. lib. III. cap. 8. p. m. 348. sq. *Ibid.* [b] Lacunæ notam utique inserendam duxi. Exciderunt puta verba nonnulla, quibus nominis ratio, quod Persicæ originis esse ait, explicabatur.

pit. Hæc narrat Polybius. Constantinus Porphyrogenneta, Περὶ Θεμάτων, lib. I. cap. 2.

Carthaginienses.

XI. † Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι, ἀλλήλοις ἐμπλασσόμενοι, καὶ περιπίπτοντες τοῖς θηρίοις, ἀπέθνησκον. *Carthaginienses vero, se mutuo complexi, et in feras incidentes, perierunt.* Suidas in Ἐμπλασσόμενοι.

XII. Ἅτε πεπειθαρχηκότων (τῶν) Καρχηδονίων ἀπὸ τοῦ κρατίστου πᾶσι τοῖς ἐπιτατλομένοις. *Quippe bona fide omnibus imperatis paruerant Carthaginienses.* Suid. in Ἀπὸ τοῦ κρατίστου.

Celtiberi equites.

XIII. Ἴδιον ἔχουσιν οἱ Κελτίβηρες κατὰ τὸν πόλεμον. θεωροῦντες γὰρ τοὺς παρ' αὐτοῖς πεζοὺς πιεζομένους, παρακαταβάντες ἀπολείπουσι τοὺς ἵππους ἑστῶτας ἐν τάξει. ἄκροις γὰρ τοῖς ἀγωγεῦσι τῶν ἵππων πασσαλίσκους μικροὺς ἔχοντες ἀπηρτημένους, τούτους ἐπιμελῶς πήξαντες, πειθαρχεῖν διδάσκουσι τοὺς ἵππους ἐν τάξει, μέχρις ἀνακάμψαντες ἀνασπάσωσι τοὺς πατλάλους. *Celtiberi hoc habent in bello proprium, ut, cum viderint pedites suos ab hoste premi, ex equis descendentes, eos ordine stantes relinquant. Ex summis enim equorum loris parvos clavos suspensos habent, quos diligenter (humi) defigunt, et ita docent equos parere et in ordine stare, donec reversi clavos revellant.* Suidas in Ἴδιον, et in Κελτίβηρες.

Celtib. gladii.

XIV. Οἱ Κελτίβηρες τῇ κατασκευῇ τῶν μαχαιρῶν πολὺ διαφέρουσι τῶν ἄλλων. καὶ γὰρ κέντημα πρακτικὸν, καὶ καταφορὰν ἔχει δυναμένην ἐξ ἀμφοῖν τοῖν μεροῖν[c]. ᾗ καὶ Ῥωμαῖοι, τὰς πατρίους ἀποθέμενοι μαχαίρας ἐκ τῶν κατ' Ἀννίβαν, μετέλαβον τὰς τῶν Ἰβήρων· καὶ τὴν μὲν κατασκευὴν μετέλαβον, αὐτὴν δὲ τὴν χρηστότητα τοῦ σιδήρου καὶ τὴν ἄλλην ἐπιμέλειαν οὐδαμῶς δύνανται μιμεῖσθαι. *Celtiberi gladiorum fabrica excellunt. Quippe eorum gladii et mucrone sunt valido, et ad cæsim ex utraque parte feriendum apti. Quamobrem Romani inde ab Hannibalicis temporibus, abjectis gladiis patriis, Hispanici gladii usum adsciverunt. Ac formam quidem ipsam et fabricam adsciverunt, bonitatem autem ferri ac reliquam (in fabricando) diligentiam imitari nequaquam possunt.* Suidas in Μάχαιρα.

11. Polybio tribuit Casaub. Nec tamen alibi apud hunc scriptorem occurrit verbum illud ἐμπλάσσεσθαι.

12. Ad Polybium auctorem probabiliter retulit Paul. Leopardus Emend. lib. I. cap. 21. in Jani Gruteri Thes. Critico Tom. III. p. 17. Videtur esse ex historia belli Pun. III. et pertinere ad illud tempus, quo et obsides et arma Romanis tradiderant Pœni. Sic referendum foret hoc fragm. ad lib. XXXVI. cap. 4.

13. Polybio tribuit Valesius: et habet utique Polybianum colorem. Sed ἴδιόν τι ἔχουσιν putem scripsisse Polybium; ac fortasse παρ' αὐτῶν, non παρ' αὐτοῖς.

14. Conf. Polyb. VI. 23. et III. 114. *Ibid.* [c] τοῖν μεροῖν, monente Gronovio, correxi ex VI. 23, 7. Apud Suidam vulgo legitur ἀμφοῖν τοῖν χεροῖν, *utraque manu.*

XV. † Καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῆς Ἐπαμινώνδα καὶ Πελοπίδα καὶ Βρασίδα καὶ Κλεομβρότου τελευτῆς, καὶ διὰ τὴν ἐν τῷ ζῆν ἀρετὴν, καὶ τὴν ἐν τῷ τελευτᾶν εὐψυχίαν, ἀδυνατοῦσιν οἱ συγγραφεῖς ἀξίους εὑρίσκειν λόγους τῆς προκαθηγουμένης τῶν ἀνδρῶν ἐννοίας. *Quemadmodum enim scriptores, de Epaminondæ et Pelopidæ et Brasidæ et Cleombroti morte verba facientes, tam propter horum virorum in vita virtutem, quam in morte magnitudinem animi, orationem invenire nequeunt, quibus præstantes virorum illorum animos pro meritis celebrent.* Suidas in Εὐψυχία. Epaminondas et alii.

XVI. † Οὐ γὰρ ἐδόκει αὐτῷ, τὸν ἐν Τυρρηνίᾳ πόλεμον ἀτελῆ καταλείποντι, περὶ τῶν ἐκεῖ πόλεων πραγματεύεσθαι, δεδοικότι, μὴ κατατρίψειεν ἅπαντα τὸν τῆς ἀρχῆς χρόνον, οὐ πολὺν ὄντα, περὶ τὰς ἐλάττους ἀσχολούμενος πράξεις. *Non enim consultum ei videbatur, bellum infectum in Etruria relinquere, et circa urbes illius regionis occupari, quia metuebat, ne totum imperii sui tempus, quod breve supererat, in minoris momenti negotiis consumeret.* Suidas in Κατατρίψειν. Etruria.

XVII. Πολλὰ τὸν βασιλέα Εὐμένη καταμεμψάμενοι. *De rege Eumene multa conquerentes.* Suid. in Καταμέμφομαι. Eumenes.

XVIII. Πολύβιος· Μετὰ τῶν ἐν τῇ πατρίδι φίλων τρίτην πρᾶξιν κατασκευασαμένου, καὶ προσενεγκόντος τῷ Φαβίῳ τὸν λόγον. *Cum amicis, qui erant in patria, tertiam proditionem est molitus, et Fabio conditionem obtulit.* Suid. in Πρᾶξις. Fabius.

XIX. Γαλάδραι, πόλις Μακεδονίας ἐν Πιερίᾳ. . Ὁ πολίτης Γαλαδραῖος. Τὸ κτητικὸν ἔδει Γαλαδραϊκός· Πολύβιος δὲ ἐν * τρίτῳ Γαλαδραικὸν[d] φησί. *Galadræ, urbs Macedoniæ in Pieria. . Civis Galadræus. Possessivum oportebat Galadraicus. Polybius vero libro * tertio Galadræcum dixit.* Steph. Byzant. Galadræ.

15. Inter Polybii fragmenta retulit Valesius, cum pleræque ex oratione alicujus sophistæ decerptum videri possit. Fortasse autem inter Polybiana Fragmenta sub titulo *Elæa* referri potuerat illud, quod est apud Suid. in Συντάξας. Συντάξας τοῖς πυβερνήταις ἀναπλεῖν τὰς ναῦς κατὰ δύναμιν εἰς Ἐλαίαν. *Cum imperasset gubernatoribus, ut naves omni studio adhibito Elæam reducerent.*

16. Et hoc Valesius Polybio tribuit. *Ibid.* τῶν ἐπὶ πόλιον correxit Vales. ἐπίνῃ vett. edd. Suidæ. Hinc τῶν ἐν ἐπίνῃ πόλιον Küsterus, ex conject. ut puto. *Ibid.* μὴ κατατρίψειεν. Non solet Polybius conjunctionem μὴ post *timendi* verbum cum optativo, sed cum subjunctivo construere. Cf. Adnot. ad lib. I. 10. 6.

17. Valesius huc retulit, probabili conjectura.

18. Ex nescio qua parte historiæ belli Annibalici ductum.

19. In Libri numero *lacunam* indicavi, nam in tertio nec fit nec fieri potuit mentio hujus oppidi. Aut ΙΓ'. aut ΚΓ'. id est *XIII* vel *XXIII* oportuit, quibus libris de Philippi rebus agebatur. Apud Livium lib. XXXIX. cap. 26. in rebus anni urbis 569. quæ libro XXIII Polybii erant comprehensæ, Pieriæ mentio occurrit. *Ibid.*[d] Γαλαδραικὸν, *Galadricum*, videtur cum Salmasio legendum.

Galli. XX. † Οἱ δὲ Κελτοὶ, ἰδόντες τοὺς Ῥωμαίους μάχεσθαι παρεσκευασμένους, καὶ δόξαντες ἐξησθενηκότας τὰ σώματα ὑπὸ λιμοῦ τὸν τάχιστον αἱρεῖσθαι τῶν θανάτων. *Galli vero, videntes Romanos ad pugnandum paratos esse, existimabant, eos fame confectos id quærere, ut quam celerrimo mortis genere vitam finirent.* Suidas in Ἐξησθενηκ.

Hannibal. XXI. Ἀννίβαν δὲ Μάρκελλος, ὡς μὲν οἱ περὶ Πολύβιον λέγουσιν, οὐδὲ ἅπαξ ἐνίκησεν· ἀλλ' ἀήττητος ἀνὴρ δοκεῖ διαγενέσθαι μέχρι Σκιπίωνος. Ἡμεῖς δὲ Λιβίᾳ . . πιστεύομεν, ἥττας τινὰς καὶ τροπὰς ὑπὸ Μαρκέλλου τῶν σὺν Ἀννίβᾳ γενέσθαι. μεγάλην δὲ αὖται ῥοπὴν οὐδεμίαν ἐποίησαν. *Hannibalem Marcellus, ut quidem Polybius auctor est, ne semel quidem vicit; sed invictum ait illum fuisse usque ad Scipionem. Nos vero Livio . . credimus, fusum fugatumque aliquot pugnis a Marcello fuisse Hannibalis exercitum: sed parum illæ victoriæ ad summam rei profecerunt.* Plutarchus in Marcello p. 317. edit. Wechel.

XXII. † Ἀννίβας, ὁ Καρχηδονίων στρατηγὸς, φέρων τῶν ἐλεφάντων τὰ θωράκια, καὶ τοῖς τῶν θηρίων οἰκιδίοις ἐπὶ πλεῖστον ὕψος τοὺς κλάδους ἀποκόπτων, ἀσφαλῆ καὶ ῥᾴδιαν τὴν ὁδοποιίαν κατεσκεύαζε. Quæ verba ita interpretatus est Küsterus: *Hannibal, Carthaginiensium imperator, elephantorum loricas ferens, et ad transitum præbendum turribus, quas belluæ illæ dorsis portabant, ramos arborum ad insignem altitudinem amputans, iter tutum ac facile reddidit.* Suidas in Θωράκιον.

Harpyia. XXIII. Ἄρπυια, πόλις ἐν Ἰλλυρίδι παρ' Ἐγχελέαις· εἰς ἣν

20. Fragm. hoc ex Polybio esse depromtum, suspicatus est Küsterus.

21. Utrum diserte ac verbotenus alicubi hæc dixerit Polybius, an ea solum spectarit Plutarchus, quæ legimus apud Polyb. X, 33. 2. et XV. 16, 5. non definiverim. Victoriam Marcelli de Hannibale reportatam exponit Livius XXVII. 14.

22. Fragmentum hoc (post Henr. Stephanum in Thesauro Ling. Græc. ad vocab. *Θωράκιον*) Casaubonus ceteriique editores Polybii ad hunc auctorem retulerunt; non satis video, quodnam secuti indicium. Neque enim in sermone quidquam occurrit, quod Polybianum maxime stylum prodat; et videtur agi de trajectione Hannibalis per Alpes, cujus itineris descriptio integra superest apud Polybium lib. III. cap. 50 sqq. nec in ea usquam verba ista comparent. Quæ-nam vero hic dicantur Elephantorum *Θωράκια*, obscurum esse, nec a Suida declaratum, conquestus jam est Henr. Stephanus loco citato. Certe quid sit *elephantorum loricas ferens*, mihi quidem non liquere fateor. Possis suspicari, esse *pinnas* vel *propugnacula*; quæ superne cingebant turriculas, dorsis belluarum impositas. Id si placet, videndum erit, an *φέρειν auferre, demere* hoc loco possit denotare, quod adfirmare equidem non ausim.—Ceterum, præter duo Fragmenta, quæ protulimus, ad *Hannibalem* spectantia, eodem pertinere videntur duo alia, quorum alterum Suidas habet ad vocab. *Παράθεσις*, alterum idem ad voc. *Φαντασία*, quæ inter *Fragmenta Grammatica* n. 101. et 133. retulimus.

23. Vide Berkelium ad h. l. qui monet, antiquum illum Batonem

Βάτων, ὁ Ἀμφιαράου ἡνίοχος, μετὰ τὸν ἀφανισμὸν αὐτοῦ ἐπάγησε· Πολύβιος. τὸ ἐθνικὸν Ἁρπυιήτης, τροπῇ τοῦ α εἰς η. ἔστι γὰρ Ἁρπυιάτης. *Harpyia, urbs Illyriæ, juxta Encheleas; in quam Bato, Amphiarai auriga, post hujus interitum commigravit. Polybius. Gentile Harpyietes, α in η mutato; est enim Harpyiates.* Stephanus Byzant.

XXIV. Ὑρτακὸς, ἢ καὶ Ὑρτακῖνος, πόλις Κρήτης. Ὁ πολίτης Ὑρτακῖνος. Πολύβιος δὲ τὸ θηλυκὸν Ὑρτακίνη, ἀπὸ τοῦ Ὑρτακῖνος ἐθνικοῦ. ἀπὸ Ὑρτάκου δὲ, Ὑρτάκιος. *Hyrtacus, vel etiam Hyrtacinus, urbs Cretæ. Civis Hyrtacinus. Polybius vero fœmininum Hyrtacina, ab gentili Hyrtacinus. Ab Hyrtaco vero, Hyrtacius.* Stephanus Byz. Hyrtacus.

XXV. Τὴν μόραν τῶν Λακεδαιμονίων Ἔφορος μὲν ἄνδρας εἶναι πεντακοσίους φησίν· Καλλισθένης δὲ ἑπτακοσίους· ἄλλοι δέ τινες ἐννακοσίους, ἂν Πολύβιος ἐστίν. *Lacedæmoniorum Moram,* (id est, *cohortem,*) *Ephorus ait, viros esse quingentos; Callisthenes vero, septingentos; alii nonnulli, nongentos, in quibus est Polybius.* Plutarchus in Pelopida, pag. 286. edit. Wechel. Lacedæmonior. morse.

XXVI. † Ὁ δὲ Λεύκιος προχειριζόμενος διαπέμπεσθαι πρὸς τοὺς Λαπατηνοὺς, καὶ λαλεῖν ὑπὲρ ἐπιτροπῆς, ἀπαράσκευος ἦν εἰς τὸ μέλλον. Id est, ex Küsteri versione: *Lucius autem, cum ad Lapatenos legatos mittere decrevisset, qui cum ipsis de deditione agerent, in futurum erat imparatus.* Harpocration in Ἐπιτροπὴ, et Suidas in eodem vocab. Lapateni.

(conf. Heynium ad Apollodor. p. 633.) cum alio esse confusum. Quod si distinguenda ita oratio est, ut post ἀχάϊνοι punctum minus, post Polybium punctum majus ponatur, quemadmodum cum Berkelio fecimus; videri potest, errorem illum a Polybio esse commissum. Sed, si extrema verba spectamus, ἔστι γὰρ Ἁρπυιάτης, intelligi (puto) debet, nomen Πολύβιος non ad antecedentia, sed ad sequentia pertinere, et nullam prorsus distinctionem post Πολύβιος esse ponendam; ut hoc dicat Stephanus, *gentile nomen, quod rectius vulgo* Ἁρπυιάτης est, Ἁρπυιήτης *a Polybio usurpari.*

26. Polybio hoc fragmentum post. Ursinum tribuit Casaub. ceterique editores Polybii. Qui quo jure id fecerint, eo minus equidem ausim definire, quod nec verborum sententia satis mihi plana, nec res, de qua agitur, comperta est. Pro προχειριζόμενος, apud Harpocrationem ἐπιχειριζόμενος mendose vulgo legitur. Sed ipsum hoc, προχειριζόμενος διαπέμπεσθαι, dubito an denotet id, quod Küsterus, Blancardum fere secutus, Harpocrationis interpretem, expressit, dicens, *cum legatos mittere decrevisset.* Si esset προχειριζόμενος τοὺς διαπεμφθησομένους, intelligerem, *cum designasset legatos;* sed, uti nunc legitur, participium προχειριζόμενος videtur passive intelligendum, *cum designatus vel electus esset, qui mitteretur legatus.* Quinam vero sit *Lucius* ille, cujus hic fit mentio, quive sint *Lapateni,* juxta ignoro. Valesius ad Harpocrat. monet, *spectari historiam, quæ est apud Livium* p. 780. Usus est autem Valesius (ut Drakenborchius docet ad Liv. XXXIX. 35.) editione Livii Francof. 1578. quam ipsam inspicere mihi non contigit, ut, quem librum Livii, quod

Lusitania. XXVII. Ὁ δὲ Μάρκος, Ῥωμαίων στρατηγὸς, ἐβούλετο, ἀπολυθεὶς τοῦ πολέμου πρὸς Λυσιτανοὺς, μεταβαλεῖν τὸν πόλεμον, καὶ, τὸ λεγόμενον, ἐκνεύσας τὴν ἀνδρωνῖτιν εἰς τὴν γυναικωνῖτιν κωμάσαι· διὰ τὸ δοκεῖν τὸν στρατηγὸν βραχὺν χρόνον πρότερον ὑπὸ τῶν Λυσιτανῶν ἡλατῶσθαι. *Marcus, Romanorum Imperator, bello cum Lusitanis liberatus, statuit (alio) transferre bellum, et, quod vulgo dici solet, relicto virorum conclavi, ad mulierum atria commissatum ire; quod paullo ante a Lusitanis cladem accepisset imperator.* Suidas in Κωμάσαι, et in Ἀνδρωνῖτις.

Macedones. XXVIII. Πολύβιος· Μνησθεὶς δ' ἐπὶ κεφαλαίου τῶν γεγονότων αὐτοῖς ἐλατωμάτων, καὶ θεὶς πρὸ ὀφθαλμῶν τὰ τῶν Μακεδόνων προτερήματα. *Cum autem clades, quas acceperant, breviter*

caput significaverit Valesius, planius cognoscerem. Sed ex eadem, quam dixi, adnotatione Drakenborchii intelligo, pag. 759. ejusdem editionis Livii, qua usus Valesius est, contineri caput 35. libri XXXIX; unde colligere licet, paginam 780. continere debere ea, quæ haud ita procul ab initio leguntur libri XL. At ibi nihil, quod huc pertineat, reperire mihi licuit, nisi quod de *Lucio Æmilio Paullo* (XL. 25.) his verbis legimus: *Ubi primum in hostium finibus castra posuit, legati ad eum, per speciem pacis petendæ, speculatum venerunt. Negante Paullo, nisi cum deditis pacisci se pacem; non tam id recusabant;* &c. Sed ea res L. Æmilio cum *Liguribus Ingaunis* intercessit; *Lapatenorum* nulla ibi mentio; neque L. Æmilius ad hostes misit, qui de pace agerent, sed illi ad Æmilium miserunt. Quod si cetera convenirent, oboriri suspicio posset, Λαπατηνοὺς in Fragmento nostro eosdem esse, qui *Lapicini* vocantur apud Liv. XLI. 19. et in Liguriæ populis numerantur. Ceterum *Lapathum*, Thessaliæ castellum memorat idem Livius XLIV. 2. et 6. quod nihil huc facere videtur, nec ibi *Lucii* alicujus fit mentio. Apud Ptolemæum (ut monuit Vossius ad Melam III. 1, 82. edit. Abrah. Gronovii) Λαπατία nominatur locus, inter Brigantium, Calleciæ oppidum, et Trileucium promontorium: neque vero ulla ratio adparet, ex qua colligi utcumque posset, ad illum locum pertinere *Lapatenos*, de quibus agitur in fragmento nostro. Porro *Lucium* quod adtinet, quæri poterit, (definire quis potest?) an idem sit, cujus imprudentia notatur in Fragm. a Suida conservato in Ἀναβρομὴ, quod inter Fragm. grammatica retulimus.

27. Probabili conjectura inter Polybii Fragmenta retulit Valesius. Prior pars, usque ad verbum κωμάσαι, quam solam Valesius exhibuit, legitur apud Suidam in Κωμάσαι. Reliqua pars adjicitur ab eodem Suida in Ἀνδρωνῖτις, ubi, omissis prioribus verbis, fragmentum incipit ab his, καὶ τὸ λεγόμενον. Verba πρὸς Λυσιτανοὺς ad sequentia retulit Küsterus, vertitque, *priori bello defunctus, Lusitanis bellum inferre statuit*: cui interpretationi repugnant ea, quæ de *clade a Lusitanis accepta* altero loco apud Suidam adjiciuntur: *Marcus* ille, *Romanorum imperator*, de quo hic agitur, fuerit fortasse *M. Claudius Marcellus* Consul, cujus expeditio in Lusitaniam A. U. 602. suscepta uno verbo tangitur in Reliquiis Historiæ Polybianæ lib. XXXV. cap. 1. Nec tamen satis ad liquidum deduci res posse videtur: neque lucis quidquam adfundit Appianus in eis, quæ de rebus, a Marcello in Hispania gestis, habet in Hist. Hispan. cap. 48. aut in eis, quæ sigillatim de Lusitaniæ rebus breviter perstringit ibid. cap. 59. Ceterum pro ἐβούλετο, quod est in fragmento nostro, suspicari licet ἐβουλεύετο scriptum reliquisse Polybium.

28. De Persei fortasse oratione ad milites agitur, de qua Livium vide lib. XLII. cap. 61.

commemorasset, et Macedonum victorias ob oculos eis posuisset. Suidas in Ἐπὶ κεφαλαίου.

XXIX. Πολύβιος· Τὸ κυριώτατον ἦν, τὸ τὸν πόλεμον ἐρύκειν τῆς Μακεδονίας. *Præcipuum erat, bellum a Macedonia propulsare.* Suidas in Ἐρύκειν, et in Κυρία, ubi φυγεῖν legitur pro ἐρύκειν.

XXX. † Ἤσθάνετο γὰρ τὴν τῶν Μακεδόνων ἀρχὴν εὐπερίοπτον ἐσομένην, εἰ δὴ τῆς πρώτης πείρας οἱ ἐπαναστάντες κρατήσειαν. *Sentiebat enim, imperium Macedonum omnibus contemtui fore, si seditiosis primus conatus ex sententia successisset.*

XXXI. Οἱ δὲ τῷ Μάγωνι προσπολεμοῦντες τῶν Λιγυστίνων, πρᾶξαι μὲν ὁλοσχερές τι καὶ μεγαλεῖον οὐχ οἷοί τ' ἦσαν. *Illi vero ex Liguribus, qui contra Magonem pugnabant, efficere nihil, quod ad summam rei pertineret, aut quod præcipuum esset, potuerunt.* Suidas in Μεγαλεῖον. Mago.

XXXII. Πολύβιος· Οἱ μὲν οὖν περὶ Μητρόδωρον, καταπλαγέντες τὴν ἀνάτασιν Φιλίππου τοῦ βασιλέως, ἐπανῆλθον. *Metrodorus igitur, minis Philippi regis territus, reversus est.* Suidas in Ἀνάτασις. Metrodorus.

XXXIII. Μοτιηνοὶ, χωρίον Ἰβηρίας, ἄποικον Ῥωμαίων· Πολύβιος τρίτῳ. Φλέγων δὲ Μουτιηνὸν αὐτὴν φησί. Τὸ ἐθνικὸν, Μοτιηνός. *Motieni, oppidulum Hispaniæ, Romanorum colonia; de qua Polybius lib. III. Phlegonti Mutienum dicitur. Gentile Motienus.* Stephanus Byzant. Motieni.

XXXIV. † Ὁ δὲ Νάβις, δυσθετήσας ταῖς συνθήκαις, οὐ προσέσχε τοῖς γραφεῖσι. *Nabis vero, ægre ferens fœderis conditiones, promissis non stetit, quæ scripto erant consignata.* Suidas in Δυσθετήσας. Nabis.

30. Polybio tribuit Casaubonus. Habet Suidas in Εὐτρέσιστος.

31. Ad Polybium retulit Valesius. An pertinet ad pugnam, quam Livius XXX. 18. exponit? Ibi quidem Ligures socii erant Magonis, (conf. Liv. XXIX. 5.) quod est συμπολεμεῖν, non προσπολεμεῖν. Sed potuerunt alii ex Liguribus pro Magone stare, alii contra: atque id ita fuisse, ex ipsis verbis hujus fragmenti intelligi videtur.

33. Nj a librariis corruptum vel mutilatum est numerale nomen τρίτῳ. verum erit, quod conquestus est ad h. l. Berkelius, mira oscitantia Polybii locum lib. III. cap. 40. (ubi Μοτίνη commemoratur, ἄποικία Ῥωμαίων) transscriptum esse a Stephano vel ab ejus Epitomatore. Sed quum Phlegontem etiam auctorem citet, et gentile Μοτιηνὸς, quis contendet, non fuisse locum illius nominis in Hispania, cujus mentionem facere potuit Polybius? Numerum libri Polybiani corruptum apud Stephanum vidimus in Γαλάδρα, supra n. XIX. et in Ταμίση vel Τιμίσλα, vid. Spicileg. Reliquiarum ex libro XIII. Ceterum non sum nescius, plurima errata in illo Lexico occurrere, non ex librariorum culpa, sed ex ipsius compilatoris vel epitomatoris negligentia profecta.

34. Verbum passivum δυσθετούμενος, *ægre ferens, male affectus*, occurrit apud Polyb. VIII. 7, 4. Activum δυσθετῶ nusquam alibi, quod sciam, reperitur, nisi in hoc fragm. quod cum Ursino Casaubonus Polybio tribuit. Δυσθετήσας Suidas exponit μὴ στέξας.

Naves hexericæ.

XXXV. Δοκοῦσι δέ πως τὰ πλοῖα ταῦτα ταχυναυτεῖσθαι πεντηκοντόρων οὐχ ἧττον, κατὰ πολὺ τῶν τριηρικῶν ἐλαττούμενα, πλείστοις ἔτεσι τῆς τούτων ἐκλιπούσης δημιουργίας· εἰ καὶ Πολύβιος ὁ συγγραφεὺς ἐκτίθεσθαί πως ἔδοξε τῶν ἑξηρικῶν πλοίων τὰ μέτρα, οἷς φαίνονται πολλάκις κεχρῆσθαι Ῥωμαῖοι καὶ Καρχηδόνιοι πολεμήσαντες πρὸς ἀλλήλους. *Videntur autem naves hæ* (Liburnicæ) *non minus celeres esse, quam actuariæ naves quinquaginta remorum; sunt autem multo minores, quam eæ, quæ ex triremium sunt genere, quarum fabrica jam plurimis abhinc annis in usu esse desiit, quamquam Polybius historiarum scriptor mensuras exposuit navium hexericarum, quibus sæpe usos esse constat Romanos et Carthaginienses in bellis, quæ inter sese gesserunt.* Zosimus, Historiar. libro V.

Parthus opp.

XXXVI. Πάρθος, πόλις Ἰλλυρική· Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς. Λέγεται δὲ καὶ ἀρσενικῶς, ὡς Πολύβιος. Τὸ ἐθνικὸν Παρθηνός. *Parthus, urbs Illyrica: Apollodorus in Chronicis. Dicitur vero etiam in masculino genere, ut apud Polybium. Gentile, Parthenus.*

Pergamus.

XXXVII. † Ὁ δὲ, κατευδοκήσας τῷ νεανίσκῳ κατὰ τὴν ἀπάντησιν, τοῦτον ἀπέλυσε παραχρῆμα ἐς τὸ Πέργαμον. *Ille vero, delectatus colloquio juvenis, statim hunc dimisit, et Pergamum abire passus est.* Suidas in Κατευδοκήσας.

Perseus.

XXXVIII. Ἑξαυτῆς οἱ προειρημένοι βιβλιοφόρον ἔπεμπον πρὸς τὸν Περσέα, διασαφοῦντα τὸ γεγονός. *Protinus hi, quos dixi, tabellarium ad Perseum miserunt, qui, quod acciderat, illi significaret.* Suidas in Ἑξαυτῆς.

XXXIX. Ὁ δὲ Περσεὺς ἐβουλεύετο μὲν στέλλεσθαι, οὐ μὴν ἠδύνατό γε κρύπτειν τὸ γεγονός. *Perseus cogitaverat quidem tegere factum, nec tamen occultare potuit.* Suidas in Στέλλεσθαι.

XL. † Περσεὺς ὁ Μακεδών, κατὰ πᾶσαν τὴν Μακεδονίαν κατα-

35. De hoc loco conferri potest Isaacus Vossius de Triremium et Liburnicarum fabrica, in Grævii Thes. Antiq. Roman. Tom. XII. p. 727.

36. In Reliquiis Polybianis occurrit Parthi nomen lib. XVIII. cap. 30. sed non ita, ut ex eo loco intelligatur, in masculino genere illud nomen usurpatum fuisse a Polybio. Alius ergo Polybii locus ob oculos versatus est Stephano, cum ista scriberet.

37. Ad Polybium retulit Valesius. Verba composita, quale est κατευδοκήσας, amat hic scriptor; quamquam hoc ipsum nusquam, quod meminerim, in Reliquiis historiarum ejus occurrit.

38. Pro βιβλιοφόρον, quod est in omnibus Suidæ editionibus, sua auctoritate βιβλιαφόρον edidit Ursinus in Polybii fragmentis, et post eum editores Polybii. Utrumque recte dicitur.

39. Pro ἐβουλεύετο temere ἐβούλετο Ursinus edidit, qui primus hoc fragmentum præcedenti tribuit Polybio. De re confer Livium XLIV. 10. ex illa enim parte historiæ Persei decerptum hoc fragm. videtur.

40. Non videtur esse Polybii, cui tribuit Valesius. Nusquam apud Polybium, qui tamen sæpe de στρατοῦ verba fecit, et vix apud alium quemquam antiquum scriptorem occurrit

σκευαζόμενος πυρσουρίδας, διὰ τούτων ὀξέως ἐμάνθανε τὰ πανταχῇ γινόμενα. *Perseus Macedo per universam Macedoniam pharos extruxerat, e quibus igne sublato, de omnibus, quæ ubique accidebant, brevi certior fiebat.* Suidas in Πυρσουρίδας.

XLI. Φίλιπποι, πόλις Μακεδονίας. . . Ὁ πολίτης, Φιλιππεύς. Philippi.
Φιλιππηνὸς δὲ παρὰ Πολυβίῳ. *Philippi, urbs Macedoniæ. . . Civis, Philippeus; apud Polybium vero, Philippenus.* Stephanus Byzant.

XLII. Πολύβιος· Ὁ δὲ Φίλιππος ἐδυσχέραινεν ἐπὶ τῇ τῶν Κερκυραίων ἀπαξιώσει. *Philippus ægre ferebat contemtum Corcyræorum.* Suidas in Ἀπαξίωσις. Philippus.

XLIII. Πολύβιος· Ἐπεὶ τὸν Φίλιππον ἐκκλείουσιν οἱ καιροὶ, βούλεσθαι τὸν βασιλέα τὴν ἐπιγραφὴν τῆς πράξεως ἐκείνῳ περιποιῆσαι· ὡς ἐν εὐεργεσίᾳ προφέρων τούτῳ τοὺς λόγους. *Cum tempora hæc Philippum excludant, velle regem dicebat actionis hujus gloriam ei tribuere; beneficii quasi loco hanc rem ei offerens.* Suidas in Ἐκκλείουσι.

XLIV. Πολύβιος· Ὁ δὲ Φίλιππος, διαδοὺς ὅτι μέλλει σιτομετρεῖν, ἐκήρυξεν, ὅσοι μὴ πλεῖον ἔχουσι τριάκοντα ἡμερῶν σῖτον, ἀπογράφεσθαι πρὸς αὐτόν. *Philippus autem cum evulgasset, se annonam distributurum esse, per præconem edixit, ut, quotquot non amplius quam triginta dierum commeatum haberent, nomina sua apud se profiterentur.* Suidas in Σιτομετρεῖν.

XLV. Οἱ δὲ, ἀβλεπτοῦντες, καὶ αἰδούμενοι ἀντοφθαλμεῖν πρὸς τὸν Φίλιππον, ἐβοήθουν. *Illi vero, connivientes, ac reveriti adversari Philippo, opem ei tulerunt.* Suidas in Ἀβλεπτοῦντες.

XLVI. Φιλοποίμην μετὰ δευτέραν ἡμέραν ἀπὸ τῆς πρὸς πόλεμον Philopœmen.

vocabulum Πυρσουρίδες. Apud Pollucem IX. 14. πυρσούργια vel πυρσουργῶν dicuntur. Recentioris (nescio cujus) scriptoris esse verba ista videntur.

45. Polybio hoc tribuit Casaubonus: et sunt Polybiana verba ἀβλεπτοῦντες et ἀντοφθαλμεῖν. Ad *Philippum* autem etiam pertinet fragm. quod exhibuimus art. *Metrodorus.*

46. Valesius, qui hoc fragm. inter Polybiana retulit, verba ista, τὰ δύο σῖτα τρία πωῦν, sic vertit: *ut pro bidui frumento tridui annonam paratam haberent:* quod quidem quo pacto jubere altero post profectionem die imperator potuerit, non video. Tenuit tamen illam interpretationem Küsterus. Mihi planum utique videtur, idem h. l. a Philopœmene factum, quod in institutis Spartanorum fuisse Xenophon ait, de Repub. Laced. p. m. 585. extr. (edit. Leuncl. Basil. 1569.) curasse magistratus, *ut possent juvenes, si* παραγγελθείη, *διὰ τοῦ αὐτοῦ σίτου πλείω χρόνον ἐστιαθῆναι.* Simile quid de Persarum juvenibus narrat Xenophon in Cyropæd. lib. I. cap. 2. v. 11. edit. Zeunii. Sub finem nostri fragmenti pro τρεῖ, quod est in Suidæ editione Mediolanensi, posteriores editiones τέσσι δὲ τὰ δύο habent, nulla prorsus sententia. Hinc Valesius ἴσι δὲ δύο correxit, adjecto articulo τὰ, hac sententia: *quando vero duos adjecturus erat dies, quatuor* (scil. *portiones*

ἐξόδου παρήγγειλε, τὰ δύο σῖτα τρία ποιεῖν, ὅτε βούλοιτο μίαν ἡμέραν προσλαβεῖν. ποτὲ δὲ τὰ δύο, τέτταρα. *Philopœmen, copias ad bellum educens, altero post profectionem die imperabat militibus, ut ex bidui cibariis tres portiones facerent, quoties constituerat unum diem amplius, quam edixerat, morari; interdum etiam quatuor portiones ex duabus facere jussit.* Suidas in Σῖτα.

Præmia militaria.

XLVII. Πολύβιος· Τοὺς δὲ ἐτίμησε χρυσοῖς ὑφάσμασι καὶ λόγχαις, βουλόμενος ἀκόλουθον εἶναι τοῖς ἔργοις τὴν διὰ τῶν λόγων ἐπαγγελίαν. *Hos vero vestibus donavit auro textis et hastis, promissis suis facta consentanea esse volens.* Suidas in Ἀκόλουθον.

Prusias.

XLVIII. Οὕτω γὰρ διέξειν τὰς χεῖρας, καὶ φροντιεῖν τοῦ μηδὲν ἀδίκημα ποιήσειν τὸν Προυσίαν εἰς αὐτούς. *Ita enim se manus distenturum* (et diremturum litigantes,) *curaturumque, ne Prusias ullam illis injuriam inferret.* Suidas in Διέξειν.

XLIX. † Προπεπωκέναι δὲ παρὰ τὴν συνουσίαν πολλὰ μὲν ἀργυρώματα τὸν προειρημένον, πολλὰ δὲ χρυσώματα, τῷ Προυσίᾳ. *In convivio autem prædictum virum multa argentea et aurea vasa Prusiæ propinasse* (*ferunt.*) Suidas in Προπεπωκέναι.

Publius.

L. Ὁ δὲ Πόπλιος κατέσχε τῆς Αἰτωλίας εἰς Ναύπακτον. *Publius autem Naupactum Ætoliæ urbem adpulit.* Suidas in Κατέσχον.

LI. Τὸν δὲ Πόπλιον καὶ τὸν Γάϊον ἀποδεξάμενος φιλανθρώπως καὶ μεγαλομερῶς. *Cum autem Publium et Caium humaniter et magnifice excepisset.* Suidas in Μεγαλομερῶς.

LII. Ὁ δὲ ἐξέπεμπε τὸν Πόπλιον μετὰ μεγάλης προστασίας.

ex duabus facere jussit.) At restituta particula ποτὲ, nihil opus erat illa emendatione.

48. Haud improbabiliter ad Polybium retulit Valesius. Polybiana phrasis est διέχειν τὰς χεῖρας. conf. IV. 52, 1. Ceterum infinitivi διέξειν et φροντιεῖν, ambiguum est, utrum in singulari, (*distenturum curaturumque,*) an in plurali (*distenturos* et *curaturos*) sint intelligendi.

49. Et hoc Valesius Polybio tribuit.

50. Cum aliis Polybianis hoc profert Suidas, et ipsum pariter ex Polybio decerptum significare videtur, ad quem retulerunt Ursin. et Casaub. Agebatur autem fortasse de *P. Sulpicio Galba*, cui ex Consulatu Macedonia provincia obtigit, quæ ei deinde per aliquot annos continuos prorogata est. Liv. XXVI. 22. et 28. XXVII. 30. Classem autem Romanam per illa tempora Naupacti stationem habuisse, ex eodem Livio XXVII. 31. discimus.

51. Polybio cum insigni veri specie adjudicavit Toupius, Emendat. in Suidam Part. II. p. 263. edit. Lips. Quinam autem h. l. dicantur Publius et Caius, nescio. Legatos fuisse Romanorum ad aliquem regem, satis intelligitur.

52. Ἐκπέμπειν apud Polybium saepius usurpatur de dimittendis vel remittendis Legatis. μετὰ μεγάλης προστασίας phrasis est Polybiana eo sensu, quem in versione expressi. Itaque Polybio hoc fragm. tribuit Casaub. cum Ursino.

Ille vero Publium cum magno et honorifico comitatu dimisit, Suidas in Προστασία, qui quidem προστασίας hoc loco interpretatur δυνάμεως, ἐξουσίας, quem secutus Küsterus vertit, *cum magna militum manu emisit.*

LIII. † Διὸ κατεξαναστάντες τοῦ μέλλοντος, παρῃτήσαντο τοὺς Πρυτάνεις ἐκπέμψαι πρεσβευτὰς εἰς τὴν Ῥόδον συνεπιλαβέσθαι τῆς ἐλευθερίας. Id est, interprete Küstero: *Quare cum futura prudenter prospexissent, rogarunt Prytanes, ut Rhodum legatos mitterent, (qui ab illis peterent,) ut in libertate tuenda se adjuvarent.* Prytanes.

LIV. Ὁ τῆς Αἰγύπτου βασιλεὺς δεύτερος, ὁ Φιλάδελφος ἐπίκλην, ἐκδοὺς τὴν αὑτοῦ θυγατέρα Βερενίκην Ἀντιόχῳ τῷ Συρίας βασιλεῖ, ἐν ἐπιμελείᾳ εἶχε πέμπειν αὐτῇ τὸ ἀπὸ τοῦ Νείλου ὕδωρ, ἵνα μόνου τοῦ ποταμοῦ τούτου ἡ παῖς πίνῃ, ὡς ἱστορεῖ Πολύβιος. *Ptolemæus secundus, Ægypti rex, cognomine Philadelphus, cum filiam Berenicen Antiocho regi Syriæ nuptum dedisset, mittendam ad eam Nili aquam sedulo curavit, ut eam solam gnata biberet: quemadmodum Polybius narrat.* Athenæus lib. II. pag. 45. edit. Casaub. Ptolem. Philad. et Berenice.

LV. Ὁ δὲ, τὸ μέλλον ἐμφρόνως ὀτλευσάμενος, εἰς ἔννοιαν ἦλθε, τὴν φρουρὰν ἀποτρίψασθαι τὴν παρὰ τοῦ Πτολεμαίου. *Ille autem, prudenter id quod erat futurum auguratus, secum cogitare cœpit, quomodo præsidium Ptolemæi ex urbe ejiceret.* Suidas in Ὀττεύεσθαι. Ptolemæus alius.

LVI. Πολύβιος· Ταῦτα εἰρήσθω χάριν τῆς Ῥωμαίων εὐβουλίας, καὶ τῆς ἀνοίας τῶν ὀλιγορούντων τῆς τῶν ἐκτὸς συγκαταθέσεως, αὐτοτελεῖς δὲ νομιζόντων εἶναι πρὸς τὸ κατορθοῦν τὰς σφετέρας δυνάμεις. *Hæc dicta sunto ad prudentiam Romanorum laudandam, et ad amentiam coarguendam eorum, qui exterorum consensum negligunt, et suas sibi vires ad rem feliciter gerendam sufficere putant.* Suidas in Αὐτοτελής. Romanorum prudentia.

LVII. Οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι οὐ τὴν τυχοῦσαν πρόνοιαν ἐποιοῦντο τοῦ

53. In exponendo verbo κατεξαναστάντες ipsum Suidam secutus est Küsterus; interpretatur enim ille σφεμαυτῶν βουλευσάμενοι. Mihi sententia hæc videtur esse, *opponentes sese* vel *resistentes imminenti periculo.* Nusquam autem hoc verbum apud Polybium occurrit, quamvis amet ejusmodi composita. Inter Polybiana tamen Fragmenta referre non dubitavit Valesius. Cujusnam civitatis *Prytanes* hoc loco dicantur, quis definiet? An Thasi? Ibi certe Prytaneum fuit. (conf. Casaub. ad Athenæum lib. XV. cap. 19.) Sic suspicari liceret, Philippo Thasum invadente (Polyb. XVI. 24.) poposcisse Thasios a magistratibus suis, ut ad Rhodios mitterent legatos, qui opem ab illis contra regem peterant.

55. Polybio tribuit Valesius probabili conjectura. Ἀποτρίψασθαι et *ejicere ex urbe* potest intelligi, ut exposuit Küsterus, *et urbe prohibere*, vel *repellere præsidium, a Ptolemæo missum.*

56. οἱ ἔνοικοι, *qui foris sunt, qui concilii non sunt participes.*

57. Recte post Ursinum Casaubonus

μὴ κατάρχοντες φαίνεσθαι χειρῶν ἀδίκων, μηδ' ἀναιρούμενοι τοὺς πολέμους τὰς χεῖρας ἐπιβάλλειν τοῖς πέλας, ἀλλ' ἀεὶ δοκεῖν ἀμυνούμενοι καὶ κατ' ἀνάγκην ἐμβαίνειν εἰς τοὺς πολέμους. *Omni enim diligentia providebant Romani, ne ipsi priores injuriam intulisse, neve susceptis ultro bellis vicinos adpetiisse viderentur; sed ut potius vim illatam repellentes et necessitate adducti suscipere viderentur bella.* Suidas in Ἀμυνόμενοι, et in Ἐμβαίνειν, et Ἀναιρούμενοι, et Πέλας.

Scipio. LVIII. Πολύβιος· Ὡσανεὶ καὶ τὸ αὐτόματον καὶ τύχη τις ἐσωματοποίει τὰς τοῦ Σκιπίωνος πράξεις, ὥστ' ἐπιφανεστέρας ἀεὶ καὶ μείζονας φαίνεσθαι τῆς προσδοκίας. *Aliquis etiam veluti casus et fortuna quædam res gestas augebat Scipionis, ut illustriores semper majoresque exspectatione viderentur.* Suidas in Ἐσωματοποίει.

LIX. Οὐ μὴν οὐδὲ τὸ πάρεργον ἄξιον σιωπῆσαι, καθάπερ ἀγαθοῦ τεχνίτου. περὶ τοῦ Σκιπίωνος λέγων ὁ Πολύβιος. *Verum ne leviora quidem ejus dicta et facta, tamquam solertis cujusdam artificis, silentio præterire decet. Sic de Scipione scribit Polybius.* Suidas in Παρέργως.

LX. Σκιπίων ὁ Ῥωμαῖος συνεβούλευσεν οὕτως, ἢ μὴ πειράζειν, ἢ οὕτως ὥστε ἐκ παντὸς τρόπου τέλος ἐπιθεῖναι τῇ πράξει. τὸ γὰρ δὶς πρὸς τὸν αὐτὸν πειράζειν, ἅμα μὲν ἐπισφαλές· ἅμα δ' εὐκαταφρόνητον γενέσθαι ποιεῖ παντελῶς. *Scipio Romanus aut omnino rem non tentandam esse suadebat, aut sic tentandam, ut omnibus viribus, quod instituisti, coneris perficere. Nam bis adversum eumdem tentare, et periculosum esse, et contemtui obnoxium prorsus reddere.* Suidas in Πειράζειν.

LXI. Οἱ δὲ, διαζηλοτυπούμενοι πρὸς τὸν Σκιπίωνα, ἐπεβάλοντο διασύρειν τὰς πράξεις αὐτοῦ. *Illi vero, Scipioni invidentes; traducere ejus facta cœperunt.* Suidas in Διαζηλοτυπ.

LXII. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, ὑπερευδοκούμενοι κατὰ πάντα τρόπον τῇ τοῦ Σκιπίωνος ὁμολογίᾳ καὶ τῷ χειρισμῷ τῶν πραγμάτων. *Ro-*

et Valesius hoc in Polybianorum numerum retulerunt.

58. et 59. De *Majore Africano* utique agi videtur.

60. Casaubonus, in Fragmentis Polybianis, pro πρὸς τὸν αὐτὸν πειράζειν legendum πρὸς τὸν αὐτὸν λίθον προσκόπτειν censuit, *ad eumdem lapidem offendere*. Posses eodem jure πρ. τ. αὐτ. λιθ. πταίειν suspicari, ut habet Polyb. XXXI. 19. aut προσκρούειν, ut est apud Michaëlem Apostolium Proverb. Centur. VII. n. 29. Sed non video, quid sit, quod impediat, quo minus vulgatam teneamus scripturam, ea, quam in versione expressi, sententia, nisi ita ἐν τῷ αὐτῷ potius, quam πρὸς τὸν αὐτὸν scribendum fuisse putemus, quod tamen nec ipsum admodum necessarium videtur.

61. Polybio tribuit Valesius. An de Majore Africano agitur, in Sicilia versante? conf. Liv. XXIX. 19.

62. Ad Polybium retulit Toupius, Emend. in Suidam P. III. p. 518. edit. Lips. perspecteque χειρισμῷ correxit, pro mendoso χωρισμῷ, quod apud Suidam vulgo legitur.

mani autem, valde adprobantes fœdus Scipionis et rerum administrationem. Suidas in Ὑπερευδοκουμ. Scipio.

LXIII. Σκιπίων γοῦν, ὁ Ἀφρικανὸς ἐπίκλην, ἐκπεμπόμενος ὑπὸ τῆς συγκλήτου ἐπὶ τὸ καταστήσασθαι τὰς κατὰ τὴν οἰκουμένην βασιλείας, ἵνα τοῖς προσήκουσιν ἐγχειρισθῶσιν, πέντε μόνους ἐπήγετο οἰκέτας, ὡς ἱστορεῖ Πολύβιος καὶ Ποσειδώνιος. καὶ ἑνὸς ἀποθανόντος κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν, ἐπέστειλε τοῖς οἰκείοις, ἄλλον ἀντ' ἐκείνου πριαμένους πέμψαι αὐτῷ. *Scipio, cui Africano cognomen fuit, a Senatu legatus, ut terrarum orbis regna componeret, ac in manum eorum, quibus reddi æquum fuit, illa restitueret, servos tantum quinque secum duxit, ut narrat Polybius et Posidonius. Cumque unus ex illis in itinere vita esset functus, ad familiares literis datis mandavit, alium ut emerent ad sequc mitterent.* Athenæus Deipnosoph. lib. VI. pag. 273.

LXIV. † Οὐ δυνάμενος δὲ πεῖσαι ἐξ ἀκεραίου διὰ τὴν εὐλάβειαν καὶ ἀπραγίαν τοῦ προειρημένου βασιλέως, ἠναγκάσθη φ' τάλαντα προτεῖναι. καὶ δὴ συγκατέθετο βοηθήσειν ὁ Σέλευκος. *Cum autem persuadere simpliciter (et sine mercede) non posset propter timiditatem et ignaviam prædicti regis, quingenta talenta offerre coactus est. Atque ita Seleucus promisit, opem se laturum.* Suidas in Ἀκέραιος. Seleucus.

LXV. Ὁ δὲ ἔπλει, παράπλους ποιησάμενος τοὺς Σιδητῶν παρῶνας. ἦκον γὰρ Ῥοδίοις εἰς συμμαχίαν. *Ille vero cum classe profectus est, comitari sese jussis Sidetarum paronibus: auxilio enim hi venerant Rhodiis.* Suidas in Παρῶναι, quod tamen perperam ibi pro Παρῶνες vel Πάρωνες scriptum videtur. Sidetæ.

LXVI. Ὁ δὲ, τοὺς Συρακουσίους ἀνασείων, καὶ τὴν ἐλευθερίαν ἀποκαταστήσειν ἐπαγγειλάμενος. *Ille vero, Syracusanos ad bellum concitans, et libertatem se illis restiturum promittens.* Suidas in Ἀνασείειν. Syracusani.

68. De Minori Africano h. l. agi, satis certum est. De illa Scipionis legatione supra dixi in Testimoniis de Vita Polybii, Tit. VIII. n. 2. Conf. Davis. ad Ciceronis Acad. II. 2. et auctores ibi citatos, Plutarch. Apophthegm. p. 201, et Valer. Max. IV. 3, 13.

64. Polybio tribuunt Ursinus et Casaub.

65. Valesius Polybio tribuit. Ὁ δὴ, an Eudamus, classis præfectus Rhodiorum? Liv. XXXVII. 22 seq. παράπλους ex certa (ut mihi quidem videtur) conjectura correxi; cum nihili vocabulum παράπλους h. l. vulgo legatur apud Suidam, quod frustra interpretari solent, *postquam Sidetarum parones exarmasset.* παράπλους ναῦς idem est quod παρασπίσωσα, *navis quæ comitatur, quæ juxta navigat;* sicut παράπλους ναῦς idem quod προσπίσωσα, et ἰσοπλοῦς i. q. ἰσοπλίσωσα. De vocab. παρὼν sive πάρων, *minoris navigii genus* designante, vide Henr. Stephani Thes. Gr. Ling. in hoc vocab. et præsertim in vocab. Μυοπάρων, Adde Schefferum de Militia Navali Veterum, lib. II. cap. 2. p. 71 sq.

66. Vulgo apud Suidam in locum

Tarracon. LXVII. Πολύβιος· Οἱ Ῥωμαῖοι τὰς μὲν ναῦς ἐνεώλκησαν· τοὺς δὲ * ἐν τῇ Ταῤῥακῶνι συναθροίσαντες ἐκ τῶν προγεγονότων ἐλατῖωμάτων, ἐπίνειον ἐποίησαν, ἐπὶ τῷ προκαθίσαντας ἐπὶ τῆς διαβάσεως διαφυλάξαι τοὺς συμμάχους. *Romani vero, subductis in terram navibus, [milites sociosque] ex ante acceptis cladibus Tarraconem congregarunt, ibique castellum navale fecerunt, ut trajectui præsidentes tuerentur socios.* Suidas in Ἐπίνειον.

Thessalorum turbæ. LXVIII. Τῆς παρὰ τοῖς Αἰτωλοῖς χρεωκοπίας κατὰ τὴν Θεσσαλίαν ζηλωθείσης, καὶ πάσης πόλεως εἰς στάσεις καὶ ταραχὰς ἐμπιπτούσης. *Cum ad Ætolorum exemplum, Thessali quoque, ære alieno pressi, novas tabulas poscere conficereque cœpissent, eaque res civitates cunctas seditionibus et turbis complevisset.* Suidas in Χρεωκοπεῖται.

Tyana. LXIX. Τὸν δὲ, καθήμενον περὶ τὰ Τύανα, κατηργηκέναι καὶ καταπροΐεσθαι τοὺς καιρούς. *Illum autem, ad Tyana sedentem, otiosum esse, et rei bene gerendæ occasiones e manibus dimittere.* Suidas in Κατηργηκέναι.

Viriathus. LXX. † [Ὅτι βάρβαροί τινες κτείνουσι Βυρίατθον τυραννήσαντα, ταύτῃ προσάγεσθαι τὸν τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸν ἡγούμενοι εἰς εὔνοιαν. Καὶ δὴ ἀφικόμενοι τῶν τοῦ Βυριάτθου αὐθεντῶν τινες,

verbi ἀνασείων irrepsit ἐρεθίζων, quod alterius est interpretatio. Verum restituit Valesius, in Fragmentis Polybii. An agitur de Theodoto, qui cum Sosido Syracusanos simul ad libertatem, simul ad arma vocavit? Liv. XXIV. 21.

67. τῇ Ταῤῥακῶνι ex vetustis Suidæ editt. restitui. τῷ Ταῤῥακῶνι sua auctoritate edidit Ursinus in Fragm. Polyb. et post eum Casaubonus. τῇ Ταῤῥακώνῃ Küsterus cum Porto. Omnia hæc ferri possunt. Attamen diversa paulisper forma nomen hoc apud Polybium usurpatur, nempe Ταῤῥάκων, Ταῤῥάκωνος, Ταῤῥάκωνι, quam eamdem, omissis ceteris, Stephanus Byzant. notavit. At Suidas, suo loco, Ταῤῥακὼν, πόλις, ait, καὶ κλίνεται Τωῤῥακῶνος. Utro genere nomen hoc alias usurpaverit Polybius, ex locis, ubi occurrit, haud adparet. Ceterum ante hæc verba ἐν τῇ Ταῤῥακῶνι excidisse utique vocabulum στρατιώτας, συμμάχους, aut aliquid in eamdem fere sententiam videtur: nam cum Porto et Küstero componere τοὺς ἐν τῇ Ταῤῥακῶνι, et *Tarraconenses* interpretari, non placet. De Neronis forte in Hispaniam adventu post Scipionum calamitatem egerat hoc loco Polybius; quamquam non omnibus momentis conveniunt quæ de ea re Livius habet XXVI. 17.

68. Ad Polybium auctorem cum Ursino retulit Casaub. De Ætolorum novis Tabulis vide Polyb. XIII. 1. De Thessalorum turbis conf. Liv. XXXIV. 51.

69. Polybio tribuit Valesius. Ac passim de rebus Cappadociæ, quo pertinet hoc fragmentum, copiose egisse Polybium lib. XXXI. et seqq. ex Reliquiis Historiarum ejus adparet. Videri potest h. l. προΐεσθαι scribendum, ut de tempore præterito intelligatur, et conveniat cum κατηργηκέναι. Sed ipsum hoc κατηργηκέναι a Suida exponitur ἀνέργητον εἶναι in præsenti, *otiosum esse, in desidiam delapsum esse.*

70. Posteriorem fragmenti hujus partem inter Polybiana retulit Casaubonus; multum autem augeri illud posse, ex Suida in Βοριάνθος, notavit Gronovius. Ac potuerat quidem Polybius in rebus Hispaniæ, anno urbis 606. gestis, quo innotescere Viriathus cœpit, viri hujus mentionem facere: sed ad id tempus, quo periit Viriathus,

ἄθλα τῶν περὶ τὸν ἄνδρα πεπραγμένων ἠξίουν παρὰ Καιπίωνος κομίζεσθαι. Ὁ δὲ Καιπίων ἀποκρίνεται, μηδαμῶς εἶναι Ῥωμαίοις ἔννομον, ἐν ἐπαίνῳ ποιεῖσθαι τὰς κατὰ τῶν στρατηγῶν τοῖς ἀρχομένοις ἐπιχειρουμένας ἐπιβουλάς. *Barbari quidam Viriathum tyrannum interfecerunt, ea re putantes se imperatoris Romanorum benevolentiam sibi esse conciliaturos. Quidam igitur percussorum, Cæpionem adeuntes, cædis perpetratæ præmia ab eo postularunt. Quibus Cæpio respondit, non solere Romanos probare insidias, quas milites contra duces suos essent moliti.* Suidas in Βοῤῥανδος et in Ἐπιβουλαί.] Viriathus.

A. U. 614, non pertigit hujus scriptoris Historia universalis. Potuerat quidem etiam in introitu historiæ Belli Numantini, quam separatim perscripsit, res a Viriatho gestas breviter perstringere, quoniam ab hoc viro incitati arma primum ceperant Numantini, ut Appianus docet, Hist. Hispan. cap. 66. et 76. Sed Suidæ ætate jam pridem deperditus haud dubie fuerat ille Polybii liber, et in Constantini Porphyrogeniti Excerptis (e quibus hoc Fragmentum descriptum esse prodit initialis particula Ὅτι) nihil ex Polybii historia Belli Numantini decerptum constat. Denique in stylo totius hujus Fragmenti nihil magnopere inest Polybiani coloris, et solo nomine *Scipionis*, quod perperam vulgo h. l. apud Suidam legitur, inductus fuisse Casaubonus videtur, ut ex Polybii Historiis decerptum hoc fragmentum suspicaretur. Sed Καιπίωνος et Καιπίων pro vulgato Σκιπίωνος et Σκιπίων esse rescribendum, ipsumque illud portentum nominis Βοῤῥάνδος, quod ex vitioso codice Suidas in horrea sua retulit, ex Βοῤῥάνδος, Οὐοῤῥάνδος vel Οὐϊῤῥάνδος esse corruptum, docui in Emendationibus et Observationibus in Suidam, anno MDCCLXXXIX. editis, p. 24 sq. ibidemque de dissensione monui, facile quidem conciliandæ, quæ interesse videtur de morte Viriathi inter alios auctores (velut Livium Epit. lib. LIV. Velleium Paterc. II. 1. Valerium Max. IX. 6, 4. Auctorem de Viris Illustrib. in Viriatho) et inter hunc auctorem, e quo fragmentum nostrum ductum est, cum quo vicissim ad verbum pæne consentit Eutropius IV. 7, 16. ubi, *Viriatus*, ait, *a suis interfectus est... Cum interfectores ejus præmium a Cæpione consule peterent, responsum est, numquam Romanis placuisse, imperatorem a suis militibus interfici.*

POLYBII

FRAGMENTA GRAMMATICA.

I. † Ὁ ΔΕ φέρων ἐκαστέρω τὰ τῶν ἰδιωτῶν ἁβλεπτήματα· τὰ δὲ τῶν λογιστέρων αὐτὸν ἠνία. *Ille vero idiotarum peccata patienter ferebat; sed prudentiorum, male ipsum habebant.* Suidas in Ἁβλεπτήματα.

II. Ὁ δὲ, οὐ σφόδρα στοχαζόμενος τῆς τοῦ βασιλέως γνώμης, ἀβουλοτάτα διεπράξατο. *Ille vero, non admodum ratione habita sententiæ regis, imprudentissime rem est exsecutus.* Ἀβουλῶ.

III. Θαυμαστή γάρ τις κίνησις, ὡς ἔοικε, τἀνθρώπου πρὸς τοῦτο τὸ μέρος καὶ ἀγριότης. (ἐπὶ φιλαργυρίας.) *Mirus quidam motus ac ferus impetus, ut videtur, illius hominis in hanc partem fuit.* (*de avaritia agitur.*) Ἀγριότης.

IV. Ἠγανία δὲ, μὴ τοὺς στρατιώτας ἐπιλείπῃ τὰ ὀψώνια. *Timebat vero, ne milites cibaria deficerent.* Ἀγανῶ.

V. Ὁ δὲ στρατηγὸς, οὐ δυνάμενος ἐνεγκεῖν τὴν ἀδικοδοξίαν τῶν ταῦτα λεγόντων. *Imperator vero, cum ferre non posset iniquam eorum, qui ista dicebant, consilium.* Ἀδικοδοξ.

VI. Πολύβιος· Ἐπικρύπτειν ἅπασι τὴν ἀδεσίαν αὐτῶν καὶ τὴν ἀβεβαιότητα. *Apud omnes occultare perfidiam eorum et inconstantiam.* Ἀθεσία.

VII. Πολύβιος· Ὁ δὲ, προσπεσὼν, αἴρεται νίκην εὐτυχεστάτην. *Ille vero, hostem adortus, victoriam reportavit felicissimam.* Αἴρει.

VIII. Ἀκόλουθον ἐπέβη τὸ τέλος ταῖς προτέραις ἐνεργείαις. *Finis consecutus est, industriæ atque constantiæ consentaneus, quam ille adhibuerat.* Ἀκόλουθον.

1. Non video, quid spectans Casaubonus Polybio hoc fragmentum tribuerit, in quo nihil Polybianum equidem reperio.

2. De hoc minus repugnem, quod ab eodem Casaub. huc relatum est. Verbum στοχάζομαι ea notione, quam in vers. Lat. expressi, sæpius usurpat Polybius. Küsterus: *non admodum considerata nec satis intellecta sententia.*

3. Καὶ ἀγριότης. Adjeci καὶ cum Toupio, qui Polybio fragmentum hoc adsignat, Emend. in Suid. P. I. p. m. 14.

4. Polybianum utique mihi visum est, et jungitur apud Suidam aliis Polybianis.

5. Et alias vocab. ἀδικοδοξία usurpat Polybius, cui hoc fragm. tribuit Vales.

6. Polybianum esse, singula pene vocabula produnt.

Suidas in Ἀκρόπολις.

IX. Δαμάσκιος· Τὰ γὰρ ἐπιφανέστατα τῶν ὀχυρωμάτων ὡς ἐπὶπαν κοινὴν ἔχει τὴν φύσιν. Γνοίη δ' ἄν τις τὸ λεγόμενον ἐκ τῶν περὶ τὰς Ἀκροπόλεις συμβαινόντων. αὗται γὰρ δοκοῦσι μὲν μεγάλα συμβάλλεσθαι πρὸς ἀσφάλειαν τῶν πόλεων ἐν αἷς ἂν ὦσι, καὶ πρὸς τὴν τῆς ἐλευθερίας φυλακήν· γίνονται δὲ πολλάκις αἴτιαι δουλείας καὶ κακῶν ὁμολογουμένων, ὡς φησι Πολύβιος. *Damascius: Munimenta enim maxime insignia ancipitem plerumque naturam sua habent usum. Id ita esse, facile quis intelliget ex eis, quæ Arcibus solent accidere. Hæ enim multum quidem conferre videntur ad securitatem urbium, in quibus sunt, et ad libertatem tuendam: attamen haud ita raro servitutis et manifestorum malorum caussæ exsistunt, ut ait Polybius.*

Ἀλάστωρ. et Παρασταστικῶς.

X. Ὁ δὲ ἔγραφε πικρῶς καὶ παραστατικῶς, ἀλάστορας ἀποκαλῶν καὶ παλαμναίους διὰ τῆς ἐπιστολῆς, εἰ οὕτως αἰσχρῶς προήσονται τοὺς τόπους, μηδὲν παθόντες ἢ ἰδόντες κακόν. *Ille autem acerbe et ferociter scripsit, sceleratos eos et nefarios in epistola vocans, si tam turpiter loca prodituri essent, quum nullum malum nec passi essent nec vidissent.*

Ἀλκή.

XI. Πολύβιος· Οὐδὲ γὰρ καὶ λόγων ἀλκὴ θανάτου καταφρονεῖν. *Vis enim doctrinæ et rationis mortem etiam contemnere novit.*

Ἀλογιστία.

XII. Πολύβ. Ὀλίγοι δέ τινες ἦσαν οἱ κατανύσαντες. οἱ δὲ ἀντέπιπτον· ὧν οἱ μὲν ἀλογιστίαν, οἱ δὲ μανίαν ἔφασαν εἶναι τὸ παραβάλλεσθαι καὶ κυβεύειν τῷ βίῳ, τοιαράπαν ἀνενόητον ὄντα τῆς μάχης καὶ τῆς βαρβαρικῆς χρείας. *Pauci nonnulli probabant: at plerique refragabantur, quorum alii temeritatem, alii insaniam dicebant esse, caput objicere periculis, et vitam incertæ fortunæ aleæ committere, cum nescius omnino sis generis pugnæ et rationis, qua in rebus gerendis utuntur barbari.*

Ἀναδίξασθαι.

XIII. Πρὶν ἀναδίξασθαι τοὺς ἐσκεδασμένους ἐν ταῖς προνομαῖς. *Priusquam reciperet* (vel *rursus contraheret*) *eos, qui pabulandi causa dispersi erant.*

Ἀναδρομή.

XIV. Ἀναδρομὴ γίγνοιτο, κούσφαλλοίμεθα. Δεῖ πρόχειρον

9. Correxi τῶν πόλεων ἐν αἷς ἂν ὦσι, quod etiam in vers. Lat. expressit Küsterus. Mendose apud Suidam τῶν πολίων ἐν οἷς ἂν ὦσι.

10. Convenire utique videtur Polybio, cui tribuit Casaub. Vocabulo παραστατικῶς et alibi eadem notione utitur hic scriptor. Utitur et Diodorus Siculus, diversa paulisper notione, *fidenter, forti animo.* conf. Wesseling. ad Diodori Legat. XXVII.

12. Conferendus Suidas in Κατανύσαντες, in Ἀνενόητος, et in Κύβοι, et Κυβεύω. Suspicatus est Gronovius, spectari monitum quod Q. Fabius M. Livio dedit, ad bellum proficiscenti, *ne, priusquam genus hostium cognoscet, temere manum consereret.* Liv. XXVII. 40. At videtur potius de uno quodam viro agi, in certamen singulare cum barbaro quodam prodituro.

13. Medilis Polybianis interscribitur apud Suidam, et videtur recte a Casaub. Polybianis adnumeratum.

14. Polybio tribuit Casaub. eum

ἔχειν δεῖ τὸν στίχον τοῦτον. Τοῦτο μὴ ποιήσας Λεύκιος ὁ Ῥωμαῖος, μεγάλως ἐσφάλη. Οὕτω παρ' ὀλίγον σφάλλεται τὰ μέγιστα τῶν πραγμάτων, τῶν ἡγουμένων ἀκρισία. Ἱκανὰ τῶν τοιούτων παραδείγματα τοῖς εὖ φρονοῦσιν, ἥ τε Πύρρου τοῦ τῶν Ἠπειρωτῶν βασιλέως βία καὶ πάροδος εἰς Ἄργος, ἥ τε Λυσιμάχου στρατεία διὰ Θρᾴκης ἐπὶ Δρομιχαίτην τὸν βασιλέα τῶν Ὀδρυσῶν, καὶ πολλὰ δὴ τούτοις ἕτερα παραπλήσια. *Receptus tibi pateat; nec eventus cœpta frustrabitur. Hunc versum semper in promtu habere oportet; quod quia non fecit Lucius Romanus, in gravissimam calamitatem incidit. Sic maximæ res levi momento ad irritum recidunt, ducum imprudentia. Hujus rei documentum abunde præbent intelligentibus cum Pyrrhi, Epirotarum regis, violentia et irruptio in Argivorum urbem, tum Lysimachi expeditio per Thraciam adversus Dromichætem, Odrysorum regem, suscepta, multaque alia his similia.* Suidas in Ἀνάληψιν.

XV. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, τῶν γεγονότων οὐδὲν ὅλως εἰδότες, περὶ ἀναζυγῆς ἐγένοντο. *Romani vero, prorsus ignari eorum, quæ accidissent, reditum parabant.* Ἀναζυγαῖς.

XVI. Οἷς δ' ἅμα ἀναταδεὶς καὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ φόβον ἐπικρεμάσας. *Aliis vero minas simul intentans, et metum sui incutiens.* Καὶ, ἀνατατικῶς κελεύων· (ἀντὶ τοῦ προστακτικῶς καὶ ἐμβριθῶς.) *Minaciter imperans.* Ἀναταδὰς et Ἐπικρεμάσας.

XVII. Τὰ μὲν φιλάνθρωπα παρεσιώπων, τὰς δὲ ἀνατάσεις καὶ ἀπειλήσεις ἔλεγον. *Quæ quidem ad benignitatem pertinebant, silentio præterierunt; quæ duriora erant, et minas, commemorarunt.* Ἀνατάσεις.

XVIII. Ὁ δὲ, συναθροίσας τοὺς φίλους, ἀνεδίδου διαβούλιον, τί δέον εἴη πρᾶξαι. *Ille vero, convocatis amicis, deliberandum proposuit, quid facto esset opus.* Ἀνεδίδου.

Ursino: nec videtur ab usu hujus scriptoris abhorrere. Quis vero sit *Lucius* ille, cujus calamitas occasionem præbuit auctori præceptum hoc lectoribus suis inculcandi, viderint doctiores. An idem, cujus mentio fit in Fragm. Historico XXVI? An L. Postumius, de quo Liv. XXIII. 24. ad A. U. 538? Sic decerptum fuerit fragmentum e fine libri VI. Aliud haud dubie egerat Reiskius, cum ad hoc Fragm. (in Animadv. ad Polyb. p. 781.) scripsit: "Lucius Romanus, qui hic commemoratur, est L. Cornelius Scipio, patruus Africani majoris, qui cecidit una cum fratre in Hispania." Avunculo illi Africani majoris, Cnæo non Lucio fuisse cognomen, norunt omnes. In Græcis verbis nonnulla correximus; scil. primo τῶν ἡγουμένων, pro ἡγεμόνων, quod perperam vulgo apud Suidam scriptum legitur; et deinde στρατεία pro στρατιὰ, quod vulgo h. l. editur.

15. Proxime subjicitur alii Fragmento apud Suidam, quod citra dubium Polybii est, et recte hoc ipsum ad eumdem auctorem retulisse videtur Valesius.

16. Hæc duo, et id quod sequitur num. 17. probabiliter Polybio tribuit Casaub.

18. Ad Polybium auctorem recte retulit Ursinus. Similia verba legnntur VII. 5, 2. nec tamen ita paria, ut cum Gronovio putandum sit, ex illo loco confictum esse hoc fragmentum.

Suidas in Ἀπιστότατα.

XIX. Πολύβιος· Πάντων δὲ ἦσαν τούτων οἱ στρατηγοὶ ἀγνοήτοι. *Horum autem omnium ignari erant duces.*

Ἀπιστοτάτως.

XX. Οὐκ ἄξιον, ἀπιστοτάτως παραβραμεῖν περὶ τῶν τοιούτων. *Non decet, hæc talia sine notatione prætermittere.*

Ἀπαραγγ.

XXI. Πολύβιος· Καὶ πανταχόθεν ἀπαραγγέλτως ἠθροίζοντο. *Et undique injussi conveniebant.*

Ἀνίσταντο.

XXII. Πολύβ. Ἐκεῖνον γὰρ οὔτε σκότος, οὔτε χειμῶνος μέγεθος ἀπέστησεν οὐδέποτε τῆς προθέσεως· ἀλλὰ, καὶ ταῦτα διαθούμενος, καὶ τὰς ἀῤῥωστίας ἐκπονῶν, καθῖκτο, καὶ διευτυχήκει πάντα τὸν χρόνον. *Illum enim neque tenebræ, neque tempestatis magnitudo a proposito umquam dimoverunt: sed, hæc incommoda fortiter superans, et morbum labore vincens, consecutus est propositum, et perpetua felicitate est usus.*

Ibid.

XXIII. Πολύβ. Ἀποσχόντες τῆς ἰδίας παρατάξεως ἐφ' ἱκανόν τινα τόπον, οἱ μὲν πλείους ἀπέστησαν· (immo ὑπέστησαν·) δύο δὲ ἐπὶ πολὺ προῆλθον. *Cum ab acie sua satis longo intervallo abessent, plerique quidem substiterunt, duo vero longius progressi sunt.*

Ἀπηρείσατο.

XXIV. Πολύβ. Ὁ δὲ, ἀπορῶν τοῖς ὅλοις, πέρα ἐπί τινα τοιαύτην ἐλπίδα κατὰ τὸ παρὸν ἀπηρείσατο τὴν ἐνεστῶσαν ἀπορίαν. *Ille vero, de summa rei sollicitus, tali tandem spe in præsenti difficultate nisus est.*

Ἀπλῶς.

XXV. Πολύβ. Οὐ καιρὸς ἀφυέστερος οὐ γέγονεν ἁπλῶς. *Quo nullum utique tempus extitit magis alienum.*

Ἀποστομοῦν.

XXVI. Προέθετο τὰς διώρυγας ἀποστομοῦν τὰς ἐπιφανεστάτας. *Fossas maxime insignes terra obruere statuerat.*

Ἀπὸ τοῦ κρατίστου.

XXVII. Πολύβ. Καὶ τὸ μὲν παλαιὸν ἀπὸ τοῦ κρατίστου ἐγένετο παρὰ Ῥωμαίοις ἡ Μονομαχία. ἐν δὲ τοῖς καθ' ἡμᾶς καιροῖς

19. Plenius repetitur hoc Fragmentum in voc. Στρατηγία, et jam insertum est a nobis lib. XI. 8, 2. ut non repeti debuerit hoc loco. Aliud Fragm. quod habet Suidas ad voc. Ἀπιπόητον, vide supra in Ἀλογευτία.

20. Colorem utique habet Polybianum, et perspecte huc retulit Valesius.

22. Καθῖκτο ex conject. correxi; intell. τῆς προθέσεως. Vide Lexic. Polyb. in καθιπτῶσθαι. Mendose vulgo καθῆστο.

23. Ex mendoso codice hæc descripsit Suidas, in quo ἀνίστασαν erat, pro ὑπέστησαν, quod non dubito scriptum fuisse a Polybio. Bene habet interpretatio Lexicographi, cum addit, ἀντὶ τοῦ ἰσχυν τοῦ δεύμου, id est, *inhibuerunt cursum*. Contra ἀνίστασαν est *defecerunt*, quod nullo modo videtur esse hujus loci. Paullo ante, pro τόπον, quod recte posuit Casaubonus, perperam τρόπον legitur apud Suidam.

25. Repetitur in Ἀφυής.

26. Gronovius, in Fragmentis Polybianis hoc referens, hanc notam subjecit: "Suspicor, ceteris ad complendum sensum, ut solet, a Suida adjectis, ortum hoc Fragm. ex lib. V. cap. 62. (vers. 4.) quamquam ibi legatur ἀποστομοῦν."—Sed quum ἀποστομοῦν, ut recte monuit Küsterus, contrariæ sit significationis τῷ ἀποστομοῦν, nec cetera satis conveniant; ex alio Polybii loco (si modo Polybii est, quod equidem non negem,) decerptum esse Fragmentum oportet.

πολλαὶ ὁδοὶ εὕρηνται. *Et olim quidem apud Romanos singula-* Suidas in
ria certamina bona fide fiebant. Nostris vero temporibus
multæ fraudes inventæ sunt.

XXVIII. † Δείσαντες οὖν τὸ ἀπραγμάτευτον, λυπρᾶς οὔσης Ἀπραγμά-
αὐτῶν τῆς γῆς, καὶ πάσης ἀθρόον ἀγορᾶς διακλεισθέντες, ἐν ἀκαρεῖ τευτον.
χρόνῳ ἐκινδύνευον διαφθαρῆναι. *Metuentes igitur, ne negotiatione*
et commercio privarentur, cum terra ipsorum parum esset
fœcunda, omni commeatu prorsus interclusi, periculum erat,
ne brevi tempore perirent.

XXIX. Πολύβ. Ἀκούων ταῦτα πάντα διὰ τῆς αὐλαίας, ἐγέλα Αὐλαία.
ὁ βασιλεύς. *Hæc omnia per aulæum audiens, risit rex.*

XXX. Πολύβ. Προορώμενος δὲ καὶ καταβρωδῶν τὸ βάρος καὶ Βάρος.
τὸ φιλόνεικον τῶν ἀνθρώπων. *Prospiciens vero* (vel *suspectum*
habens) *et formidans potentiam hominum et ingenium con-*
tentiosum.

XXXI. Πολύβ. Ὁ δὲ ἐξαναστὰς προῆγε, τὰ μὲν ὑπὸ τῆς ἀῤῥω- Βαρυνόμενος.
στίας, τὰ δὲ ὑπὸ τῆς ἡλικίας βαρυνόμενος. εἶχε γὰρ ἑβδομηκοστὸν
ἔτος. *Ille vero, discedens inde, progressus est, partim quidem*
morbo, partim vero ætate gravatus. Septuagesimum enim
agebat ætatis annum.

XXXII. Πολύβ. Τότε νομίσας τὴν ἐκ πυρὸς ἔχειν βάσανον, Βασανίζειν.
ἀπελύθη τῆς ὑποψίας. *Tunc existimans, se habere explorati-*
onem per ignem, liberatus est suspicione.

XXXIII. † Ὁρῶν δὲ τοὺς στρατιώτας δεισιδαιμονοῦντας ἐπὶ Δεισιδαίμων.
τοῖς σημείοις, ἐφιλοτιμεῖτο διὰ τῆς ἰδίας ἐπινοίας καὶ στρατηγίας
μεταθεῖναι τὰς τοῦ πλήθους εὐλαβείας. *Videns autem, prodigia*
animis militum injecisse religionem, commento aliquo suo arte-
que metum multitudinis in fiduciam vertere studebat.

XXXIV. Πολύβ. Διαβιασάμενος δὲ τὴν ἀσθένειαν τῇ συνηθείᾳ Διαβιασάμ.
τῇ πρὸ τοῦ, παρῆν ἐξ Ἄργους εἰς Μεγαλόπολιν αὐθημερόν. *Sed*
infirmitatem vi vincens, propter superioris temporis consue-
tudinem, Argis eodem die Megalopolin pervenit.

XXXV. Ἔδοξεν οὖν αὐτῷ ἐπισφαλὲς ἔχειν τι κοινωνῆσαι αὐτοῖς Διατυούσης.

28. Polybio tribuit Ernest. in Lexico Polyb. voc. Ἀπραγμάτ.

29. De Antigono hoc dici putavit Casaub. et conferre jussit Senecam de Ira III. 22. Sed res Antigoni expesuit Polybius lib. II. usque ad quintum, qui integri supersunt, nec in eis reperiuntur ista verba.

30. Βάρος h. l. Suidas interpretatur τὸ πλῆθος, τὴν ἰσχύν.

31. An eodem pertinet Fragm. quod exhibemus infra ad vocab. Διαβιασάμενος, n. 34?

33. Ad Polybium auctorem retulit hoc Valesius; pariterque illud, quod habet Suidas in Διέξεντες his verbis: Οἱ δὲ αἰφνιδίως ἐπιπεσόντες τῷ τάγματι καὶ διὰ τῆς φάλαγγος διέξαντες (sic pro διίξαντες legere jussit Vales.) προσωτέρω τοῦ Ῥωμαίους. Id est: *Illi vero repente leg onem invadunt, et, cum vallem transiissent, in Romanos impetum faciunt.*

35. Polybio probabili ratione tribuit idem Valesius. αὐτῷ ante ἐπισφαλὲς inseruit Küsterus, quod non est in

Suidas in τῆς πράξεως, καὶ διαπεσούσης καὶ συντελεσθείσης τῆς ἐπιβουλῆς. *Videbatur igitur res periculo non vacare, si conspirationis illorum particeps fieret, sive ad irritum cecidissent insidiæ, sive ad speratum finem essent perductæ.*

Διαστύσας. XXXVI. † Τοὺς μὲν στρατιώτας διασπεύσας, τοὺς δὲ χιλιάρχους παρακαλέσας ἅψασθαι τῆς πράξεως. *Cum milites incitasset, et tribunos militum cohortatus esset, ut manum operi admoverent.*

Διασχών. XXXVII. Πολύβ. Ὁ δὲ, διασχὼν τῶν πολεμίων ὡς τρία στάδια, κατεστρατοπέδευσε, μεταξὺ λαβὼν τὸν ποταμόν. *Ille vero, cum tria circiter stadia ab hoste abesset, castra posuit, fluvium munimenti loco hostibus objiciens.*

Διατατικώτερον. XXXVIII. Πολύβιος· Τοῦτ' ἄμεινον ὑπολαμβάνοντες εἶναι καὶ διατατικώτερον, τὸ μήτε τῷ καιρῷ, μήτε ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς καὶ παραστατικαῖς διαθέσεσι παραγίγνεσθαι τῶν ἐναντίων. Quæ Küsterus, obscurissimum esse hoc fragmentum conquerens, sic est interpretatus: *Melius existimantes esse, et prudentiæ ducis magis conveniens, neque temporis opportunitatem negligere, neque ad hostes accedere, cum duces pro concione animos illorum orationibus accendissent.* Jo. Alb. Fabricius ad Sextum Emp. p. 225. his verbis Latine reddendum idem fragm. putavit: *Hoc melius ducentes esse, et quo ab inimicis*

superioribus Suidæ editionibus, et pro ἴχνη τι, quod haud male dabant illæ, ἴχνιτι edidit, nescio an ex MStis, quorum tamen nullam fecit mentionem. In fine pro ἐπιβουλῆς fortasse ἐπιβολῆς legendum, quod vocab. frequentissime cum illo solent commutare librarii. ἐπιβουλὰ *insidiæ*; ἐπιβολὰ *inceptum, institutum, molitio.*

36. Et hoc ad Polybium Valesius retulit.

38. Putavi, agi fortasse de dura aliqua conditione, hostibus pacem petentibus proposita, de qua deliberaturi illi erant. Quærebatur, an legati Romani interfuturi essent deliberationi. Consultius duxerunt, non interesse: id et tutius sibi fore existimantes, et majorem etiam vim habiturum; quoniam, si præsentes hi adessent, ad preces fortasse converterentur illi; si abessent, viderent, nil aliud superesse, nisi ut aut acciperent conditionem, aut extremam belli fortunam tentarent. Sed hanc meram esse conjecturam, pulcre intelligo. Ceterum non adsentior Küstero et Fabricio, διατατικώτερον legendum putantibus, in cujus tamen vocabuli interpretatione mire alter ab altero dissentit. Apud Sextum Empir. adv. Mathem. lib. I. cap. 2. sect. 45. (ad quem locum Fabricius de hoc Polybii Fragm. disserit) manifesto errore διατατικώτερον scribitur pro διατονικώτερον, quod ibi non, ut Fabricius voluit, *distinctionem* denotat, sed *majorem extensionem, quæ tribuitur alicui vocabulo;* quemadmodum cum ex ipso contextu adparet, tum extra omnem dubitationem ponitur per verbum διατέθη, quod mox ibidem sequitur, et recte ab eodem Fabricio exponitur de *majore extensione*, qua accipitur vocabulum *Grammaticæ*, quod prima origine non nisi ipsarum literarum, id est, elementorum scripturæ notitiam significaverat. Sed h. l. notio vocabuli διατατικώτερον ab alia notione verbi διατείνομαι derivari debuit, nempe qua *contendere, niti* denotat. Confer quæ notamus ad Polyb. X. 27, 7. ubi vocab. διάτασιν huic scriptori restituimus, cum in διάβασιν esset corruptum. Porro, quum pro τῷ καιρῷ (quod in Fragm.

magis dignoscatur, si cum adversariis non versentur, neque quando occasione illi gaudent, neque quando conventus celebrant, aut efferuntur animis. Mihi talis fere visa est esse sententia: *Hoc melius existimantes et majorem vim habiturum, si ipsi tempori et concioni feroci ac tumultuosæ adversariorum non interessent.* Suidas in

XXXIX. Πολύβ. Ὅταν ᾖ τὸ δίκαιον ἐκλαβεῖν παρὰ τῶν ἀδικησάντων, ἢ κατὰ νόμους, ἢ κατά τινας ἄλλας ὑποκειμένας δικαιοδοσίας. *Cum jus suum repetere ab eis, qui injuriam nobis fecerunt, licet, vel secundum leges, vel secundum alias, usu et instituto receptas satisfaciendi rationes.* Διπαιοδοσία.

XL. Πολύβ. Ἀπελθεῖν εἰς πόλιν, ἣ δυεῖν μὲν ἡμερῶν ἀπεῖχε. *Abire in urbem, quæ bidui itinere aberat.* Καὶ αὖθις· Δυεῖν προελέσθαι θάτερον, ἢ τὸ, ἢ τό. *Duarum rerum alteram eligere, aut hoc, aut illud.* Δυεῖν.

XLI. Πολύβ. Ἐς παραπλησίαν διάθεσιν ἦλθον τοῖς ἐν ταῖς πολυχρονίοις ἀῤῥωστίαις δυσκοτμοῦσι. *Eodem modo adficiebantur, ac illi, qui cum diuturnis morbis conflictantur.* Δυσκοτμ.

XLII. Πολύβ. Τοῖς βουλομένοις πάντα κίνδυνον ἐθελοντὴν ὑπομένειν. *Illis, qui omne periculum ultro sustinere voluissent.* Forsan et huc referendum illud: Προσλαβὼν ἐθελοντὰς ἐκ παντὸς τοῦ στρατεύματος. *Secum sumens eos, qui ex omni exercitu sponte se obtulerant.* Ἐθελοντήν. Ἐθελοντάς.

XLIII. Πολύβ. Φῶς ἑαυτοῖς παρεσκεύαζον εἰς τὸ μήτε σφάλλεσθαι, μήτ' εἰκοβολεῖν. *Lucem sibi pararunt, ne vel laberentur, vel temere jacularentur.* Εἰκοβολεῖν.

XLIV. † Πρόδηλος γὰρ ἐγένετο ἡ φυγὴ, καὶ ὑπεναντίων ἐκκλήσεις πρὸς ἐπίθεσιν. *Manifesta enim fuit fuga, quæ hostes ad eos invadendos invitabat.* Ἐκκλήσεις.

---

nostro recte legitur in omnibus Suidæ editionibus) Ursinus in Polybii Fragmentis, nescio quo casu vel consilio τῶν καιρῶν scripsisset, adoptans hanc scripturam Casaubonus, excidisse verbum ἀμελεῖν putavit, quod nescio quo pacto probare et in versione Latina exprimere potuerit Küsterus. Denique quod στεγνίσθαι pro παραγίνεσθαι ad oram libri adscripsit Ursinus, id quo pertineat, ipse viderit.

39. Idem Fragm. repetitur apud Suid. in Ἐκλαβεῖν. Ad verba ἄλλας ὑποκειμένας διπαιοδοσίας monuit Casaubonus: "puta, per arbitros, et legationes intercedentium populorum."—Posses etiam intelligere peculiares quasdam conventiones de jure dicendo inter duas civitates initas, quæ σύμβολα dicuntur. conf. Polyb. XXXII. 17.

40. Posterius Fragm. an pariter Polybii sit, non definiverim. Sæpe apud Suidam verba καὶ αὖθις non significant, esse aliud Fragmentum *ejusdem auctoris*, sed esse aliud exemplum, quo idem usus vocabuli vel phraseos confirmetur. Ceterum, in hoc quidem exemplo, parum refert.

43. Posses suspicari, agi de expeditione nocturna Scipionis adversus castra Syphacis et Pœnorum; sed ea res narratur in Reliquiis lib. XIV. cap. 4 sq. neque ibi ista verba leguntur.

44. Polybianum hoc mihi visum

Suidas in Ἐκμηχ.

XLV. Ὁ δὲ, ἐκμηχανησάμενος τὴν δύναμιν ἐκ τῶν δυσχωριῶν, κατεστρατοπέδευσε. *Ille vero, cum copias ex locorum angustiis expedivisset, castra metatus est.*

Ἐκ συγκειμ.

XLVI. Τότε δὲ καὶ εἰς τάξιν τινὰ ὥσπερ ἐκ συγκειμένου κατέστησαν, καὶ ἐν κόσμῳ τὸν ἀγῶνα ἐποίησαν. *Tunc vero etiam velut ex composito aciem quodammodo instruxerunt, et ordine pugnam commiserunt.*

Ἐκφανεστ.

XLVII. Πολύβ. Τὸ γὰρ μάλιστα λυποῦν ἀεὶ τῶν ἐν χερσὶν ὄντων, ἐκφανεστάτας ἔχει τὰς χαράς. *Quod enim in præsens maximo dolore nos adficit, id (postea) maxime insignem adferre lætitiam solet.*

Ἐνέσαν.

XLVIII. Καὶ τοῖς πύργοις πῦρ ἐνέσαν. *Et turribus ignem injecerunt.*

Ἐξέβη.

XLIX. Πολύβ. Ἐπιγίγνεται χειμῶνος μέγεθος ἐξαίσιον. *Supervenit insolita gravissimaque tempestas.*

Ἐξαυτῆς.

L. Ὁ δὲ ἐξαυτῆς προῆγε, βάδην τῇ πορείᾳ χρώμενος. *Ille vero confestim profectus est, presso gradu incedens.*

Ἐξιδιάσε.

LI. Οὐ μόνον ἑαυτοὺς ἐξεθεάτρισαν, ἀλλὰ καὶ τὴν Ἑλλάδα πᾶσαν κατέστρεψαν. *Non solum se ipsos publico contemtui exposuerunt, sed etiam totam Græciam everterunt.*

Ἐξίστησι.

LII. † Ὁ δὲ τῇ πολυχρονίῳ τριβῇ τῶν πολεμικῶν οὐδ' ὅλως ἐξέστη τῶν φρενῶν. *Ille vero, propter diuturnum rerum bellicarum usum, nequaquam de statu mentis dejectus est.*

Ἔξοινος.

LIII. Πολύβ. Ἔξοινοι γεγονότες καὶ κατὰ τὰς σκηνὰς ἐῤῥιμμένοι πάντες, οὔτε παραγγέλματος ἁπλῶς ἤκουον, οὔτε τοῦ μέλλοντος ἐλάμβανον οὐδ' ἠντιναοῦν πρόνοιαν. *Omnes autem, vino madidi, et per tentoria strati, nec imperium ducis audiebant, nec de futuro ullo modo erant solliciti.*

Ἐξ ὁμολόγου.

LIV. Διὰ τὰς ἐξ ὁμολόγου καὶ συστάδην μάχας πολλοὶ ἔπιπτον ἐξ ἀμφοτέρων. *Præliis ex composito pugnatis et statariis multi utrimque ceciderunt.*

Ἐπιγινήμ.

LV. Πολύβ. Δεῖ τοὺς ὀρθῶς βουλευομένους περὶ τοῦ πολέμου, καθάπερ καὶ τοὺς ἐν ταῖς ἀῤῥωστίαις, μηδὲν ἧττον τῶν ἐπιγεννημάτων

est. Eodemque referendum puto id, quod est in voc. Ἐλογιζ. Ἐλογιζόμενος τὸ πλῆθος τῶν στρατῶν. *Reputans copiarum multitudinem.*

45. In Polybianis recte retulit Casaub. et probabili ratione illud quoque, quod sequitur n. 46.

48. Ad Polybium retulit Gronovius.

50. Polybianis adscribendum putavi.

51. Agebatur fortasse de Callicrate ejusque sociis, Græciæ proditoribus; de quibus vide Polyb. in Reliq. lib. XXX. c. 10. et c. 20. Sane quidem non immerito scriptori huic fragmentum hoc tribuit Casaub. Conf. Suid. in Θωρήξω, ubi idem fragm. repetitur.

52. Polybii esse suspicatus est Toupius, Emend. P. I. p. m. 120.

54. Polybianum mihi etiqe visum est, licet vulgo in Polybii Fragmentis non soleat referri.

55. Ἐπιγινήματα Suidas interpretatur τὰ ἐξ ὑστέρου τοῖς πρώτοις ἀναφυόμενα, *mala, quæ vulneribus deinceps accedunt.*

ποιεῖσθαι λόγον, ἢ τῶν ἐξ ἀρχῆς ὑπαρχειμένων παθῶν. *Oportet illos, qui bellum recte et prudenter gerere volunt, quemadmodum in morbis, non minorem habere rationem accidentium, quæ deinde accesserunt, quam malorum, quæ initio adfuerunt.* Suidas in

LVI. † Καὶ ἐφ' ὧν ἐνόμιζε πλεονεκτήσειν κατὰ τὴν μάχην ἐπιλογισάμενος, πείθει. *Et cum (breviter) enumerasset ea, ob quæ in prælio superiorem se fore putabat, rem eis persuasit.* Ἐπιλογισάμενος.

LVII. Πολύβ. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι θείας ἐπιπνοίας τινὸς ἐπεπλήρωντο· τήν τε προθυμίαν ἀνανταγωνίστῳ σθένει φραξάμενοι, * *. *Romani vero adflatu quodam Numinis erant repleti; et animorum alacritatem invicto robore munientes &c.* Ἐπίστευσα.

LVIII. Τοὺς μὲν χάρισι, τοὺς δὲ κολάσεσιν, ὡς καὶ τοῖς ἄλλοις παράδειγμα εἶεν, ἐπισημαίνεσθαι. *Alios beneficiis, alios vero pœnis, ut aliis etiam exemplo sint, insignes reddere.* Ἐπισημήνασθαι.

LIX. Τὰ δὲ τῶν πόλεων πράγματα ἀλλοιοτέρας ἔτυχεν ἐπιστάσεως καὶ μεταβολῆς. *Res vero civitatum graviorem nactæ sunt animadversionem et mutationem.* Ἐπίστασις.

LX. Ἡ σύγκλητος, πλείονος ἐπιστροφῆς εἶναι τὸ πρᾶγμα νομίσαντες, *. *Senatus, hanc rem majori cura dignam esse judicans &c.* Ἐπιστρ.

LXI. † Οἱ δὲ, πεισθέντες, καὶ παραδόντες ἑαυτοὺς εἰς τὴν ἐπιφορὰν τῶν πολεμίων, ἀπέθανον γενναίως. *Illi autem, verbis (illius) persuasi, hostibus irrumpentibus corpora sua objecerunt, ac fortiter occubuerunt.* Ἐπιφορά.

LXII. Ὁ δὲ ἐπραξικόπει τὴν πόλιν, ἐκ πολλοῦ κατασκευαζόμενος ἐν αὐτῇ προδότας. *Ille vero urbem fraude ac dolo occupare studuit, proditoribus a longo jam tempore in ea subornatis.* Ἐπραξικόπησε.

LXIII. Πολύβ. Πάσης ἐπῳδῆς καὶ γοητείας καὶ περιάμματος πεῖραν ἐλάμβανον. *Omnis incantationis et præstigiarum et amuletorum periculum fecerunt.* Ἐπῳδή.

LXIV. Πολύβ. Ἁπλῶς δὲ πάντα κατὰ τὸ συνεχὲς, ἐκ τῆς ἀρχῆς ἄχρι τέλους, ἰσχεδίασθαι καὶ διημαρτῆσθαι. *Prorsus autem omnia, perpetua serie, ab initio ad finem usque, negligenter et perperam facta esse.* Ἐσχεδίαζον.

LXV. Πολύβ. Τοῦ δὲ λέγειν ἀληθινῶς ταῦτα, πίστιν ἕξη ποιήσειν εὐδοκουμένην. *Se autem vera ista dicere, fidem se sufficientem aiebat facturum.* Εὐδοκουμ.

56. Polybio tribuit Casaubonus; cui adsentirer, si esset ἐπιλογισ. pro ἐπιλογισάμενος.

58. Polybianis apud Suidam jungitur, ac videtur utique ipsum pariter Polybianum. ἦν correxit Ursinus. Apud Suidam vulgo ἤν, mendose.

59 Et hoc recte ab Ursino et Casaub. ad Polybium relatum videtur.

60. Polybianum mihi visum est.

61. Ad Polyb. retulit Casaub.

62. Rursus Casaub. cum Ursino.

65. Forsan ejusdem Polybii est illud in Εὐδοκεῖν. Ὁ δὲ ἕξη εὐδοκεῖν· σαῖς

Suidas in Εὐήθης. LXVI. Πολύβιος. Εὐήθως ἐκλογιζόμενοι τὰ παρόντα καὶ παιδικῶς. *Stulte ac pueriliter de præsentibus judicantes.*

Εὐκαιρεῖν. LXVII. Ὁ δὲ ἐκάλει τῶν πολιτῶν τοὺς δοκοῦντας εὐκαιρεῖν τοῖς βίοις. *Ille vero vocavit cives, quotquot opulentiores habebantur.*

Εὐρεσιλόγος. LXVIII. Πολύβ. Ἔχων δὲ καὶ πλείω λέγειν, ἀγωνιῶ, μὴ δόξω τισὶν ὑμῶν οὐκ ἀναγκαίως εὑρεσιλογεῖν. *Quamvis plura habeam dicenda, vereor tamen, ne cui vestrûm verbosior esse videar, quam sit necesse.*

Ἔφεδρος. LXIX. Ἔφεδροι γίνονται τοῖς καιροῖς, καὶ ἑτοίμως διάκεινται πρὸς τὸ πάλιν ἀντοφθαλμεῖν τούτοις. *Occasioni imminentes, cum hoste rursus congredi cupiunt.*

Ἐφέσεις. LXX. † Ἀπὸ δὲ τῆς τῶν στρατιωτῶν γνώμης λαβὼν ἔφεσιν παρὰ τοῦ στρατηγοῦ, ξένην καὶ παράδοξον βοήθειαν ἐπορίσατο πρὸς τὴν ὑποκειμένην κατάστασιν. *Cum autem ex sententia militum potestas ei ab imperatore esset facta, novum plane et insperatum auxilium rebus præsentibus adtulit.*

Ἐφιστάμενος. LXXI. Ὁ δὲ ἐπορεύετο, ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε ἐφιστάμενος. *Ille vero proficiscebatur, subinde subsistens.*

LXXII. † Ὅσον δ' ἂν χρόνον τὸ ἡγούμενον τοῦ στρατεύματος ἐπιστῇ, τοσοῦτον ἀνάγκη χρόνον δι' ὅλου τοῦ στρατεύματος γίνεσθαι τὴν ἐπίστασιν. *Quamdiu primum agmen subsistit, tamdiu necesse est et reliquos in toto exercitu milites gradum sistere.*

Ἡρμόσαντο. LXXIII. Πολύβ. Οἱ δὲ στρατιῶται πάντα ἡρμόζοντο πρὸς τὴν εἰς οἶκον ἐπάνοδον. *Milites autem omnia præparabant ad reditum.*

λεγομένοις, εἰ λάβῃ (rectius λάβοι, vel ἐὰν λάβῃ) πίστιν. *Ille vero ait, se dicta probare, si modo fides sibi daretur.*

67. In Polybianis probabiliter numeravit Valesius.

68. οὐκ ἀναγκαίως restitui ex Suidæ edit. Mediolanensi: quod quum in seqq. editt. corruptum esset in οὐκ ἀναγκαίων, Küsterus, claudicantem videns orationem, et illam principem editionem ad h. l. non consulens, addita præpositione legendum censuit περὶ οὐκ ἀναγκαίων.

69. Polybio tribuit Casaub. haud improbabiliter; sed quod ibidem sequitur apud Suidam Fragmentum, temere utique ad eumdem auctorem cum Ursino retulit idem Casaub.

70. Nescio quid spectans, ad Polybium retulit hoc Fragm. Valesius.

71 et 72. In Polybianis posuit idem Valesius, pro uno numerans duo diversa Fragmenta, ut vulgo factum est a Suidæ editoribus.

73. Poterat h. l. inseri Fragm. quod profert Suidas in Ἡμιολίοις, quod infra in Ὑπερωθμίσας, ubi repetitur a Suida exhibemus. Ad idem vocab. Ἡμιολίοις aliud Fragm. Suidas habet, quod Valesius ad eumdem auctorem Polybium referendum putavit, suffragante Ernesto in Lex. Polyb. voc. ἡμιολία. Est autem hujusmodi: Λῃσταί τινες εἰς πολυχειρίαν, καὶ πειρατικαῖς ἡμιολίαις τῇ Λακωνικῇ προσενεχθέντες εἰς τὰ χωρία ἐσωσάμενα, λείαν ἀπήγαγον. Id est, ex versione Küsteri: *Latrones quidam magna manu et piraticis naviculis ad Laconicam appulsi, in agros irruptione facta, prædam abegerunt.* Quibus in verbis nihil Polybiani coloris me invenire, ingenue profiteor. εἰς πολυ-

LXXIV. Οἱ δὲ ἡρμόσαντο πρὸς τὴν βούλησιν, καὶ συνέθεντο δέκα τάλαντα δώσειν. *Illi vero consilium probarunt, et pacti sunt, decem talenta se daturos esse.* Suidas in

LXXV. Τὸ ἱμείρειν τοῦ βίου καὶ φιλοζωεῖν, τῆς μεγίστης ἀγενείας ἐστὶ σημεῖον καὶ κακίας. *Vitæ amore ac desiderio teneri, animi maxime humilis et ignavi signum est.* Ἱμείρω.

LXXVI. Πολύβ. Παραπλήσιόν τι πάθος ἔφασκε τοῖς ἐπὶ τῶν ἱππαφέσεων· οἷον εἰκὸς ἐφιστάμενοι ἐκ τῶν αἰρομένων πυρσῶν. Quæ ita interpretatus est Küsterus: *Dicebat hunc casum similem esse illis, qui in ludis equestribus, cum equi ad cursum emittuntur, accidere solent. Tunc enim faces, in altum sublatæ, [cursus signum] expectantur.* Ἱππαφισ.

LXXVII. † Διαψευσθεὶς δὲ τῆς κρίσεως, ἐν οὐδενὶ τῶν ἀμφισβητουμένων ἰσολογίαν ἕξειν οὐδέποτε πρὸς τὸ συνέδριον. Küsterus: *Cum eventus judicii spem ejus fefellisset, (existimavit,) se apud judices in nulla re controversa æquo umquam cum aliis jure gavisurum esse.* Toupius, Polybii Græca esse suspicans, posteriora illa verba ἰσολογίαν ἔχειν πρὸς &c. ita exponenda monuit, *pari esse honore et privilegio cum iis, qui συνεδρεύουσι.* Ἰσολογία.

LXXVIII. Πολύβ. Τολμῶσι πέρα τοῦ δέοντος, καὶ ποιοῦσι παρὰ τὸ καθῆκον. *Audent ultra quam decet, et contra officium faciunt.* Καθήκοντα.

LXXIX. † Οἱ δὲ πλείονες καθήρηντο τὰς γνώμας ἐπὶ τοσοῦτον, Καθήρηντο.

χειρίαν et ἰσωθεῖσθαι ista notione nusquam apud Polybium leguntur. Ceterum ipsum illud verbum ἰσωσάμενοι ex Porti conject. a Küstero, qui ad codicum scripturam certe non provocat, receptum est, cum in superioribus Suidæ editionibus mendose ἐστωσάμενοι scriptum esset.

74. Fragmentum hoc, quod sine auctoris nomine præcedit illud, quod num. 73. posui, eidem Polybio, cui alterum diserte tribuitur a Suida, adsignavit Casaubonus; nec immerito, ut mihi videtur.

75. Polybio adjudicavit Toupius Emend. in Suid. P. III. p. 547. Ac potest etiam confictum videri Fragmentum ex eo loco, qui superest in Reliquiis lib. XXX. cap. 7. Ibi vero ἀγεννίας scribitur, rectius quam h. l. ἀγενείας.

76. Et corruptum et mutilum esse locum, perspecte monuit Æmil. Portus; at lucem magnam ei adferre posse putavit Aristophanis versus in Ranis 131 sqq. et quæ ibi Scholiastes adnotavit. Ego vero, illis lectis non minus, quam ante, cæcutire me fateor. Toupius Emend. in Suid. Part. II. p. m. 177. pro ἔφασκε corrigit ἔπασχε, exponitque, *idem ei accidit, quod iis accidere solet, qui equorum carceribus præsunt.* Bene quidem et acute, quod ad prius adtinet Fragmenti membrum; sed difficultatem, quæ alterum premit membrum, callide dissimulavit Criticus. An οἷον εἰκὸς (intellige πάσχειν) ἐφιστάμενον τοῖς σημείοις ἐκ τῶν αἰρουμ. πυρσ.? Certe ita, ut nunc jacent verba, sententia extricari nulla posse videtur. Suspicatus equidem eram, conferri inter se cupidam attentionem exspectationemque eorum qui ad carceres stant, signum cursus exspectantes, et eorum qui observant ea signa, quæ daturi sunt socii facibus accensis.

78. Conf. lib. XXII. 1, 5.

79. Polybio tribuit Casaub. Si verum est πρὸς βασιλέας in plurali, possis suspicari, agi de fratribus Ptolemæis. Sed fortasse corruptum etiam

Suidas in ὥστε τῆς πίστεως τῆς πρὸς βασιλέας ὑπὸ τοῦ περιδεοῦς ἀφίσταντο. *Plerique vero animo ita sunt alienati, ut præ timore a fide erga reges deficerent.*

Καθιγμένος. LXXX. Ὁ δὲ βασιλεὺς, καθιγμένος καὶ ταύτης τῆς ἐπιβολῆς, ἐγένετο πρὸς ἀναζυγήν. *Rex autem, et hac re ex sententia gesta, castra movit.*

Καθιζόμενοι. LXXXI. Πολύβ. Πάντας μὲν γὰρ οἱ βασιλεῖς καὶ φίλους προσαγορεύουσι καὶ συμμάχους, τοὺς κοινωνήσαντας τῶν αὐτῶν ἐλπίδων· καθιζόμενοι δὲ τῶν πράξεων, παραπόδας οὐ συμμαχικῶς, ἀλλὰ δεσποτικῶς χρῶνται τοῖς πιστεύσασι. *Reges enim amicos et socios vocant omnes eos, quibus adjutoribus utuntur ad consequenda ea, ad quæ adspirant. Postquam vero rebus potiti sunt, e vestigio non ut socii, sed ut domini agunt cum his, qui fidem eorum sunt secuti.*

Καταβολή. LXXXII. Ἐκ καταβολῆς πεντήκοντα ναῦς ναυπηγήσασθαι· πεντήκοντα δὲ ὑπαρχουσῶν καθέλκειν ἐκ τῶν νεωρίων. *A fundamento quinquaginta naves ædificare [jussit; vel statuerunt;] et quinquaginta, quæ jam paratæ erant, ex navalibus in mare deducere.*

LXXXIII. Πολύβ. Οἱ δὲ πειραταὶ, θεασάμενοι τὸν ἐπίπλουν τῶν Ῥωμαϊκῶν πλοίων, ἐκ μεταβολῆς ἐποιοῦντο τὴν ἀναχώρησιν. *Piratæ vero, conspicati classis Romanæ adventum, cursu retro converso se receperunt.*

LXXXIV. Τῶν δὲ Μακεδόνων ἐκ μεταβολῆς συνεφεισάντων τοῖς βαρβάροις, εὐθέως ἐκκλίναντες ἔφευγον. *Postquam autem Macedones agmine converso impetum fecerunt in barbaros, confestim inclinantes fugam ceperunt.*

vocab. est, et *βασιλέα* legendum. Nam, quod in Polybii Fragmentis vulgo *πρὸς τοὺς βασιλέας* adjecto articulo editur, id unius Casauboni auctoritate, invitis libris, est factum.

80. Ab eodem Casaub. huc est relatum.

81. Πάντας *μὲν* correxi cum Gatakero ad Antonin. VI. 30. Eamdem sententiam in versione expressit Küsterus; sed in Græcis apud Suidam vulgo Πάντες editur. Articulum *τοὺς* ad *πατρῶνας*. ex conject. adjecit Casaub. eumdemque tenuit Gatakerus.

82. Probabiliter Polybio tribuit Casaub. Pro *καθέλκειν* vulgo omnes dant *καταλθεῖν*, quod corruptum esse et in illud mutandum docui in Emend. in Suidam p. 67. Sed nec sic satis integram orationem esse ibidem monui; nempe vel accusativus *πάντας* intercidisse putandus erit ad verbum *καθέλκειν*, vel *ὑπαρχουσῶν* in *ὑπαρχούσας* erit mutandum, vel *συντάξαντα τῶν ὑπαρχουσῶν* scribendum.

83 et 84. In utroque hoc Fragm. pro is *καταβολῆς*, quod ex mendosis codicibus scripsit Suidas, utique is *μεταβολῆς* scribendum putavi. Vide Adnot. ad Polyb. I. 36, 8. Fragm. 84. pro *συνεφεύσαντων*, quod vulgo apud Suidam legitur, *συνεφεισάντων* scripsi cum Valesio, qui Polybio hoc Fragm. tribuit. Conf. Polyb. V. 84. 2. et 3. et Diod. Sic. XIII. 46. Sic et apud Hesychium, ubi *συνέφεισεν* exponitur *συνέψαυσε*, recte monuerunt viri docti, *συνεφείσαντο* fuisse scribendum. Plura de h. l. dixi in Emend. in Suidam p. 68 sq. Ceterum de illo Fragm. LXXXIII. *οἱ δὲ πειραταὶ* &c. dubitari fortasse poterit, an revera ad Poly-

LXXXV. Πολύβ. Ἣν οὐχ οἷόν τε ἀναλαβεῖν, μὴ οὐχὶ κατα- Suidas in
πορευθέντων τῶν πεφυγαδευμένων. *Quæ recuperari non poterat,* Καταπορευθ.
nisi exsulibus patriæ restitutis.

LXXXVI. Καταταχούμενοι δὲ ὑπὸ τοῦ καιροῦ, ἠναγκάσθησαν Καταταχούμ.
μένειν τὸν ἐπίπλουν. *Cum tempus eos oppressisset, adventum classis hostilis exspectare coacti sunt.*

LXXXVII. † Τὸ δ' ἐναντίον κατεριθευομένου τοῦ βασιλέως, Κατεριθ.
καὶ τῆς χώρας ἀπεχομένου, καὶ κατὰ τὴν δικαιοδοσίαν ἐξακριβοῦντος ἐπιμελῶς, ἔλαθον ἐκλυθέντες ταῖς διανοίαις, κατολιγωρήσαντες τῆς σφῶν αὐτῶν ἀσφαλείας. *Rege vero pro contraria sententia contendente, et regionem intactam relinquente, et studiose operam dante, ut suum cuique accurate tribueretur, animos sensim remittere cœperunt, securitatis suæ nulla ratione habita.*

LXXXVIII. Ὁ δὲ παρήγγειλεν ἔρχεσθαι κοιταίους. Küs- Κοιταῖος.
terus: *Ille autem eos circa illud tempus venire jussit, quo homines cubitum ire solent.*

LXXXIX. Πολύβ. Τῆς εἰς τοὔμπροσθεν κομιδῆς καὶ τῆς ὅλης Κομιδή.
ἐπιβολῆς ἀπέστη. *A consilio ulterius proficiscendi et a toto illo conatu destitit.*

XC. Lana, Græcum; ut Polybius et Callimachus scri- Varro in
bunt. Lana.

XCI. Πολύβ. Πάντων τῶν κατὰ τὸν πόλεμον ἐνεργημάτων Suidas in
μεγίστην ῥοπὴν ἔχουσι, καὶ πρὸς τὸ λείπεσθαι, καὶ πρὸς τὸ νικᾷν, Λείπεσθαι.
αἱ ψυχαὶ τῶν ἀγωνιζομένων. *In rebus bellicis, vel ad cladem, vel ad victoriam, maximum omnium momentum adferunt animi pugnantium.*

XCII. † Πάντα δὲ τὰ λεγόμενα μεθοδικῶς περὶ τῶν Τάξεων Μεθοδ.
ἐπωπτευκὼς, εἰ καί τις ἕτερος τῶν καθ' ἡμᾶς. Küsterus: *Qui omnia, quæ de acie instruenda secundum artem dicuntur,*

bium auctorem debeat referri: nomen enim Πολύβιος, quod huic Fragmento præfixum est, forsitan non ad hoc ipsum, sed ad præcedens Fragmentum pectat, a quo etiam non nisi minima distinctione separatum illud nomen st in antiquis Suidæ editionibus.

85. Ad pronomen ἣν Küsterus supplendum nomen πόλιν putavit: *quæ [urbs] recuperari* &c.

86. Ad Polybium refero cum Casaub.

87. Temere, ut mihi videtur, Polybio tribuitur a Valesio.

88. Consarcinatum hoc Fragm. Küsterus putavit ex Polyb. V. 17, 9. Sed potuit alio loco, in libro, hodie deperdito, his ipsis verbis uti Polybius. Κοιταῖος a Suida exponitur ὁ κατὰ τὴν ὥραν τῆς κοίτης ἐρχόμενος.

90. Ex Varronis libro quarto de Lingua Latina hoc depromsit post Ursinum Casaubonus. Respicitur, ut adparet, Græcum vocabulum Λάχνη.

92. Τάξιων ex MS. Paris. recepi, probante Küstero. Vulgo πράξιων. Jungitur hoc Fragm. apud Suidam alii Polybiano. Nec tamen equidem cum Casaub. certo tribuere Polybio ausim. Participium ἐπωπτευκὼς æque in prima persona dictum, ac in tertia, intelligi potest.

Suidas in Μνησικακῆν. *inspexerat* [*et norat,*] *si quisquam alius eorum, qui nunc vivunt.*

Μνησικακῆν. XCIII. Πολύβ. Τοῦ μνησικακεῖν ἐπὶ τοῖς γεγονόσιν οὐδ' ἦν τινα οὖν ἄμφασιν ἐποίουν οἱ Ῥωμαῖοι. *Romani vero ne minimam quidem suspicionem illis præbebant* [vel, *speciem præ se ferebant,*] *se ob præteritas injurias infensos illis esse.*

Μώψ. XCIV. Πολύβ. Ὁ δὲ, προσθεὶς τοὺς μώπας ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μεγῶν, ἤλαυνε κατὰ κράτος. *Ille vero, subditis equo ab utraque parte calcaribus, effuso cursu ruebat.*

Νοῦν. XCV. Πολύβ. Νοῦν ἔχειν καὶ τόλμαν δεῖ τοὺς στρατηγούς, ἅπερ ἐστὶ κυριώτατα πρὸς τὰς ἐπισφαλεῖς καὶ παραβόλους πράξεις. *Belli duces et prudentia et audacia præditos esse oportet: quippe sine quibus nullum facinus audax vel cum periculo conjunctum perficere queas.*

Νουνεχῶς. XCVI. Νουνεχῶς ἐδόκουν πολιτεύεσθαι πρὸς τοὺς τότε καιρούς. *Rempublicam, pro illorum temporum ratione, prudenter administrare videbantur.*

Ὀρθή. XCVII. Πολύβ. Διόπερ ὡς οὐδέποτε μᾶλλον ὀρθὴ καὶ περίφοβος ἡ τῶν Ῥωμαίων πόλις ἐγεγόνει, παραδοκοῦσα τὸ συμβησόμενον. *Quare Romanorum civitas metu erat suspensa ut numquam magis, anxie exspectans quid eventurum esset.*

Ὄχλος. XCVIII. † Οὔτε ἐξετάσαι τὸν ἄνθρωπον οἷόν τε ἦν ἀκριβῶς, ἀσθενείᾳ σώματος ὀχλούμενον, οὔτε ἐρωτᾶν, εὐλαβείᾳ τοῦ ὀχλάδους. *Neque tormentis admotis examinari homo ille poterat, quod infirmitate corporis vexaretur, neque interrogari, propter metum hominum turbulentorum.*

Παλιγκυρτ. XCIX. Πολύβ. Τῶν γὰρ πολεμίων αὐτομάτως καθάπερ εἰς παλίγκυρτον αὑτοὺς καθεικότων, δυνάμενος κρατῆσαι τῶν ἐχθρῶν, τούτους παρέλιπε. *Cum enim hostes, qui tamquam in nassam ipsi se induerant, in potestatem suam facile redigere posset, e manibus eos dimisit.*

Παραβάλλ. C. Λοιπὸν ἦν, παραβάλλεσθαι καὶ τολμᾶν. *Reliquum erat, ut periculis se exponerent, et fortiter aliquid auderent.*

93. Duo Fragmenta, quæ ad vocab. Μεταβολὴ erant referenda, vide supra in Καταβολή.

96. Polybio tribuit Toup. P. II. p. 276.

97. Huic Fragmento aliud subjungit Suidas, his verbis: Τὰ ἔθνη τῆς Ἰβηρίας ἐχθῆς αὐτοῖς ἀντιπαθιστάμενα, id est: *gentes Hispaniæ pertinaciter* [recta fronte] *ipsis resistentes:* quod eidem Polybio tribuit Casaub.

98. Et hoc fragmentum, cum alio Polybiano junctum, ad eumdem Polyb. retulit Casaub.

99. De Nerone videtur agi, in Hispania Hasdrubalem circumventum elabi e manibus patiente. Verba τῶν ἐχθρῶν, ex diversitate lectionis pro πολεμίων fortassis orta, deleri poterant, ut monuit Küsterus. Pro παρέλιπε Casaubonus in Fragm. Polyb. παρέλιπεν edidit; non male, sed invitis Suidæ codicibus.

100. Citatur inter media Polybiana, et Polybii pariter esse videtur.

CI. Βουλόμενος δ' ἐκ παραδείγματος ὑπόδειγμα ποιεῖσθαι τῆς αὐτοῦ προαιρέσεως, ἧς ἔχει πρὸς τοὺς πεπιστευκότας αὐτῷ, καὶ τοὺς ἀπειθοῦντας, ἐπολιόρκει. *Cum autem illustri aliquo exemplo in utramque partem ostendere vellet, quomodo tractare decrevisset eos, qui se fidei ipsius committerent, quique contra contumaces se præberent, urbem oppugnare cœpit.* Suidas in Παρέδησις.

CII. Πολύβ. Παρατετολμηκότες, καὶ τελέως ἀπελπίσαντες τὴν σωτηρίαν. *Cæca audacia in periculum ruentes, ut qui omnem salutis spem penitus abjecissent.* Παρατετολμ.

CIII. † Ἐνέδραν εἶχεν ἐν τόποις περικεκλασμένοις καὶ δυσθεωρήτοις. *Insidias collocatas habebat in locis confragosis et adspectui non facile patentibus.* Περικεκλασμ.

CIV. † Ἅτε μηδεμίαν ἐχούσης πραγματικὴν ἔμφασιν τῆς περικοπῆς αὐτῶν. *Quippe adparatus eorum exterior haud sane efficacem speciem habebat.* Περικοπή.

CV. † Ἐπὶ ὄχθου τινὸς ἀποτόμου καὶ περιῤῥῶγος ἐπετείχιζον αὐτοῖς φρούριον, ἱκανὸν φυλάττεσθαι τοσαύτῃ στρατιᾷ. *In abscisso quodam et circum abrupto colle opposuerunt illis castellum, quod a tanto exercitu satis commode custodiri posset.* Περιῤῥώξ.

CVI. Πολύβ. Τὰ μὲν ἄλλα καλῶς ἔχειν αὐτῷ πρὸς τὴν χρείαν, τὸ δὲ δόρυ πλαδαρὸν εἶναι. *Cetera quidem recte ab eo ad usum parata esse; hastam vero infirmam.* Πλαδαρόν.

CVII. † Ἔτι δὲ τῷ προσπνεύματι συνηλαμένων καὶ μαχομένων ἐκ διάρσεως ταῖς μαχαίραις, παραστάς τις ἐκ τῶν ὄπισθεν ὑπὸ τὴν μάλην παρέσφαξε. *Dum vero acriter concurrebant, et cæsim rem gerebant, pone quidam adstans sub maxilla eum percussit.* Πνεύσας.

CVIII. Ὁ δὲ, βραχέα προσαναταδείς, κατένευσε ποιήσειν. Προσανατ.

101. Polybio probabili ratione tribuit Valesius, qui ποιεῖσθαι ex ingenio correxit, cum esset ποιῆσαι apud Suidam. Ad *Hannibalem* fortasse pertinet hujus Fragmenti argumentum.

103. Polybianum hoc mihi visum est.

104. Jungitur apud Suidam alii Fragmento Polybiano, et ipsum ad Polyb. pariter retulit Casaub. Poterat fortasse eodem referri id, quod sequitur apud Suidam: Ὁ δὲ προῆγε, ποιήσας εὐστολον τὴν ἀκολουθίαν καὶ τὴν παρασκευὴν τῆς ἐπιπομπῆς. *Ille vero progressus est, expedito comitatu et adparatu itineris.*

105. Colorem habere Polybianum mihi visum est.

106. Videndum, ait Gronovius, ne compositum sit ex lib. VI. cap. 23. [nobis cap. 25. 5.] Ibi πλαδαρὲς fuisse scribitur τὰ δίεκτα veterum Romanorum. Et hic fortasse πλαδαρὸν scribendum suspicatus est Küsterus. Vide, quæ notamus ad loc. cit.

107. Ita, ut exhibui, scribendum et interpretandum istum locum contendit Toup. Emend. P. III. p. 364 sq. et procul dubio Polybio adsignandum. Apud Suidam vulgo scribitur Ἐκ διαιρέσεως, quod teneri fortasse debuit. Conf. Polyb. XVIII. 13, 7. Pro παρεστάς τις, quod acute Toupius restituit, vulgo παρὰ τὰς is &c. legitur. Cetera miror, an verum sit τῷ προσπνεύματι.

108. Polybio utique tribuenda censui, licet vulgo non referantur in Polybianis. conf. Polyb. V. 87, 4.

Suidas in *Ille vero, pauca comminatus, se id facturum adnuit.* Τὰ μὲν παρακαλῶν, τὰ δὲ προσανατεινόμενος. *Partim rogans, partim vero comminans.*

Προσαστ. CIX. † Ὁ δὲ, παρακαλέσας αὐτὸν, καί τι προσαστειασάμενος τοιοῦτον·

Ἀεὶ δ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν φρένες ἠερέθονται.

Id est: *Ille vero eum hortatus est, dictis suis Homericum illud urbane adjiciens: Semper juniorum virorum elati sunt animi.*

Προσδέξασθ. CX. Προσδέξασθαι δὲ, τὸ δὴ λεγόμενον, πρὸς τὰς πλευρὰς τοὺς πολεμίους. *Admittere vero, quod vulgo aiunt, ad latera hostes.*

Προσεπιμετρ. CXI. † Προσεπιμετρῶν ἀεὶ τῷ δεομένῳ, πρὸς τὸ παρὰ πάντων ὁμολογουμένως γίγνεσθαι τὴν ἐπὶ τούτοις χάριν. *Plus semper dans petenti, quam peteret; ut propter hanc liberalitatem sine controversia ab omnibus gratia sibi haberetur.*

Προσηρεικ. CXII. Ὁ δὲ κατεσκεύασε στοὰς, καὶ διὰ τούτων προσηρεικότος τῷ τείχει τὰς κριοφόρους μηχανὰς, * *. *Ille vero porticus* (vel *vineas*) *construxit, per quas, quum arietes admovissent ad murum,* &c.

Προσκην. CXIII. Ἡ δὲ τύχη, παρελκομένη τὴν πρόφασιν καθάπερ ἐπὶ προσκήνιον, παρεγύμνωσε τὰς ἀληθεῖς ἐπινοίας. *Fortuna vero causam, quæ prætendebatur, velut in proscenium protrahens, vera consilia aperuit.*

Πρόστιμα. CXIV. Οἱ δὲ ἔδωκαν τῷ βασιλεῖ πεντήκοντα τάλαντα, πρόστιμον τῆς ἁμαρτίας. *Illi vero pro delicto regi mulctam solverunt quinquaginta talentorum.*

Πρωτόπειρος. CXV. Ὁ δὲ, νέος ὢν κομιδῇ, καὶ πρωτόπειρος τῶν κατὰ πόλεμον ἔργων, καὶ νεωστὶ γευόμενος τῆς ἐπὶ πλεῖον προαγωγῆς, φιλότιμος καὶ φιλόνεικος καὶ φιλόπρωτος ἦν. *Ille vero, cum esset admodum juvenis, et in rebus bello gerendis tiro, et ad altiorem dignitatis gradum nuper demum promotus, ambitiosus erat et contentiosus et principatus cupidus.*

Ῥαβδ. CXVI. Πολύβ. Παρῆν ῥαβδοῦχος παρὰ τοῦ στρατηγοῦ, καλῶν τὸν βασιλέα. *Aderat lictor, ab imperatore missus, qui regem accersebat.*

Στείλασθαι. CXVII. Ὀλίγοι δέ τινες, δεδιότες, μήποτ', οὐ δυνάμενοι στείλα-

109. Ad Polybium referendum censuit Valesius.

110. Ursinus et Casaub. probabiliter tribuerunt Polybio.

111. Retulit huc Valesius.

112. Polybio tribuit Casaub. Forsan autem προσηρεικότες scripserat auctor, non προσηρεικότος.

113. Etiam hoc, cum duobus sequentibus, a Casaub. probabili utique ratione, ad Polybium auctorem sunt relata.

117. Ursinus et Casaub.

σθαι, καταφανεῖς γένωνται, ἀνέφερον τὸ χρυσίον. *Pauci autem nonnulli, verentes, ne occultare non possent, sed deprehenderentur, protulerunt aurum.* Suidas in

CXVIII. † Πηγνῦντες εἰς τὴν γῆν ὀρθὰ τὰ στύπη, ψαύοντα ἀλλήλων, ἐν ἡμικυκλίου σχήματι. *Defigentes in terra erecta stipites, sese mutuo tangentes, figura semicirculi.* Στύπη.

CXIX. † Ὁ δὲ ἐκέλευε τοὺς κρατίστους, συνεπισκεῦσαι τὰς ἁμάξας. *Ille vero jussit fortissimos quosque accelerare plaustra.* Συνεπισκ.

CXX. Πολύβιος· Συντάξας ἐλαύνειν κατὰ σπουδὴν ὅσον ἔχει δυνάμεως. *Cum eum jussisset, ut maturato itinere quidquid haberet copiarum adduceret.* Συντάξας.

CXXI. Πολύβ. Ταῦτα ἐν ταῖς πρὸ τοῦ συντάξεσι δεδηλώκαμεν. *Hoc superioribus libris demonstravimus.* Σύνταξις.

CXXII. Πολύβ. Τοῦτον ἐξαπέστειλε, συστήσας ἱππεῖς πεντακοσίους, δυναμένους ἔτι πονεῖν. *Hunc emisit, traditis ei quingentis equitibus, qui laborem tolerare poterant.* Συστήσας.

CXXIII. Οἱ δὲ ἠναγκάζοντο παντὶ τῷ λεγομένῳ προσέχειν, καὶ πᾶσαν ἐλπίδα σωματοποιεῖν καὶ προσδέχεσθαι. *Illi vero cogebantur omni dicto audientes esse, et omnem spem alere et admittere.* Σωματοποιῶν.

CXXIV. † Ἐμοῦ δὲ ταχέως συγκαταθεμένου, καὶ σωματοποιήσαντος τὴν ἐπιβολὴν, τῷ βλέπειν διότι ὀρέγεται τοιαύτης ὑποθέσεως. *Equidem vero cum statim adsentirer, et conatum ejus comprobarem confirmaremque, quod viderem, illum talis rei cupidum esse.* Σωματοποιήσ.

CXXV. Ὁ δὲ ἔφασκε, δεῖν μὴ προΐεσθαι τοὺς ἐχθροὺς ἐκ τῶν χειρῶν, μηδὲ σωματοποιεῖν τὴν τόλμαν αὐτῶν φυγομαχοῦντας. *Ille vero dicebat, non oportere e manibus dimittere hostes, neque audaciam ipsorum detrectatione pugnæ corroborare.*

CXXVI. Ὁ δὲ, βραχείας ἐπιλαβόμενος ἐλπίδος ἐκ τῶν πολιορκουμένων, ἐσωματοποίει ταύτην. *Ille vero, exigua spe arrepta, quæ ab obsessis ipsi adfulserat, auxit eam atque aluit.*

CXXVII. Καὶ αὖθις Πολύβιος· Ὁ δὲ, ὡς κηδεμονικὸς φίλος, Σωματοποιῶν.

118. Στύπη scribendum, non στύπτη, ut vulgo est apud Suidam, recte monuit Casaubonus, cui suffragantur codices Parisini, quibus usus est Küsterus.

119. Ad Polyb. retulit Valesius, nescio quid spectans, nisi unum verbum συνεπισκεῦσαι, cujus usus nil impedit, quo minus aliis auctoribus communis fuerit cum nostro scriptore. Ipsum vel similem certe locum habes apud Xenophontem de Cyri Exped. Lib. I. c. v. 8.

120. Ea, quam expressi, sententia utique videtur esse istorum verborum, non quam habet Küsterus, *cum eum jussisset totis viribus festinare.*

122. Ἔτι σωμῶν. An ἐπισωμῶν? quod verbum absque auctoritate in Thes. Græc. Ling. citavit Henr. Stephanus.

123. Hoc et tria sequentia, mediis Polybianis apud Suidam inserta, ad eumdem auctorem retulit Ursin. et Casaub. Sed illud, quod est num. 124. præteriit Casaubonus.

127. Nescio in quemnam proditorem vel transfugam hæc dicta sint.

Suidas in πᾶν ἐμηχανᾶτο, δι' οὗ τὰ τῶν ἐχθρῶν σωματοποιήσει, τοῖς δὲ σφετέροις πράγμασι περιστήσει τοὺς μεγίστους κινδύνους. *Ille vero, tamquam sollicitus amicus, omnia moliebatur, quibus opes hostium augeret, res vero ipsorum in maxima pericula conjiceret.*

Τελεσιουργ. CXXVIII. Πολύβ. Περὶ τὸ τῆς τάφρου χεῖλος τελεσιουργήσας τὴν πρᾶξιν. *Cum ad fossæ labium facinus perfecisset.*

Τύλος. CXXIX. Πολύβ. Τῆς πέτρας αὐτοῖς δυσχρηστίας παρεχούσης, διὰ τὸ δεῖν τρῆμα ποιεῖν ἐν αὐτῇ, τοῖς τύλοις κρατοῦσι τὴν σύριγξα τὴν προσαγομένην. *Cum rupes multum negotii eis facesseret, quod perforanda esset, clavis ligneis pervicerunt, ut cuniculum, quem (ad urbem) agere inceperant, perficerent.*

Τύχη. CXXX. Πολύβ. Εἰ χρὴ Τύχην λέγειν ἐπὶ τῶν τοιούτων, καὶ μή ποτε αὕτη μὲν κενῶς κληρονομεῖ ταύτην τὴν φήμην, αἴτιοι δ' εἰσὶν οἱ χειρίζοντες τὰς πράξεις, τῷ ταῖς αὐταῖς ἐπιτρέχειν σεμνότητα καὶ μέγεθος, ποτὲ δὲ τοὐναντίον. *Si modo talia Fortunæ tribuere oportet, nec potius temere illa talem famam obtinuit, causaque omnis referenda ad eos est, qui negotia administrant, quod eisdem rebus nunc gravitas et magnitudo inest, nunc contra.*

CXXXI. Τύχη, παρ' Ἕλλησιν, ἐπρονοήτος κόσμου διοίκησις· ἡ φορὰ ἐξ ἀδήλων εἰς ἄδηλον καὶ αὐτόματον. Οἱ δὲ Χριστιανοὶ Θεὸν ὁμολογοῦμεν διοικεῖν τὰ πάντα, καὶ Πολύβιος φησί. Τύχην δὲ λέγει ὁ Θουκυδίδης τὸν πόλεμον. *Fortunam Græci* [id est *gentiles*] *intelligunt gubernationem mundi absque providentia. Nos vero Christiani profitemur, Deum omnia gubernare: idemque dicit Polybius. Thucydides vero bellum vocat Fortunam.*

Τετρισθμ. CXXXII. Ταχὺ δὲ τοὺς κέλητας καὶ τὰς ἡμιολίας ὑπερισθμίσας, ἀνήχθη, σπεύδων καταλαβεῖν τὴν τῶν Ἀχαιῶν σύνοδον. *Cum autem celoces et hemiolias isthmum celeriter trajecisset, in*

129. Aut δωχρηστίαν in sing. scripsisse Polybium putem, aut πολλὰς δωχρηστίας, sed illud magis placet. Posteriorem Fragmenti partem minus intellexerunt interpretes. Et Portus quidem ingenue *N. L.* id est, *non liquet*, adscripsit. Küsterus vero, nil cunctatus, ita exposuit: *quod in ea facienda essent foramina clavis, qui fistulam, quæ* [*ad urbem*] *perduceba-tur, retinebant.*

130. Conf. Suid. in Τῷ γὰρ λόγῳ, ex quo loco in fine Fragm. recepi ποτὲ δὲ, cum altero loco esset μή ποτε δὲ τοὐναντίον.

131. Tres voces, καὶ Πολύβιος φησὶ, *Küsterus* supervacaneas esse pronunciavit. Possis etiam suspicari, intercidisse verba quædam Polybii, quæ his adferri debebant. Sed quod si, mimas facientes suspiciones, teneamus id, quod scriptum invenimus, erit (puto) ea sententia, quam expressi, Polybium etiam dixisse, *Deum esse, qui omnia gubernet.*

132. Polybio recte tribuit Valesius. Videtur autem haud dubie agi de *Philippo* rege. Repetitur hoc Fragm. in Ἡμιολίους.

altum provectus est, Achæis in concilium coactis supervenire studens. Suidas in

CXXXIII. Εἰδὼς γὰρ, ὅτι φαντασία περὶ αὐτόν ἐστιν, ὡς χρήματα μεθ' ἑαυτοῦ πλείω, ἡρμόσατο πρὸς τὴν ὑπόδεσιν ἐνδεχομένως. *Cum enim sciret, opinionem de se esse, quasi magnam pecuniæ vim secum haberet, composuit se, quoad fieri commodum erat, ad illam opinionem.* Φαντασία.

CXXXIV. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι μετὰ μεγάλης φαντασίας καὶ συμπαθείας τοῦ δήμου προῆγον ἐπὶ τὰς πράξεις. *Romani [imperatores] cum magno speciosoque comitatu populi, spes omnes metusque participantis, ad res gerendas proficiscebantur.*

CXXXV. Φρεατοτύπανα, ὄργανά τινα, παρὰ Πολυβίῳ. Id est: *Vocabulo* Φρεατοτύπανα *instrumentorum quoddam genus designatur apud Polybium.* Hesychius in Φρεατοτ.

133. Probabili utique ratione ad Polybium retulit Casaub. Videtur autem agi de callido Hannibalis consilio, quo apud Cretenses usus est; de quo conf. Cornelium Nep. XXIII. 9.

134. Et hoc probabiliter Polybio tribuit idem Casaub. In versione ex conject. adjiciendum vocab. *imperatores* putavi. συμπαθίαν autem non placuit h. l. *commiserationem* cum Küstero interpretari.

Achæos Philippus concitat ad bellum cum Romanis; xvi. 38. sed illi, decreto facto, a Macedonum partibus ad Romanos transeunt. xvii. 6, 7.

Achæi, in colloquio Philippi cum T. Quintio, Corinthum et Argos a Philippo repetunt. xvii. 2, 5. 6, 8. post bellum Philippicum, Romæ per legatos societatem petunt Romanorum; sed litem eis movent Eleorum, Messeniorum et Ætolorum legati. xviii. 25, 6.

adversus Achæos et Romanos Antiochum advocant irati Ætoli. iii. 3, 3.

Eumeni auxilia mittunt Achæi adv. Antiochum. xxi. 7, 1 *sq.*

M. Æmilius Lepidus consul, literis ad commune Achæorum scriptis, increpat eos ob res Lacedæmone prave administratas. xxiii. 1, 1 *sq. conf. cap.* 7, 5 *sq.*

Romam legatos mittunt Achæi, prætore Philopœmene. xxiii. 1, 4. 7, 1. et ad Ptolemæum Epiphanem. xxiii. 1, 6. 7, 1. Achæis Philopœmen prætor facultatem dat, res a Bœotis per vim repetendi; unde belli initium. xxiii. 2, 10 *sqq.* Achæorum prætor Aristænus; et concilium gentis Megalopoli actum, quo conveniunt legati Roma et Alexandria redeuntes, tum legati regum Eumenis et Seleuci, dona pollicentes, et Cæcilius legatus Romanor. xxiii. 7—10. *conf. cap.* 4, 5 *sq.* Achæorum magistratus, Argis congregati, Q. Cæcilio negant conventum gentis, eo quod scriptum Senatus mandatum non haberet. xxiii. 10, 10 *sqq.* 12, 5 *sqq.* *Sic* Tito Quintio. xxiv. 5, 16 *sq.*

Achæos Romæ in senatu accusat, Q. Marcius; legatis eorum, auxilia adv. Messenios petentium, responsum dari curat, e quo patebat, non impedituros Romanos, si qui populi a societate Achæorum vellent discedere; legati ipsi Romæ retinentur. xxiv. 10, 1 *et* 8 *sqq. conf.* xxv. 1, 3.

Achæis Ptolemæus Epiphanes decem naves dono offert, ad quas accipiendas nominantur legati, Lycortas, Polybius, Aratus junior; sed morte regis præceditur legatio. xxv. 7.

Prætor Achæorum Hyperbatus. xxvi. 1, 1.

exsulum Lacedæmoniorum causa legati Achæorum Romam mittuntur; in his Callicrates, adulator Romanorum, proditor suæ gentis et auctor malorum. xxvi. 1—3.

Prætor Achæorum Callicrates: xxvi. 3, 14. Archo: xxvii. 2, 11. rursus Archo: xxviii. 6, 9. 7, 6.

Achæi, prætore Archone, per Polybium consuli Romano auxilia offerunt adv. Perseum, quæ ille non accipit. xxviii. 10 *seq.*

auxilia ab Achæis petunt Ptolemæi fratres, et duces Lycortam et Polybium; sed illi legatos mittunt ad pacem inter Ptolemæos et Antiochum Epiphanem conciliandam. xxix. 8—10.

Achæi, absque suo incommodo, 30 aut 40 millia militum armare possunt. xxix. 9, 8.

Achæi per legatos Romæ pro exsuli-

bus suis (qui ob belli Persici culpam Romam erant evocati, et per Italiæ municipia distributi; xxx. 10, 6 *sqq. et ibi* xxxii. 9, 5.) frustra deprecantur. xxxi. 8. rursus, præcipue pro Polybio et Stratio; xxxii. 7, 14 *sqq.* rursus; xxxiii. 1, 3 *sqq. et cap.* 2. rursus; xxxiii. 13. ad extremum liberantur Exsules Achæorum, intercedente Catone. xxxv. 6.

Delios, qui imperium Atheniensium fugientes in Achaiam commigraverant, civitate donant Achæi. xxxii. 17.

ab Achæis et Rhodii et Cretenses auxilia petunt ad bellum quod inter se gesserunt: auctore Callicrate, neutri populo auxilia mittuntur. xxxiii. 15. Concilium Achæorum Corinthi habitum. *ibid. ve.* 3.

Belli Romanorum Achaici semina. xxxviii. 1—5. Achæi controversias et bellum habent cum Lacedæmoniis. *cap.* 2, 11. 3, 2 *sqq.* xl. 2, 6. Fortuna, cum servatos Achæos vellet, fecit ut nullo negotio vincerentur, et celeriter subigerentur. xl. 5 8 *sqq. vincuntur* Achæi *a Mummio* pugna ad Isthmum commissa. iii. 32, 3. Ex mandato decem legatorum, Polybius res Achaïs ordinat. xl. 10.

Achæorum *nescio quis*, *ad praturam* (*puto*) *nominatus*, deprecantur honorem. *Fragm. histor.* 1.

Achæi Phthiotæ, οἱ Ἀχαιοὶ, οἱ Φθιῶται, liberi renunciantur ex SCto Romanorum. xviii. 29, 5. et Thessalis eos attribuit T. Quinctius cum decem legatis. 30, 7. *quibus ex locis intelligitur*, Phthiotas omnes *nomine* Achæorum *indigitari a Polybio.*

Gente Achæus *dicitur* Phaxidas v. 66, 3. *qui idem* Melitæensis *perhibetur* v. 63, 11. *nempe ex Melitæa, Phthiotidis oppido. vide ad h. l.*

Achæus, *princeps et auctor gentis Achæorum.* Imaginem Achæi, e Peloponneso in Acarnaniam a Romanis jam deportatam, a Mummio repetit et obtinuit Polybius. xl. 8, 10.

Achæus, filius Andromachi, fratris Laodices, quæ uxor fuit Seleuci Callinici, patris Antiochi Magni. iv. 51, 4. viii. 22, 11. ejus uxor Laodice, v. 74, 5. viii. 21, 7. Mithridatis filia, regis Ponti, viii. 22, 11. soror Laodices, uxoris Antiochi Magni. v. 43, 1 *sqq.*

Achæus, Seleucum *Ceraunum*, Callinici filium, trans Taurum comitatus, eadem Seleuci ulciscitur; et sub Antiocho, Seleuci successore, Asiæ cis Taurum præfectus, Attalo quas ille sibi subjecerat Asiæ regiones eripit: mox diadema et regium nomen ipse sibi adsciscit. iv. 2, 6. iv. 48 v. 40, 7. 57, 5. expeditionem adv. Antiochum in Syriam molitur, sed cum ob seditionem in exercitu ortam emittit, et Pisidiam populatus domum redit. v. 57. Sardibus in Lydia sedes habet. v. 57, 4. *conf.* Sardes.

ab Achæo auxilia contra Rhodios petunt Byzantii. iv. 48, 1 *et* 13. pater Achæi, Andromachus, Alexandriæ captivus, precibus Rhodiorum condonatur. iv. 51.

fictam Achæi epistolam Hermeas Antiocho offert, qua significatur Ptolemæum cum Achæo facere. v. 42, 7 *sq.* nuncios ad Acharum mittit Antiochus, accusans eum, et fidem ejus obtestans. v. 57, 1 *sq.* Haud dubie cum Ptolemæo *Philopatore* consilia communicat Achæus, v. 66, 5. intercedentibus Nicomacho et Melancoma Rhodiis. viii. 17, 9 *sq.* Acharum fœdere cum Antiocho comprehensum vult Ptolemæus. v. 68, 12.

Achæus Pediæisicensibus, Pisidiæ incolentibus, Garsyeridem cum exercitu auxilio mittit adv. Selgenses. v. 72 *sq.* deinde ipse Selgam venit, proditione Logbasis capturus urbem, sed spe frustratus pacem cum Selgensibus facit. 74—76, interim Milyadem et majorem Pamphyliæ partem sibi subjicit. 77, 1. dum ad Selgas hæret Acharus, Attalus et Æolidem et Mysiam eripit. 77, 2 *sqq.*

ab Achæo timet Antiochus post pugnam ad Raphiam. v. 87, 2. Sardibus cum obsidet Antiochus et urbem capit. vii. 15 *seqq.* arcem Achæus tenet. v. 17, 4. per Bolidem, a Scipione ad se liberandum missum, proditur Antiocho; vi. 17 *sqq.* et præter opinionem captus, c. 22. supplicio ab eo adficitur. c. 23.

Achaïa, occupatur a Tisameno. ii. 41, 4. Achaïæ civitates xii. primum fundantur. ii. 41, 6. *Confer* Achæi.

Ἀχαΐας *quod* iv. 77, 8. *erat in edd. et Mstis, in* Ἀσσυρίας *mutavi cum Palmerio.*

Acheloüs amnis, ὁ Ἀχελῷος, *Acarnaniam ab Ætolia distriminat.* iv. 63, 7. Stratum urbem præterfluit. iv. 63, 11. *coll.* 64, 1. v. 18, 10. *De eodem vide* v. 6, 6. v. 7, 3 *et 6.*

Achradinam, vide Ἀχραδινὴν, partem urbis Syracusarum, classe oppugnat Marcellus. viii. 6, 1.

Achriana, Ἀχριάνα, Hyrcaniæ urbs. x. 31, 14.

Acies. acies navalis M. Atilii et L. Man-

lii, quatuor classibus constans, triquetra, rostri figura. i. 26. acies ad forcipis figuram, ἐν ἐπιπαμφίῳ. i. 27, 4. v. 82, 9. xli. 21, 6. acies bifrons Gallorum ad Telamonem. ii. 28 *seq.* acies Hannibalis et Romanorum ad Trebiam. iii. 72. acies lunata, μηνοειδής. iii. 113, 8. *Confer* Pugna.

equitum acies qua altitudine instruatur ad pugnam. xxii. 18, 3. quot equites in acie capiat stadium; xii. 19, 9. quot pedites. xii. 20 *seq.*

aciei instruendæ ratio usitata apud Romanos, paululum immutata a Scipione in pugna cum Hannibale. xv. 9, 7 *sqq.*

aciei Romanæ comparatio cum Phalange Macedonica. xviii. 11 *seqq.*

Acilius. Manius *Acilius Glabrio* consul, capta Heraclea, Ætolos in fidem recipit, non intelligentes quid hoc esset, fidei Romanor. se permittere. xx. 9 *seq.* vincit Antiochum ad Thermopylas. *Spicileg. Reliquiar. ex lib.* xx. Amphissum obsidet, ubi successor ei venit L. Scipio. xxi. 2. provincia decedit. xxi. 3, 13.

Acræ, Ἄκραι, Ætoliæ oppidum. v. 13, 8.

Acriæ, Ἀκρίαι, oppidum Laconiæ. v. 19, 8.

Acrocorinthus, ὁ Ἀκροκόρινθος, cum præsidio Antigoni Gonatæ teneretur, proditione capitur ab Arato. ii. 43, 4. 45, 3. iv. 8, 4. Antigono *Dosoni* in pignus societatis et amicitiæ offertur ab eodem Arato, et ab illo accipitur. ii. 51, 6 *et cap.* 52. spatium inter Acrocorinthum et Oneos montes fossa et vallo munit Cleomenes. ii. 52, 5. Acrocorinthum et Ithomatham servare suadet Philippo Demetrius Pharius. vii. 11, 3. Acrocorinthum post bellum Philippicum præsidio tenent Romani. xviii. 28, 12. *Confer* Corinthus.

Acte *vel* Acta, ἡ Ἀκτὴ, orientalis ora Peloponnesi. v. 91, 8.

Actium, fanum Acarnanum, τὸ τῶν Ἀκαρνάνων ἱερὸν καλούμενον Ἄκτιον, *id est ad verbum*, locus qui Templum Litorale Acarnanum vocatur; ibi angustissimus est sinus Ambracicus. iv. 63, 4.

Acusilochus, Asiæ dynasta, fœdere Eumenis cum Pharnace comprehensus. xxvi. 6, 12.

Adæus, præfectus Bubasti urbis. xv. 27, 6.

Adæus, Bercœensis Macedo, Persei legatus ad Genthium. xxviii. 8.

Addua. *Vide* Adua.

Adherbal, Ἀνάδρβας, dux Carthaginiensium, præfectus urbis Drepanorum. i. 46, 1. 49, 4. pugna navali ad Drepana vincit P. Claudium, et classem ejus disperdit. i. 49—52. Adherbalis trierarchus et præcipuus amicus Hannibal, Amilcaris filius. i. 44, 1. ejusdem Adherbalis collega Carthalo, qui tamen sub ejus fuit imperio. i. 53, 1.

Adiganes, Ἀδιγάνης, (*temere vulgo* Diganes, Διγάνης,) magistratuum nomen apud Seleucienses ad Tigrim. v. 54, 10.

Adimantus, ephorus Lacedæmon. Philippo favens adv. Ætolos, per seditionem occiditur. iv. 22. deinde falso accusatur apud Philippum ut auctor tumultus. 23, 5 *et* 8.

Adis *vel* Adin, Adys *vel* Adyn, urbs non pœnitenda Africæ, capta a Regulo. i. 30, 5. εἰς πόλιν Ἄδιν, *alii codd.* Ἄδυν.

Admetus, a Philippo necatus. xxiv. 8, 9.

Adrene *vel* Adrane, Ἀδρήνη, oppidum Thraciæ. xiii. 10, 6.

Adrianus ager. *vide* Hadrianus.

Adriaticum mare, Adriaticus sinus, Adrias, ὁ Ἀδρίας, i. 2, 4. ii. 17, 5. iii. 86, 8 *sq.* 87, 1. 88, 1. ὁ Ἀδρίας κόλπος, ii. 14, 11. ὁ κατὰ τὸν Ἀδρίαν κόλπος, ii. 14, 4. οἱ κατὰ τὸν Ἀδρίαν κόλπον, ii. 16, 7. ἡ κατὰ τὸν Ἀδρίαν θάλαττα, ii. 16, 4.

intimus Adriatici sinus recessus, ὁ τοῦ παντὸς Ἀδρίου (*vel* Ἀδρίᾳ) μυχὸς, ii. 14, 6. iii. 47, 4. ὁ Ἀδριατικὸς μυχὸς, ii. 16, 7. xxxiv. 6, 10.

ad introitum sinus Adriatici (*scil. e Ionio mari navigantibus*) ad dextram est Oricus, oppidum Epiri. vii. 19, 2.

Adrumetum, urbs Africæ, (*metropolis Byzacenæ,*) ὁ Ἀδρύμης, τοῦ Ἀδρύμητος, τὸν Ἀδρύμητα. xv. 5, 3. Adrumeti castra habet Hannibal, ex Italia reversus. *ibid.* eodem post pugnam ad Zamam fuga se recipit. xv. 15, 3.

Adua, (*vel* Addua,) ὁ Ἀδύας *vel* Ἀδούας, fluv. superioris Italiæ, *s.* Galliæ Cisalpinæ; exit e lacu Lario. xxxiv. 10, 21. (*Ibi* Ἀδούαν *scribe, pro* Ἄδουαν.) qua Adua in Padum influit, consules intrarunt in Insubrium fines. ii. 32, 2.

Æacidæ bello gaudent veluti epulis, juxta Hesiodum. v. 2, 6.

Æcæ, Αἴκαι,, oppidum Italiæ, *in* Apuliæ *et Samnii confinibus.* iii. 88, 9. *Olim* τὰς Αἴγας *erat editum, minus recte; nisi* Γ *pro Romanorum* C *scripsit Polybius quemadmodum usus obtinuit in* Γάϊος, Γναῖος, *altisque nonnullis.*

Ædilis, in Ædilium ærario Romæ ser-

vantur tabulæ æneæ fœderum, in Jovis Capitolini templo. iii. 26, 1.

ædilis creatur Scipio Afric. major simul cum fratre. x. 4 *seq.* Ædilitas maximus honos qui juveni patricio Romæ confertur. x. 4, 1.

Æduí (Αἴδυι) *fortasse legendum pro* Ἀρέδυι iii. 47, 3.

Ægæ; vide Ægæ.

Ægæ, oppidum Æolidis: cujus cives, Ægæenses, *si* Αἰγαιεῖς, cum prius Achæo se tradidissent, tradunt se Attalo. v. 77, 4. damna eis inlata sarcire tenetur Prusias. xxxiii. 11, 8.

Ægæum mare, τὸ Αἰγαῖον. xvi. 34, 1.

Ægates; *vide* Ægusa.

Ægeatæ, Αἰγεάται, *mendose (ut videtur) MSti vocant Teleclem, quod in* Τεγεάτην *mutarunt editores.* xxxiii. 1, 3.

Ægesta, ἡ Αἴγεστα, opp. Siciliæ; obsidione liberatur a C. Duilio. i. 24, 2. *Cives* Ægestani, *si* Αἰγεστεῖς. *ibid.*

Ægienses; *vide* Ægium.

Æginetæ, Αἰγινῆται, a P. Sulpicio in servitutem redacti sunt, et ab Ætolis Attalo venditi, pretio 30 talentorum. xxiii. 8, 9 *sqq.* xi. 6, 8. Ægineta Casander. xxiii. 8, 9.

Ægira, ἡ Αἴγιρα, ἡ τῶν Αἰγιρατῶν πόλις, urbs Achaiæ, ex xii. primis fœderatis. ii. 41, 8. sita ad sinum Corinthiacum, inter Ægium et Sicyonem. iv. 57, 5 *sq.* per proditionem capta ab Ætolis, servatur virtute civium, et plurima pars Ætolorum occiditur. iv. 57 *seq.*

Ægiticus ager. Sic mendose olim edebatur. ii. 54, 3. *pro* Ægyticus. *Vide* Ægys.

Ægitna, ἡ Αἴγιτνα, oppidum ad mare in finibus Oxybiorum Ligurum, xxxiii. 7, 2. vi capitur a Romanis. 8, 2.

Ægium, τὸ Αἴγιον, urbs Achaiæ, ex xii. primis olim fœderatis. ii. 41, 8. Ægienses, *si* Αἰγιεῖς, mox eis civitatibus se adjunxerunt quæ fœdus instaurarunt, ejecto præsidio Macedonico. ii. 42, 13 *sq.*

Ægii conventum agunt Achæi appetente hieme, eodem venit Antigonus Doson. ii. 54, 3. et rursus anno sequenti. *ibid. ve.* 13. rursus Ægii legitimo tempore agitur, conventus Achæorum. iv. 7, 1. 26, 7 *sq.* 82, 7. *adde* xvi. 27, 4. et xxviii. 3, 10. *conf.* Achæi. Ex lege semper Ægii agi conventus Achæorum debuit; sed Aratorum causa Sicyonem transtulit eum Philippus. v. 1, 6 *sqq.*

Ægium tridui itinere abest a Megalopoli. ii. 55, 1. inter Ægium et Sicyonem est Ægira. iv. 57, 5. Naves suas Ægium mittit Philippus; v. 101, 4. et ipse eo cum exercitu venit. 102, 5.

Ægones, Αἴγωνες. *Mendose sic vulgo legebatur, pro* Λίγυωνες, *quod vide.*

Ægos flumen, Αἰγὸς ποταμοί; pugna navalis ibi facta. i. 6, 1.

Ægosages *vel* Ægosagæ, Αἰγοσάγαι. *sic vulgo legebatur* v. 77, 2. *et* 78, 6. *ubi* Αἰγοσάγας *ex Casauboni conjectura in* Τιλεσάγας *mutavi, vereor ne præpropere. Fortasse etiam* v. 53, 3. *pro* Ῥιγόσαγες, *quod dabant libri,* Αἰγόσαγες *erat scribendum.*

in Asiam invitati ab Attalo, cum eo Æolidem et Mysiam Achæo eripiunt; dein eis sedes adsignantur ad Hellespontum. v. 77 *seq.* effuse depopulantur urbes ad Hellespontum; hinc Troade ejecti ab Alexandrensibus, Abydenorum fines infestantes, deleti sunt a Prusia. v. 111.

Ægosthenense vinum dulce, τὸ Αἰγοσθένειον. vi. 2, 4. *Sed, Stephano Byzant. teste, gentile Polybius* ὁ Αἰγοσθένειος *usurpavit. vide Fragm. histor.* 2.

Ægusa *vel* Ægussa insula, ante Lilybæum sita, una ex Ægatibus; ἡ Αἴγουσα *vel* Αἴγουσσα. i. 60, 4. ad eam pugna committitur navalis inter C. Lutatium et Hannonem, qua 50 naves Punicæ demersæ sunt, 70 captæ. i. 60 *seq.*

Ægusæ *vel* Ægussæ insulæ, inter Lilybæum et Africam sitæ, *ai καλούμεναι* Αἴγουσαι *vel* Αἴγουσσαι, *eædem quæ* Ægates. i. 44, 2.

Ægyptus; et Ægyptii. *Vide* Ptolemæi, Ægypti reges.

Ægyptiacas res ante Olymp. cxl. gestas multi scripsere; quare nil opus fuit ut altius eas repeteret Polybius. ii. 37, 6. res Ægyptiacas plurium annorum simul uno libro xiv. complexus est Polybius. xiv. 12.

Ægypti turbæ sub finem regni Ptolemæi Philopatoris. iii. 2, 8. *conf.* xiv. 12. optimates rebelles domiti sub Ptolemæo Epiph. xxiii. 16. Ægypto manus injicit Philippus. iii. 2, 8. *si ibi vera vulgaris scriptura.*

Ægypti reges, præter Ægyptum, tenuerant Cœlesyriam et Cyprum, tum et opportunissima loca per omnem Asiæ oram a Pamphylia ad Hellespontum, item Lysimachiam, Ænum et Maroneam, aliasque Thraciæ urbes. v. 34, 7 *sq.* et Ptolemæus etiamnum Philopator multas Sami naves habuit et magnum militum numerum aluit Ephesi. v. 35, 11.

Ægyptii, victoria ad Raphiam inflati,

arma capiunt contra Ptolemæum Philopat. v. 107, 1 *sqq.* iii. 2, 4. xiv. 12, 4.

ex Ægypto Romani frumentum petunt in annonæ inopia bello Hannibalico. ix. 44.

Ægypto, excepta Alexandria, potitur Antiochus Epiphanes. xxviii. 16, 1. xxix. 1, 1. Ægyptum Ptolemæis servant Romani, exire jusso per Popillium Antiocho Epiphane. xxix. 11, 11.

Ægyptii, dum fervet ira, mirum in modum crudeles. xv. 33, 10.

Ægys, Αἴγυς, *oppidum Laconiæ, in Arcadiæ confinibus. Hinc* Ægyticus ager, *ἡ Αἰγῦτις χώρα*, ii. 54, 3.

Æmilia, soror L. Æmilii, patris naturalis Scipionis minoris, uxor Africani majoris, avi adoptivi Scipionis minoris. xxxii. 12. ejus hæres Scipio minor pretiosum adparatum, quem moriens illa ei reliquerat, donat matri suæ, repudiatæ a L. Æmilio. *ibid.*

Æmilius, Αἰμίλιος. *Minus recte vulgo nonnumquam* Αἰμύλιος *vel* Αἰμύλιος *erat scriptum. vide* i. 36, 10. xvi. 34, 1.

L. Æmilius *Papus*, Cos. Ariminum mittitur ad prohibendos Gallos. ii. 23, 5. Arimino in Etruriam properat ad succurrendum Romanis, qui a Gallis ibi premebantur. ii. 26. duplici acie cædit Gallos, cum collega e Sardinia redeunte. 27—31.

L. Æmilius *Paullus*, Cos. mittitur in Illyricum, adv. Demetrium Pharium rebellem. iii. 16, 7. iv. 37, 4. bellum ibi fortiter gerit. iii. 107, 8. Dimalum et Pharum urbes vi capit, et, victo fugatoque Demetrio, Illyricum omne, quod sub Demetrio fuerat, recipit. iii. 18 *seq.* iv. 66, 8. ex Illyrico triumphat. iii. 19, 12 *sq.* iv. 66, 8.

consul iterum cum C. Terentio, iii. 106, 1. v. 108, 10. omnium animos et spem in se convertit. iii. 107, 8. 108, 1. hortatur milites. 108 *seq.* pugnandi consilium non probat, nec tamen impedire potest. 110. alternis diebus cum C. Terentio imperium habet. 110, 4. pugnam oblatam ab Hannibale detrectat. 112. dextrum cornu tenet in Pugna Cannensi. 114, 6. fortissime pugnans cadit, optimus civis. 116.

L. Æmilius *Paullus, superioris filius*, Consul Perseum acie vincit. xxix. 6. xviii. 18, 4. stupet Macedonicam phalangem. xxix. 6, 11 *sq.* hibernat in Macedonia xxix. 8, 11. ad Cibyratas scribit de Polyarato Romam mittendo. xxx. 9, 18. civitates Græciæ obit. xxx. 15. *et Spicileg. Reliquiar. ex lib.* xxx. ludos celebrat in Macedonia xxxi. 3, 1. septuaginta oppida Epiri evertit. xxx. 15, 5 *sq.*

Charopem Epirotam Romæ domo sua prohibet. xxxii. 22, 5. vir abstinentissimus. xviii. 18, 4 *sqq.* xxxii. 8. moritur. xxxii. 8, 1. 14, 1.

ejus duo filii naturales, Fabius et Scipio xviii. 18, 6. xxxii. 14.

Lucius *Æmilius Regillus*, classis Romanæ præfectus bello Antiochico. xxi. 6, 1. 8, 3 *sqq.* pugna navali *ad Myonnesum* vincit Antiochum, 9, 13. 10, 1. xxii. 7, 16. triumphans Romam redit. xxii. 7, 17.

M. Æmilius *Paullus*, Cos. cum Ser. Fulvio, capit cix naves Pœnorum, i. 36. classem Rom. infando naufragio amittit. 37.

M. *Æmilius* Lepidus. Eo consule, Romani agrum Picenum, Gallis Senonibus ademtum, dividunt colonis. ii. 21, 7.

M. Æmilius Lepidus, minimus natu e legatis ad reges Antiochum et Ptolemæum missis, ad Abydum urbem expostulat cum Philippo, et ab eo ut juvenis ridetur. xvi. 34.

consul, deinde Pontifex Maximus, xxiii. 1, 2. idemque princeps senatus. xxxii. 22, 5.

ejus consilia sequitur legatus Ptolemæi. xxviii. 1, 8. Charopem Epirotam Romæ domo sua prohibet. xxxii. 22, 5.

Æmulatio imperita magnorum virorum. xi. 8, 4—7.

Æmus *sive* Hæmus, *ὁ* Αἷμος *sive* Αἵμος, (*vide Cellar.* ii. 15. *p.* 1296.) mons Thraciæ; magnitudine et altitudine inferior Alpibus. xxxiv. 10, 15. ex eo utrumque mare, Adriaticum et Pontum Euxinum, conspici posse, *ait Polybius, negat Strabo.* xxxiv. 12, 1 *sq.*

Ænæ (*sive* Anææ) fanum, *τῆς* Αἴνης (*s.* Ἀναίας) *ναὸς* Ecbatanæ, auro et argento abundans. x. 27, 12 *sq.*

Æneas *Tacticus*, scripsit Commentarios *περὶ τῶν Στρατηγικῶν, id est*, de Officio Imperatoris. x. 44, 1. ejus ratio signa dandi per Faces, emendata a Polybio. x. 44 *sq.*

Æneis vasis indagant Ambraciotæ cuniculos Romanorum. xxii. 11, 10 *sqq.*

Ænian (*s.* Ænianum) sinus, *ὁ* Αἰνιὰν *s.* Αἰνιᾶν *κόλπος, aut ὁ* Αἰνιάνων *vel* Αἰνιάνων *κόλπος, idem qui* Maliacus, *inter Locros Epicnemidios et Thessaliam.* x. 42, 5.

Ænus, Αἶνος, urbs maritima Thraciæ. *conf.* Maronea. Ora Thraciæ, ubi sunt Ænus et Maronea urbes, in regum

Ægypti erat potestate. v. 34, 8. *conf.* Lysimachia.

Ænii, *ol Αἶνιοι*, inter se dissident, alii ad Eumenem, alii ad Macedonas inclinantes. *Fragm. histor.* 4. *et* xxiii. 6, 7. *ubi jam insertum est idem Fragmentum. Addc* xxiii. 13, 9. exsules Æni et Maroneæ apud senatum Rom. queruntur de Philippo. xxiii. 11, 2. Æno et Maronea præsidia deducere jubetur Philippus. xxiii. 11, 4. Ænum et Maroneam a senatu Rom. dono sibi petit Attalus. xxx. 3, 3. promittit senatus; 3, 5. sed mox revocato promisso liberas eas urbes declarat. 3, 7.

Æolia, Æolis, *ἡ Αἰολίς*. Æoliæ urbes Achæo eripit Attalus. v. 77, 2. easdem dein occupavit Antiochus Magnus. xxi. 10, 4.

Æoliæ insulæ; *vide* Liparææ. i. 25, 4.

Æolus, cur ventorum promus condus rexque ventorum fictus sit ab Homero. xxxiv. 2, 4 *sqq. et cap.* 11, 15—20.

Æpium *s.* Æpius, *Αἴπιον s. Αἴπιος*, oppidum Triphyliæ. iv. 77, 9. *ubi minus recte vulgo Αἴπυν.* In deditionem accipitur a Philippo. iv. 80, 13. *ubi perperam vulgo Ἔπυν.*

Æqualitas possessionum a Lycurgo instituta. vi. 48, 3 *sqq.*

æquabilitatem juris oderunt tyranni. xxii. 8, 8. *Conf.* Libertas.

Æquator. de Habitatione sub Æquatore libellum scripsit Polybius.

Aëris influxus in hominum naturam. iv. 21, 1 *sq.*

Ærarium Rom. in potestate est Senatus. vi. 13, 1.

in ædilium ærario, in Jovis Capitolini templo, conservantur æneæ tabulæ fœderum. iii. 26, 1.

Æremosii, *Αἰρημόσιοι*, populus Hispaniæ citerioris, subacti ab Hannibale. iii. 35, 2.

Æschrion, *Αἰσχρίων*, Acarnan, Romanis favens. xviii. 5, 1.

Æsculapii fanum, *Ἀσκληπιεῖον*, prope Agrigentum. i. 18, 2. Ambraciæ. xxii. 10, 2. Carthagine Nova. x. 10, 8. Pergami. xxii. 25, 1.

Æsculapii statua, Phyromachi opus, rapta a Prusia. xxii. 25, 4.

Æthale, *Αἰθάλη*, insula Etruscorum. xxiv. 11, 4.

Æthalea, *Αἰθάλεια*. Sic vocatur Lemnus insula. *ibid.*

Æthiopia; Æthiopes. Circa Æthiopiam sese contingunt Asia et Africa. iii. 38, 1. utrum a meridie Æthiopiæ continens sit terra, an mari ea ambiatur, nemo affirmare potest. *ibid.*

Æthiopes Daratitæ. *Spicileg. ex lib.* xxxiv. *num.* 7. Æthiopes Perorsi. *ibid.*

Ætna. Post Ætnam, maximus Siciliæ mons Eryx est. i. 55, 7.

Ætoli, *Αἰτωλοί*. Ætolia, *Αἰτωλία*.

Ætoli Medionem urbem Illyridis oppugnant, et jam de titulo manubiarum inter se litigant. ii. 2. ab Agrone, rege Illyriorum, magna clade afficiuntur. ii. 3 *seq.*

gens superbia ferox. ii. 3, 3. 4, 6. cui innata est improbitas et prava cupiditas. ii. 45, 1. 49, 3. neque pacis neque belli jura norunt Ætoli. iv. 67, 4. nil turpe putant, dummodo quæstus adsit. ii. 46, 3. ix. 38, 6. adsueti ex rapto vivere, et ferinam quamdam agere vitam. iv. 3, 1. eorumdem avaritiam odit T. Quintius. xviii. 17, 1.

Ætoli succurrunt Epirotis adv. Illyrios. ii. 6. eis adversantur Acarnanes et Epirotæ, fœdere icto cum Illyriis. 6, 9 *sq.* Ætoli et Achæi suppetias veniunt Corcyræis, obsessis ab Illyriis. ii. 9 *seq.*

Ætolis et Achæis Romani per legatos renunciant victoriam suam de Illyriis, et pacem eis datam. ii. 12, 4 *sq.*

Ætolorum cupiditati se opponit Aratus. ii. 43, 9. cum Ætolis fœdus jungunt Achæi, eosque jurant in bello adv. Demetrium, Philippi patrem. ii. 44, 1. 46, 1. Ætoli, invidia accessionum tacti, quibus creverat respub. Achæorum, cum Antigono Philippi tutore et cum Cleomene societatem contrahere adv. Achæos student; sed consilia eorum pervertit Aratus. ii. 45 *seq.*

iidem antea cum Alexandro, Epiri rege, pactum fecerant de dividenda Acarnania; ii. 45, 1. ix. 34, 7. et cum Antigono Gonata, de dissolvenda repub. Achæorum. ii. 45, 1. ix. 34, 6. 38, 9.

Ætoli, cum Antigoni Dosonis metu quieti fuissent, spreta Philippi pueritia prætextum quæsivere rebus Peloponnesi se immiscendi. iv. 2. *Hinc* Bellum Ætolorum et Lacedæmoniorum cum Achæis et Philippo; Bellum Sociale. iii. 2, 3. iv. 3—87. 57—*fin. et* v. 1—30. 91—105.

Ætolici impetus et avaritiæ plenus juvenis Dorimachus. iv. 3, 5. Ætoli piratæ, e Messenia prædam agentes, Phigaliæ morantur, quæ socia erat et in potestate Ætolorum. iv. 3, 8. 79, 6 *sq.* Ætolorum prætor Aristo; *vide* Ariston. Ætolos ad bellum Messeniis inferendum hortatur Dorimachus. iv. 5.

Ætolorum socii et amici Elei. iv. 5, 4. Ætoli, duce Scopa, Messeniam incursant. iv. 6. Ætoli magis habiles ad viritim pugnandum extra aciem, quam in acie. iv. 8, 10. ad Caphyas prælio vincunt Achæos. iv. 12. astutum et absurdum decretum faciunt adversus Achæos. iv. 15, 8 *sqq.* insolenter rident hos qui de eorum injuriis queruntur. 16, 4. cum Ætolis clam societatem ineunt Lacedæmonii. 16, 5.

denuo, cum Illyriis, in Achaiam irrumpunt Ætoli, iv. 16, 11. et Cynæthum proditione capiunt, iv. 18. et comburunt. 19, 6. Dianæ fanum Lusis spoliant. 18, 9 *sqq.* 19, 4. inde per Rhium domum abeunt, frustra eos persequente Demetrio Phario. 19, 6 *sqq.*

Querelæ Sociorum de Ætolorum injuriis. iv. 25. Fit decretum de Bello inferendo Ætolis. *ibid.* Ætoli potestatem templi Delphici, Amphictyonibus ademtam, sibi solis vindicaverant. 25, 8. Laconicam etiam populati erant, duobus Charixeno et Timæo. iv. 34, 9. *conf.* ix. 34, 9.

Ætolorum prætor Scopas; iv. 27. creatus pro more comitiis autumnalibus. iv. 37, 2.

Ætoli, ex fœderis lege, mille milites auxilio mittunt Cnossiis Cretensibus. iv. 53, 8. vicissim mille Cretenses accipiunt a Cnossiis. 55, 4.

per Epirum in Ætoliam intrat Philippus, et plura oppida capit. iv. 61 *sqq.* interim Ætoli, duce Scopa, Macedoniam devastant, et Dium diruunt cremantque. 62. dein, prætore Dorimacho, Epirum devastant, et templum Dodonæum cremant. 67. socios non minus quam hostes spoliant. 79, 3.

in Ætoliam denuo expeditionem suscipit Philippus, et Thermum devastat, ubi conventum agere Ætoli consueverant. v. 6 *sqq.* Ætoli, per Rhodiorum et Chiorum legatos, Philippum sociosque Rhium ad colloquium invitant, sed ipsi ad diem non adsunt. v. 28 *seq.* Agetas, prætor Ætolorum, Arcarnaniam et Epirum incursat &c. v. 91, 1. *et cap.* 96. Naupactum congregati Ætoli, pacem faciunt cum Philippo sociisque, et finis imponitur Bello Sociali. v. 103—105.

in Ætoliam profugit Lycurgus rex Spartæ. v. 29, 8 *sq.*

Ætolis intercedentibus, Ptolemæus Philopator Antiochum legationibus differt. v. 63, 5. 91, 1.

Ætoli Lacedæmonios ad suas et Romanorum partes trahere student contra Philippum. ix. 28 *seqq.* Soli olim Ætoli contra Antipatrum oculos adtollere ausi erant; soli restiterant Brenno. ix. 30, 3.

Ætoli, Romani et Attalus arma sociant contra Philippum et Achæos. ix. 30, 7 *sqq.* x. 41, 1. ejus societatis conditiones: ix. 39, 8. xi. 6, 2 *sqq.* xviii. 21, 7. in ea societate Ætoli se primos periculis objici querantur; Romanos in subsidiis stare. x. 23. Ætolos legatus Rhodiorum, in plurium legatorum congressu, (*forsan in Achæorum conventu*) gravi oratione hortatur; ut bello adv. Philippum et Græcos absistant, et Romanorum societati renuncient. xi. 5—7.

Ætoli, adsiduitate belli et luxu obærati, pace facta cum Philippo et Achæis, Dorimachum et Scopam nominant ad novas leges et novas tabulas conficiendas. xiii. 1. *Fragm. histor.* 68. *De* pace cum Philippo facta *vide ibid. not. et* xv. 23, 8. xvii. 1, 14. xviii. 21, 8.

Ætolorum socios, Lysimachenses, Calchedonios, Cianos, Philippus, postquam ipse pacem cum Ætolis fecerat, ab Ætolorum societate abstraxit et sibi adjunxit, Cianos etiam in servitutem redegit. xv. 23, 7 *sqq.* xvii. 8, 11 *sq.* 4, 7.

cum Ætolis Naupacti de bello adv. Philippum redintegrando agunt legati Romanorum. xvi. 27, 4. Ætolorum prætor Phaneæ interest colloquio Philippi cum T. Quintio. xvii. 1, 4. 3, 1. Ætolicam et theatralem orationem ibi habet Alexander Isius Ætolus. xvii. 4, 1. Ætolorum mos lege sanctus, SPOLIUM DE SPOLIO CAPIENDI; qui Ætolum prius ex Ætolia erant sublaturi, quam illam legem abrogaturi. xvii. 4, 8. 5, 1 *sq.* Ætolorum plerosque non esse Græcos, contendit Philippus. xvii. 5, 8.

Ætoli, victo Philippo, non exspectatis Romanis, castra Philippi spoliant. xviii. 10, 4. Ætolorum avaritiam, dominandi libidinem, et jactantiam odit T. Quintius; Ætoli Quintium a Philippo corruptum suspicantur. xviii. 17. Philippum prorsus regno ejectum volunt Ætoli; et oppida sibi petunt, quæ eis negat Quintius. xviii. 19, 5 *sqq.* 20, 11 *sqq.* inde semina Belli Romanorum Ætolici et Antiochici. 22, 1 *sq.* Ætolorum prætor Alexamenus. xviii. 26, 11. Ætoli carpunt senatusconsultum de pace Philippo data. xviii. 28. in conventu Thermico cum Ætolis agit Cn. Cornelius, unus e decem legatis T. Quintio adjunctis. xviii. 31, 5 *sqq.*

Iræ suæ indulgentes Ætoli, Antiochum advocant adv. Romanos iii. 3, 3. et per Apocletos suos deliberant cum Antiocho. xx. 1, 1. *conf.* Apocleti.

Bellum Ætolorum cum Romanis, infelix Ætolis. iii. 3, 6. capta a M. Acilio Heraclea, fidei Romanorum se permittunt; xx. 9. *sed*, consule durius cum eis agente, bellum continuant. 10. legatos Romam mittunt, quibus anceps responsum dat senatus. xxi. 1, 3 *sqq.* pro Ætolis apud Scipiones intercedunt Athenienses, et inducias sex mensium impetrant. xxi. 2 *seq. et* 6, 2. cum non convenisset pax, mittitur adv. Ætolos M. Fulvius consul; interim illi Amphilochiam, Aperantiam et Dolopiam recipiunt, a Philippo præreptas. xxii. 8. capta Ambracia urbe, Pacem Ætolis dat Fulvius; xxii. 9—13. quæ, intercedentibus Atheniensibus, Romæ confirmatur. 14. formula Fœderis. 15.

ad Ætolos legati mittuntur, belli Persici causa, C. Popillius et Cn. Octavius. xxviii. 3, 2. 4, 1 *sqq.*

in Ætolia, post bellum Persicum, civilium cædium omnia plena. xxx. 14. tranquillitas restituitur, mortuo Lycisco, xxxii. 21, 1.

Afri, Λίβυες; *pro quo mendose, ut puto,* Λίβυες *vulgo legebatur* xxxi. 26, 9 *et* 11.

Afri et Numidæ, semel victi, bidui aut tridui viam solent recedere. i. 74, 7. Afros Romano more armat Hannibal. iii. 87, 3. 114, 1. Afri Macedonico more armati, in exercitu Ptolemæi Philopat. v. 65, 8.

Africa, ἡ Λιβύη. (*Confer* Libya, Λιβύη.)

in Africam primum trajiciunt Romani, Regulo et Manlio Coss. i. 29. primi eorum in Africa successus, tum clades. 29—34.

Africæ populi, Pœnis subjecti, ab eisdem deficiunt, et cum rebellibus mercenariis faciunt. i. 70, 9. durissime tractati a Pœnis tempore belli Siculi. i. 72.

ex Africa in Hispaniam, ex Hispania in Africam milites mutui præsidii causa trajecit Hannibal. iii. 33, 8 *sqq.*

res Africæ et Italiæ rebus Græcorum misceri cœptæ. v. 104, 4.

Africa, una e tribus terræ partibus, inter Nilum et Columnas Herculis. iii. 37, 2 *et* 5. in Æthiopia contingunt se Asia et Africa. iii. 38, 1. longitudo ditionis Pœnorum in Africa, iii. 39, 2 *sq.* Africæ fertile solum. xii. 3, 1 *sq.* omnem Africam arenosam, siccam et sterilem putaverat Timæus. *ibid.* animantium cum domesticarum, tum ferarum copia. xii. 3, 3 *sqq.* Africæ totius longitudo. *Spicileg. ex lib.* xxxiv. *num.* 6. *Alia de* Africæ geographia, *ibid. num.* 7.

Africanus *junior*. xxxv. 4, 7. *vide* Cornelius Scipio.

Africum Bellum, Λιβυκὸς πόλεμος. i. 70, 7. *vide* Mercenariorum bellum cum Pœnis.

Africus ventus Ἄπηλιος Λίψ. x. 10, 1.

Agathagetus, Rhodius, suadet civibus, ut jam inde ab initio belli Persici Romanis se adjungant. xxvii. 6, 3. xxviii. 2, 3.

Agatharchus, unus e filiis Agathoclis, Syracusarum regis, interfectus (ut ferebatur) ab avo Hippocratis et Epicydis. vii. 2, 4.

Agatharchus, legatus Hieronymi regis, Carthaginem missus. vii. 4, 1.

Agathoclea, meretrix, in potestate habuit Ptolemæum Philopatorem. xiv. 11, 5. *conf.* 12, 3. soror Agathoclis, exosa Alexandrinis post mortem Philopatoris. xv. 25, 8. et 26, 1—3. Macedonibus frustra ubera exserit, quibus puerum regem aluisse se ait. 31, 13. ad supplicium quæritur. 32, 11. nuda cum sororibus et cognatis adducitur, et a populo discerpitur. 33, 7 *sqq.*

Agathocleæ nomen Aristomenes filiæ suæ dedit. xv. 31, 9.

Agathocles, e figulo rex Syracusarum. xii. 15, 6. xv. 35, 2. ejus mercenarii, origine Campani, vi potiuntur Messana urbe. i. 7. Africæ partem sibi subjicere est conatus. xv. 35, 5. ejus temporibus in fide Pœnorum manserat Utica. i. 82, 8. acerba maledicentia eum persequitur Timæus, contra cujus calumnias eumdem defendit Polybius. viii. 12, 12. xii. 15.

Siciliæ tyrannus, initio regni sævissimus, dein clementissimus. ix. 23, 2. judice Scipione, in administratione rerum solertissimus, et cum judicio audacissimus. xv. 35, 6. ejus filius Agatharchus. *vide suo loco.*

Agathocles, Œnanthes filius, amicus Ptolemæi Philopatoris. xiv. 11, 1. cum Sosibio præest administrationi rerum. v. 63, 1. xv. 34, 5 *sq.* ejus consilio Antiochus M. in Cœlesyria legationibus differtur interim dum bellum parant Ægyptii. v. 63, 2 *sqq.*

falsi nominis tutor Ptolemæi Epiphanis, crapula, lascivia, et insolentia, odium in se et seditionem concitat Ægyptiorum. xv. 25. frustra Macedo-

num opem implorat. 26—32. in vincula abductus, confoditur ab amicis, ne ab inimicis cruciaretur. 33. nulla virtute fuerat conspicuus. 34.

Agathynus, Corinthius, Leucade cum navi in portu stans juxta Illyriorum naves, violata fide ab eis capitur. v. 95, 3.

Agathyrna, Ἀγάθυρνα, Siciliæ oppidum. ix. 27, 10 *sq.*

Agelaus, Naupactius. Per eum Scerdilædas Illyrius societatem facit cum Ætolis. iv. 16, 10. Dorimachus prætor Agelaum et Scopam Eleis suppetias mittit. v. 3, 1.

gravem orationem de Pace habet Agelaus; v. 103 *extr. et seq.* quæ oratio commovit Philippum et socios. 105, 1 *sq.* 107, 5. Prætor creatur Ætolorum, mox vero ab eisdem reprehenditur ob pacem factam. 107, 5 *sq.*

Agema Macedonicum, distinguitur a cetratis in exercitu Philippi. v. 25, 1. a cetratis pariter et a phalange diserte distinguitur in exercitu Ptolemæi Philopatoris, ubi Agema e tribus fere millibus constabat. v. 65, 1 *sqq.* 84, 4. validissimum habebatur equitum corpus. xxxi. 3, 8.

Agepolis, (*perperam vulgo aliquoties* Agesipolis) Rhodiorum legatus ad Q. Marcium *Philippum* cos. et ad C. Marcium *Figulum*, classis præfectum. xxviii. 14, 6. 15, 1 *sqq.* Romam legatus. xxix. 4, 4. *et cap.* 7. *et* xxx. 4, 2.

Ager. Flaminii lex de dividendis agris. ii. 21, 7 *sq.*

ager apud Lacedæmonios æquali modo inter cives distributus. vi. 45, 3. 48, 3. non item apud Cretenses. 46, 1.

Agesander, *s.* Agesarchus, Megalopolitanus, pater Ptolemæi, præfecti Ægypti. xviii. 38, 8.

Agesias, Achæorum legatus in Macedoniam ad gratulandum ducibus Romanis victoriam de Perseo. xxx. 10, 3.

Agesilaus, rex Lacedæmoniorum; ejus in Asiam transitus patefecit ignaviam Persarum. iii. 6, 11. commode Spartæ auxilio venit, cum in eo esset ut caperetur ab Epaminonda. ix. 8, 6. quæcumque ab Agesilao gesta sunt, contraria erant sociali Græcorum rationi. ix. 23, 7 *sq.*

Agesilaus *alius junior*; filius Eudamidæ, pater Hippomedontis. iv. 35, 13.

Agesilochus *sive* Hegesilochus, Ἀγησίλοχος, Ἀγησίλοχος *et* Ἡγησίλοχος, Rhodiorum prytanis, monet cives suos, ut cum Romanis spes suas jungant bello Persico. xxvii. 3, 3 *sqq.* Romam legatus. xxviii. 2, 1. 14, 5 *et* 8. legatus in Macedoniam ad L. Æmilium cos. et ad Persenm. xxix. 4, 4.

Agesipolis, Ἀγησίπολις, Agesipolidis filius, Cleombroti nepos, puer admodum, rex creatur Spartæ post mortem Cleomenis; ei tutor datur Cleomenes, Cleombroti filius, patruus pueri. iv. 35, 10 *sqq.* Romam legatus missus, capitur a piratis et occiditur. xxiv. 11, 1 *sq.*

Agesipolis, pater superioris. *ibid.*

Agesipolis, Dymæus, bello captus ab Eleis. v. 17, 4.

Agesipolis (Rhodius) *temere vulgo et invitis libris scribebatur* xxvii. 14 *sq. et* xxix. 4, 4. *pro* Agepolis, *quod vide.*

Agetas, prætor Ætolorum. v. 91, 1. Acarnaniam et Epirum incursat. v. 96, 1 *sq.* Phanotensium urbem proditione capturus, suis artibus luditur. 96, 6.

Agminis Romani ratio. vi. 40. agminis coactores, *σύμαγοι*. vi. 24, 2.

Agones, Ἀγῶνες, populus Gallicus Cisalpinus. ii. 15, 8. *nisi mendosa scriptura, legendumque* Εὐγανεῖς *vel* Lingones, Λίγγωνες. *Conf.* Ægones.

Agrai *vel* Agræi; Ἀγραῖοι, Ἀγραῖς; populus Ætolicus, non Græcus. xvii. 5, 8. *Conf.* Agrianes, *et* Agrii.

Agria. Mendosa olim lectio Ἀγρίαν xxix. 11, 8. *pro* Σνρίαν.

Agrianes, Ἀγριᾶνες *vel* Ἀγριάνες; (*itidem qui* Agrai *vel* Agræi. *not. ad* xvii. 5, 8.) in exercitu Antigoni Dosonis. ii. 65, 2. in Philippi exercitu Antiochi adv. Ptolemæum. v. 79, 6.

Agrigentum, ἡ Ἀκράγας, ἡ τῶν Ἀκραγαντίνων πόλις, urbs Siciliæ; arx et horreum belli Pœnorum. i. 17. obsidetur a Romanis. *ibid. et seqq.* urbem obsidentes Romani, obsidentur ipsi ab Hannone. i. 18 *sq.* capitur Agrig. a Romanis. 19.

Pœni urbem quidem præsidio tenuerant, sed cives libertate et legibus suis passi erant frui. ii. 7, 7. *coll.* i. 43, 8. tunc Galli mercenarii Pœnorum, qui eam custodiebant, diripere urbem conati erant, sed eam servavit Alexo. *ibid. et* ii. 7, 8.

Agrigentum receptum a Pœnis bello Punico tertio, proditur Romanis: *ea occasione* situm urbis et præstantiam *describit Polybius* ix. 27. colonia erat Rhodiorum. *ibid. vs.* 8. Nominis origo *Spicileg. Fragm. ex lib.* ix. *num.* 2.

Phalaridis taurum numquam Agrigenti exstitisse contendit Timæus. xii. 25.

Agrigentus fluvius, ὁ Ἀκράγας. ix. 27, 5. *et Spicileg. ex lib.* ix. *num.* 2.

Agrii, Ἄγριοι; *iidem qui* Agrai *vel* Agraei, *si vera lectio* xxvi. 7, 1. *ubi* Σάρδεις *vel* Σαρδῴους *fortasse ex Livio scribendum pro vulgato* Ἀγρίους.

Agrinium, Ἀγρίνιον, oppidum Acarnaniæ. v. 7, 7.

Agron, rex Illyriorum, Pleurati fil. ii. 2, 4. pacta cum Demetrio, Philippi patre, mercede, Medionios ab Ætolis obsessos adjuvat, et magna clade adficit Ætolos. ii. 2 *seq.* inde lætitia elatus, potui et comissationi indulget; unde in pleuritidem incidit, qua brevi tempore abripitur. ii. 4.

mortuo Agroni, in regnum succedit vidua Teuta. ii. 4, 7.

Αἰγόσαγες; *vide* Ægosages: *et sic reliqua omnia nomina ab* Αἰ *in Græco incipientia, vide in* Æ.

Ala. Alæ sociorum in exercitu Romano. vi. 26, 9. ala *vel* cohors regia Philippi, ἴλη βασιλική. x. 42, 6. *conf.* x. 2, 5. amicorum ala; *vide* Hetæri.

Alabandenses, Ἀλαβανδεῖς, *cives urbis Alabandæ* in Caria, commeatus præbent Philippo. xvi. 24, 6. tamen eorum agrum diripit Philippus. *ibid. ut.* 8. Orthosiam invadentes, acie vincuntur a Rhodiis. xxx. 5, 15.

Alabandensis Menedemus. v. 79, 6.

Albam usque penetrant Galli cum exercitu, ii. 18, 6.

Albinus. vide Postumius.

Alcæus scite ridere consueverat Isocratem grammaticum. xxxii. 6, 5.

Alcamenes, Lacedæmonius, occisus a factione Ætolica. iv. 22, 11.

Alcamenes, Diæi sodalis, prætoris Achæorum. xl. 4, 9.

Alces in Alpibus. xxxiv. 10, 8 *sq.*

Alcetas, Bœotorum prætor. xxiii. 2, 13.

Alcibiadis consilio, Athenienses, Chrysopolim tenentes, portoria exegerunt a navigantibus in Pontum. iv. 44, 4.

Alcibiades Spartanus, e veterum exsulum numero, Romam legatus, ingratus adv. Achæos. xxiii. 4, 8. 11, 7 *sq.* 12, 2 *sq.* xxiv. 4, 3.

Alcithus, Xenophontis filius, legatus Achæorum ad Ptolemæum Philometorem. xxviii. 10, 9. 16, 3.

Aleator; veluti bonus aleator, Amilcar intercepit hostem. i. 84, 7.

Aletes, metallorum argenti in Hispania inventor, ut heros ab incolis colitur. x. 10, 11. tumulus prope Novam Carthag. ab eo denominatus. *ibid.*

Alexamenus, Ætolorum prætor. xviii. 26, 11 *sq.*

Alexander, Philippi filius, rex Maced.

usque ad Alexandri et Philippi regnum (*forte* Ἀλεξάνδρου τοῦ Φιλίππου *legendum, pro* Ἀλεξ. καὶ Φιλ.) substitit fœdus pristinum Achæorum. ii. 41, 6 *et* 9. primi successores Alexandri, Seleucus, Ptolemæus et Lysimachus, circa unum idemque tempus omnes e vivis excesserunt. ii. 71, 5. *cf.* 41, 2.

Alexandri trajectio in Asiam non erat causa, sed initium belli contra Persas. iii. 6, 14. ejus imperium in Asia remotissimas et parum cognitas olim regiones patefecit itineratoribus. iii. 59, 3.

ejus severitatem in Thebanos exercitam (*cf.* v. 10, 6.) non imitatus est Philippus in Lacedæmonios. iv. 23, 8. *et cap.* 24. Alexander, cum a Thebanis et Persis pœnas sumeret, a templis tamen et locis Diis sacratis abstinuit. v. 10, 6. Alexandri merita in Græcos. ix. 34, 1 *sqq.*

ut de Alexandri genere prognatus videretur, solicite laboravit Philippus, Demetrii filius. v. 10, 10.

ab Alexandro neglecta fuerat Artabazanis dynastia. v. 55, 9. magna pars gloriæ Alexandri comitibus ejus ac ministris debetur. viii. 12, 7 *sqq.* ejus pugnam cum Dario in Cilicia pugnatam imperite descripsit Callisthenes. xli. 17—22. Alexander cum Dario in aperto potissimum campo bellum gessit, urbes raro excidit aut perdidit. xvii. 3, 5.

Alexander, Acmeti filius, dux copiarum Antigoni in pugna adv. Cleomenem, Macedonibus chalcaspidibus præfectus. ii. 66, 5.

Alexander *alius*, in eadem Antigoni acie equitatui præfectus, ii. 66, 7. minus perite rem gerit quam juvenis Philopœmen, 68, 1 *sqq.*

hic idem videtur esse atque ille Alexander, quem satellitio et custodiæ corporis præpositum Philippo reliquit idem Antigonus, Philippi tutor. iv. 87, 8 *sq.* quem apud Philippum calumniatus est Apelles. 87, 5. idem a Philippo Thebas mittitur ad persequendum Megalean. v. 28, 6 *sq.* ejus studium et benevolentia in Philippum laudatur. vii. 12, 6.

Alexander, Ætolus, per proditionem in Ægiram urbem irrumpit. iv. 57. in certamine occiditur. 58.

Alexander, Ætolus; *vide* Alexander Isius, et Alex. Trichoniensis.

Alexander, Antigoni pater, legati Persei ad Bœotos. xxvii. 5, 1.

Alexander, Attali legatus Romam. xvii. 10, 11.

Alexander *Balas*, qui Antiochi Epiphanis filius perhibebatur, Romam adducitur

ab Heraclide. xxxiii. 14, 1. quamvis manifesta fuerit fraus, impetrat tamen a senatu, ut in Syriæ regnum restituatur; *sic enim intelligenda est ἡ πάθος* xxxiii. 16, 9. *non* (*ut est in vera Lat.*) *de solo* reditu in patriam. *conf. ibid. vs.* 13.

Alexander, Epiri rex. Cum eo societatem jungunt Ætoli, de subigenda et dividenda Acarnania. ii. 45, 1. ix. 34, 7.

Alexander, Isius cognomine, gente Ætolus, cum Phænea interest colloquio T. Quintii cum Philippo, et invectivam habet in Philippum, xvii. 3. quam ille Ætolicam et theatralem dicit. 4, 1. ab Ætolis legatus mittitur Romam. xvii. 10, 9.

rursus cum Phænea interest colloquio Titi cum sociis de pace Philippo danda. xviii. 19, 5 *sqq. coll.* 20, 11. 21, 3. rursus Romam mittitur legatus cum Phænea, xxii. 8, 11. senex; 9, 14. sed interceptus ab Epirotis, quum pretium redemtionis, ditissimus licet, solvere nollet, in custodia servatus est, mox vero Romanorum jussu absque pretio liberatus. xxii. 9.

Alexander, Molonis frater, Persidi præfectus sub Antiocho Magno. v. 40, 7. cum fratre, Mediæ satrapa, deficit ab Antiocho. v. 41, 1. 43, 5 *sq.* victo Molone ab Antiocho, se ipse jugulat. v. 54, 5.

Alexander *Pheræus*, Thessaliæ tyrannus, in vincula conjicit Pelopidam Thebanum. viii. 1.

Alexander, Phocidi præfectus a Philippo, decipit Ætolos, Phænotensium arcem se eis traditurum pollicens. v. 69, 4 *sqq.*

Alexander Trichoniensis, dux Ætolorum, carpit extremum agmen Philippi, Thermo regredientis. v. 13, 3.

Alexandri Turris, *ἡ Ἀλεξάνδρου πύργος*, in Thessalia. xviii. 10, 2.

Alexandria Ægypti, *ἡ Ἀλεξάνδρεια*.

Alexandriam fugit, ibique perit Cleomenes. *vide* Cleomenes. Alexandriam Ptolemæus Philopator contrahit milites mercenarios, quos extra Ægyptum aluerat. v. 63, 8 *et* 10. Alexandriæ et Carthagine in publicis tumultibus non minus pueruli quam viri tumultuantur. xv. 30, 10.

Alexandria pæne potitur Antiochus Epiphanes. xxviii. 18, 1. xxix. 1, 1. Alexandriæ tria genera degunt hominum. xxxiv. 14.

Alexandria Troas, *ἡ Τρωὰς Ἀλεξάνδρεια*. v. 111, 3. cives ejus urbis liberant Ilienses ab obsidione Gallorum, et Gallos universa Troade ejiciunt. *ibid.* Alexandrenses, *Ἀλεξανδρεῖς*, benigne compellantur ab Attalo, ob servatam fidem. v. 78, 6.

Alexandria (Troade) se cessurum pollicetur Antiochus Scipionibus. xxi. 10, 8. 11, 2.

Alexis, arcis Apameæ custos; ejus opera utitur Hermeas ad perdendum Epigenem. v. 50, 10 *sqq.*

Alexo, *ὁ Ἀλίξων*, gente Achæus, militans apud Pœnos, sua fide impedit proditionem mercenariorum Agriganti, et Lilybæi. i. 43, 8 *sqq. coll.* ii. 7, 7.

Aliena pro suis obtrudere, turpissimum in Scriptore. ix. 2, 2.

Alinda, *Ἀλίνδη*, *pro urbis Asiaticæ nomine vulgo legebatur* xxii. 17, 11. *ex Ursini conjectura, temere in contextum recepta. Vide* Temenopolis.

Aliphera, *ἡ Ἀλίφειρα*, *ἡ Ἀλιφειρέων πόλις*, urbs olim Arcadiæ et Megalopoli contributa, a Lydiada tyranno Eleis permutando concessa. iv. 77, 10. 78, 1 *sqq.* eam oppugnat capitque Philippus. iv. 78, 6 *sqq.*

Aliphereenses, *Ἀλιφειεῖς*, iv. 78, 8. *et* *Ἀλιφειεῖων* *cap.* 77, 10. *nisi ibi* *Ἀλιφειέων pro* *Ἀλιφειεῶν scribendum, quod tamen nil urget ut statuamus.*

Alipta pro legato vel nuncio ad Rhodios utitur C. Lucretius. xxvii. 6, 1.

Allinda, *mendosa olim scriptura* iv. 77, 10. *vide* Lydiadas.

Alliorum capita. xii. 6, 5.

Allobroges, *Ἀλλόβριγες*, Gallica populus inter Rhodanum et Alpes. iii. 49, 13. infestant Hannibalem, Alpes conscendentem. iii. 50 *seq.*

Alorus, *Ἄλωρος*, *urbs Macedoniæ*. Alorita Cæpias, *Ἀλωρίτης*. v. 63, 12. 65, 7.

Alpes, *αἱ Ἄλπεις*. ii. 14, 6 et 9. 15, 8. &c. *τὰ Ἀλπεινὰ ὄρη*. ii. 14, 8.

Alpium juga (*ἡ τῶν Ἀλπεων περίκλυσις*) incipiunt a Massilia et locis Sardoo mari superjectis, pertinentque usque ad ultimum Adriatici sinus recessum, ii. 14, 6. per 2200 stadia. ii. 14, 9. xxxiv. 10, 17. Alpes et Apenninus mons coincidunt supra Massiliam, haud procul a Sardoo mari. ii. 14, 8.

Hannibalis transitus per Alpes. iii. 47—56. ante Hannibalem Galli plus semel cum magnis exercitibus Alpes erant transgressi. iii. 48, 6. nono die ad summa Alpium juga pervenit Hannibal. iii. 53, 9. Alpium cacumina perpetuis nivibus tecta. 55, 1 *et* 9. Alpes veluti arx sunt universæ Italiæ. 54, 2.

Alpium magnitudo et memorabilia.

xxxiv. 10, 8 *sqq.* quatuor per Alpes transitus. *ibid. vs.* 18.

Alpheus, ὁ Ἀλφειός, fluvius Peloponnesi, Hercæam urbem adluit. iv. 78, 2. pontem in Alpheo ad Heræam instaurat Philippus iv. 77, 5. per decem stadia sub terra occultatur. xvi. 17, 5 *sqq. ubi et alia de* ejus cursu.

Althæa, Ἀλθαία, urbs princeps Olcadum in Hisp. expugnata ab Hannibale. iii. 13, 5 *sq.*

Altitudo turris æstimata ex numero ordinum lapidum. *Spicileg. ex lib.* viii.

Alypus Ambraciensis, legatus Romam; *mendosa vulgo lectio* xxii. 8, 11.

Amœocritus, prætor Bœotorum. xx. 4, 2.

Amanicæ Pylæ, *ai* Ἀμανίδες Πύλαι. xii. 17, 2.

Ambitio civium, origo et principium ruinæ reipublicæ. vi. 57, 5 *sq.*

Ambracia, urbs et regio; *vide mox* Ambracus.

Ambracus, ὁ Ἄμβρακος, iv. 61, 7. *et* Ambracia, ἡ Ἀμβρακία, xvii. 10, 10. (*ubi quidem* Ἀμπρακία *per π literam habent codices:*) xxii. 9, 2 *et* 5. 13, 9. urbs bene munita Ætolorum, olim Pyrrhi regia. xxii. 13, 9. ejus situs. iv. 61, 7.

ad eam obsidendam Philippum hortantur Epirotæ, qui potiundæ Ambraciæ, (τῆς Ἀμβρακίας *id est* ditionis Ambraciotarum τῆς τῶν Ἀμβρακιωτῶν χώρας) avidi erant. iv. 61. urbem capit Philippus, et Epirotis tradit. 63.

eamdem oppugnat Fulvius consul. xxii. 9, 1—6. *et cap.* 10 *seq.* intercedente Amynandro, Ambraciotæ urbem Romanis tradunt. xxii. 12. statuas et tabulas pictas ex urbe avehi curat Fulvius. 13, 9.

Ambraciæ exsulant Thurio profugi. xvii. 10, 10.

Ambracius *vel* Ambracicus sinus, ὁ Ἀμβρακικὸς κόλπος. Ejus descriptio. iv. 63, 4 *sqq.* v. 6, 13 per eum ex Epiro in Acarnaniam trajicit Philippus. iv. 63, 4. per eumdem redit. 66, 4. in eumdem rursus anno sequente invehitur, ex Cephallenia et Leucade veniens, et Limnæam portum petens. v. 5, 12 *et* 14.

Ambraciota Lamius; *vide suo loco.* Ambraciota *nescio quis, cujus nomen corruptum*, ab Ætolis Romam missus. xxii. 8, 11.

Ambrysus, Ἄμβρυσος, urbs Phocidis, ab Ætolis tentata. iv. 25, 2.

Amentia est cum malitia conjuncta, putare, si tu oculos claudas, ne alios quidem cernere. iv. 27, 7.

Amicitia. Regum inconstantia in amicitia. *Fragm. gramm.* 81. reges amicitiam nonnisi utilitate metiuntur. ii. 47, 5.

Amicorum delectus in regum adolescentia quantum valeat. vii. 14, 6.

amicorum ala; *vide* Hetæri. τὸ τῶν φίλων σύνταγμα. xxxi. 3, 7.

Amilcar *senior*, dux copiarum pedestrium Pœnorum in Sicilia, cædit auxiliares Romanorum, dissidentes a Romanis. i. 24. *idem*, dux classis, ad Tyndaridem minus prospere pugnat. i. 25. *coll. cum* 27, 6. *tum* in pugna navali cum Regulo cornu sinistro præfectus, vincitur fugaturque. i. 27 *seq.* revocatur ex Sicilia in Africam adv. Regulum. i. 30. ejus filius Hannibal, *diversus a Barcæ filio.* i. 44, 1.

Amilcar cognomine Barca, Ἀμίλκας ὁ Βάρκας ἐπικαλούμενος. i. 56, 1. pater Hannibalis. i. 64, 6. ii. 1, 6. dux classis Pœnorum, agrum Locrorum Brutiorumque in Italia populatur; inde ad Ercten, inter Erycem montem et Panormum, castra posuit, Romanis imminens, Panormum tenentibus. i. 56. multis ad Panormum certaminibus cum Romanis per tres annos continuos singulari fortitudine et mira industria defunctus est. 57. Erycem urbem in medio monte sitam occupat, ubi rursus per biennium certavit. 58.

Barcam, cujus audacia nil fuit terribilius, Eryce in classem recepturus erat Hanno, ad pugnam navalem cum Lutatio. i. 60, 3 *et* 8. Hannone, priusquam ad Erycem adpellere posset, victo summa rerum Amilcari traditur; qui pacem petit a Romanis, prudentis ducis officio functus. 62.

dux consilio et virtute omnium suæ ætatis præstantissimus. i. 64, 6. icto fœdere cum Lutatio et Romanis, reliquiis copiarum Eryce Lilybæum deductis, (unde in Africam erant deducendæ) imperium deponit. 66.

ei infensi sunt mercenarii rebelles in Africa, quod ab eo se neglectos putarent. i. 68, 12. bello cum mercenariis præficitur, idque bellum probabili cum successu gerit. 75—78. humanitatem ejus, qua in captivos utitur, suspectam faciunt rebelles. 79, 8. ei collegam Hannonem dant Pœni, orantque ut graviter bellum persequatur. 81. copias jungit cum Hannone; sed, ob ducum discordiam, nil recte geritur. 82. Hannibalem collegam nanciscitur, et cum eo bene rem gerit, juvante, Navara Numida. 82, 12 *sq.* 84 *seq.* Hannibale ab hostibus victo et in crucem acto, cum Hannone in gratiam redit Amilcar,

87. et junctis cum eo viribus finem bello Pœnorum Africo imponit. 88.

in Hispaniam missus Amilcar, multis ibi populis imperio Pœnorum subjectis, nono anno fortiter pugnans occumbit. ii. 1. Ejus in Romanos ira, præcipua causa fuit secundi belli Punici; iii. 9, 6 *sqq.* 10, 7. 12, 2 *sq.* quum filium Hannibalem perpetuum odium Romanorum jurare fecisset. iii. 12.

Amilcar *alius*, classi Asdrubalis præfectus in Hispania. iii. 95, 2. (*pro quo Livius* Himilconem *nominat.*) *Adde* viii. 3, 8.

Amilcar *alius*, legatus Pœnorum Romam missus initio tertii belli Punici. xxxvi. 3, 8.

Amisus, urbs Ponti. iis Ἀμισὸν *temere ex Ursini conject. editum erat* xxv. 4, 8. *pro iis* Παρνασσὸν; *et mox ibid. vs.* 9, Ἀμισέων, *pro* Μυησιέων.

Ammonius, Barcæus, dux partis copiarum Ptolemæi Philopat. v. 65, 8.

Amorgus, Ἀμοργὸς, insula maris Ægæi. *Fragm. hist.* 7.

Amphaxitis, ἡ Ἀμφαξῖτις, Macedoniæ regio. v. 97, 4.

Amphictyonibus Ætoli potestatem templi Delphici ademerunt; Amphictyonas in subjiciendo potestati eorum templo et in legum instauratione se adjuturos recipiunt Achæi eorumque socii. iv. 25, 8.

si Amphictyonum concilium jussisset Albinum historiam Græce conscribere, excusatio ejus locum erat habitura. xl. 6, 6.

Amphidamus, (*aliis* Amphidamas) dux Eleorum, a Philippo captus cum suis. iv. 75, 6. Olympiam captivus ductus, sine pretio a Philippo Elidem dimittitur, pollicitus se Eleos ad Philippi partes traducturum. iv. 84, 2—8. cum destinata perficere non potuisset, Elide elabitur et ad Philippum se confert, ubi Aratos contra Apellis calumnias defendit. 86.

Amphilochi, τὸ τῶν Ἀμφιλόχων ἔθνος, populus Ætolicus, non Græcus. xvii. 5, 8.

regio Amphilochia, ἡ Ἀμφιλοχία, recipitur ab Ætolis. xxii. 8, 3 *sqq.*

Argos Amphilochicum: *vide suo loco.*

Amycæ campus, τὸ καλούμενον Ἀμύκης πεδίον, prope Antiochiam; eum perfluit Orontes. v. 59, 10.

Amyclæ, αἱ Ἀμύκλαι, oppidulum prope Spartam. v. 18, 3. ejus situs et memorabilia. 19, 1 *sq.* castra ibi habet Philippus. v. 20, 12. 23, 7.

Amynas, Ἀμύνας, (*rectius fortasse* Ἀμυνᾶς, *ut sit nomen decurtatum ex* Ἀμύνανδρος, *et idem sit vir qui* Amynander *alias et a Polybio et a Livio vocatur. conf.* xx. 10, 5.) rex Athamanum, gener Scerdilædæ Illyrii. iv. 16, 9.

Amynander, Ἀμύνανδρος, (*idem qui* Ἀμυνᾶς *modo dictus est*) rex Athamanum. Ei per legatos significant Romani, se Philippum bello petituros, ni Græcia abstineat. xvi. 27, 4. cum T. Quintio interest colloquio cum Philippo. xvii. 1, 3. ingenio est flexili; Romam legatus mittitur a T. Quintio. xvii. 10, 7. rursus interest colloquio Quintii cum Philippo, victo ad Cynosceph. xviii. 19, 3 *sq.* Quintius et decem legati, victo Philippo, Amynandro tenere permiserunt castella, quæ ille belli tempore ademerat Philippo. xviii. 30, 13.

Amynandrum dedi sibi ab Ætolis postulat M? Acilius, cum a Romanis ille defecisset. xx. 10, 5. Amynander, *cum Antiocho se junxisset, et a Philippo Athamania esset pulsus*, restitutus in regnum per Ætolos, legatos Romam mittit et ad Scipiones in Asiam, culpam deprecans, et Philippum accusans. xxii. 8, 1 *sq.* *Conf. Liv.* xxxviii. 1—3.

hortatu Amynandri, Ambracienses urbem suam tradunt Romanis. xxii. 12.

Amyntas, Philippi pater. ii. 48, 2.

Amyricus campus, τὸ Ἀμυρικὸν πεδίον, in Thessalia. v. 99, 5.

Anacleteria, ἀναπλητήρια, *proclamatio et inauguratio solennis Regis, qui hactenus pupillus sub tutoribus fuerat.* Anacleteria Ptolemæi Epiphanis, filii Philopat. xviii. 38, 3. Ptolemæi Philomet. xxviii. 10, 3. *ni ibi* minor Ptolemæus (*Physcon*) *intelligendus. Vide* Ptolemæus Philometor, *et* Ptolemæus Physcon.

Anæa fanum Ecbatanæ, τῆς Ἀναίας. *Sic legendum videtur* x. 27, 12. *pro* Ænæ.

Anagnia, αἱ Ἀνάγνιαι, oppidum Latii, prope viam qua Roma itur ad Circæum montem: eo servulos præmittit Demetrius. xxxi. 21, 6. 22, 2. 23, 2 *sq.*

Anamares, Ἀνάμαρις, populus Gallicus, Galliæ Cispadanæ, inter Boios et Insubres, haud procul *Massilia, ut mendose vulgo legitur pro* Placentia, *ut videtur.* ii. 32, 1. *Conf.* Ananes.

Ananes, Ἄνανις, Ἄναγις *cod. Aug.* Ἀνίανις *cod. recentiss. Reg. B.* (*unde* Anianes *Casaub.*) populus Gallicus Cispadanus, Boiis ab ortu. ii. 17, 7. Iidem qui Ἀνάμαρις dicuntur ii. 32, 1. *et* Ἄνδρις ii. 34, 5. in eorum finibus erat Clastidium oppidum. ii. 34, 5.

Aniariacæ. *Vide* Aniaracæ.

Anas, ὁ Ἄνας, Hispaniæ fluvius. xxxiv. 9, 12. *Spicileg. ex lib.* xxxiv. *num.* 7.

Anaxidamus, Achæus, in exercitu Philopœmenis adv. Machanidam. xi. 18, 1.

Anaxidamus *alius*, (*si vera scriptura*) anticus Machanidæ. xi. 18, 3. *et vs.* 5. *nisi fortasse* Archidamus *ibi legendum.*

Anaxidamus, legatus Achæorum, Romam missus ad deprecandum pro exsulibus. xxxi. 6, 1. *coll. cap.* 8. rursus eodem mittitur. xxxiii. 2. *Videtur* Megalopolitanus *fuisse.* xxxiii. 2, 2.

Ancara, Ἄγκαρα, oppidum Italiæ; civis Ἀγκαράνιος. viii. 39, 3.

Ancyra, ἡ Ἄγκυρα, urbs Galatiæ. xxii. 22, 1.

Ancyra, oppidum Illyrici. xxviii. 8, 11. ubi rectius ἐν Ἄγκυραις *scribetur, quam* (*ut vulgo*) ἐν Ἀγκύραις.

Anda, Africæ oppidum. xiv. 6, 2.

Andania, ἡ Ἀνδανία, oppidum Messeniæ. v. 92, 6. *ubi, pro mendoso* Ἴνδιον, *utique* Ἀνδανίαν *legendum.*

Ἀνδεβάλης. *vide* Indibilis.

Andosini, Ἀνδοσῖνοι, *si vera lectio*, populus Hispan. cis Iberum. iii. 35, 2.

Andranodorus suadet Hieronymo regi Syracusarum, ut, relictis Romanis, Hannibalis partibus se adjungat. vii. 2. *et* 5.

Andreas, archiater Ptolemæi Philopatoris, in tentorio regis pro rege occisus. v. 81, 6.

Andres vel Andri, (ἡ τῶν Ἀνδρῶν χώρα) *mendosa scriptura, pro* Anamares *vel* Anames. ii. 34, 5.

Androlochus, Eleus, captus a Lyco, proprætore Achæorum. v. 94, 6.

Andromachus, Achæi pater, frater Laodices, uxoris Seleuci Callinici, matris Antiochi magni; captivus Alexandriæ, liberatur deprecantibus Rhodiis. iv. 51. viii. 22, 11.

Andromachus, Aspendius, hortatur milites Ptolemæi Philopat. v. 64, 4. 83, 3. in pugna ad Raphiam fortiter se gerit. v. 85, 9. prætor Cœlesyriæ et Phœniciæ relinquitur a Ptolemæo. 87, 6.

Andromachus, Ptolemæi Philometoris legatus Romam. xxxiii. 5, 4.

Andronicus, Attali legatus Romam. xxxii. 26, 2.

Andronidas, cum Callicrate nititur, ne Ptolemæis auxilium ittantur ab Achæis. xxix. 10, 1. exosus Achæis sicut Callicrates. xxx. 20. a Metello ad Dimæum missus bello Achaico, pacis conditiones Achæis offert, frustra. xl. 4, 1 *sqq.* vinctus abducitur, et nonnisi soluto pretio dimittitur. *ibid. et cap.* 5.

Androsthenes, Cyzicenus, Antiocho M. gazam ex India devehit. xi. 34, 12.

Aneroëstus, *vel* Aneroëstes, rex Gæsatorum Gallorum. ii. 22, 2. cum præda domum redeundum censet. ii. 26, 5 *sqq.* prælio victus a Romanis, sibi et necessariis suis manus infert. ii. 31, 2.

Aniones; *vide* Anames.

Aniarcæ, Ἀνιαρκάναι, populus a septemtrione Mediæ incolens. v. 44, 3. *Mendose vulgo* Ἀμαρκάναι. *Rectius fortasse* Ἀναριάναι, Anariacæ.

L. Anicius, debellatis Illyriis, Genthium in triumpho ducens, ridiculos ludos edit. xxx. 13. in Epiro nobilissimos viros condemnaverat. xxxii. 21, 6. legatus mittitur in Asiam, ad vindicandam injuriam Attalo a Prusia illatam. xxxiii. 6.

Anien *fl.* Anio fluvius, ὁ Ἀνίων ποταμός; per eum copias trajicit Hannibal, Romam petens. ix. 5, 9. pontibus rescissis consules hostem per alveum fluvii regredi cogunt. ix. 7, 4.

Animantia, hominibus cautiora. xv. 21, 5 *sqq.* xvii. 15 *extr.* inter animantia, ducum munere funguntur fortissima. vi. 5, 6. animalis διαμάχου (*Alcis*) in Alpibus descriptio. xxxiv. 10, 8.

Animi moderatio res magna et præclara. viii. 14, 6.

animi pugnantium, magnum et exitum pugnæ momentum habent in utramque partem. *Fragm. gramm.* 91.

Annales in domorum parietibus descripti. v. 33, 3.

Annonæ omnis vile pretium in Gallia Cisalpina. II. 15. in Lusitania. xxxiv. 8, 4 *sqq.*

annonæ inopia et caritas Romæ. ix. 44.

Annus. *vide* Olympias.

annorum 53 res gestas persequitur principalis pars historiæ Polybii. i. 1, 5. iii. 1, 9. 4, 2.

annus legitimus capessendi reipubl. apud Achæos, tricesimus. xxix. 9, 6. *conf.* xxv. 7, 4. *et Valesii Admon. ad* xxiv. 9, 3.

Antalcidas. Antalcidæ pax, pax Antalcidica, ἡ ἐπὶ Ἀντιαλκίδου γενομένη (*vel* λεγομένη) εἰρήνη. i. 6, 2. post illam Lacedæmonii ediserunt, se liberas dimittere Græcas civitates, nec tamen Harmostas revocarunt. iv. 27, 3. ea pace urbes Græcas (Asiæ) Persis tradiderunt, pro quarum libertate dimicantes vicerant Persas. VI. 49, 5.

Antanor, Eleus, bello captus a Lyco, proprætore Achæorum. v. 94, 6.

Antenor, Persei legatus Rhodum. xxvii. 4 *et* 11.

Antias populus Latii, ἡ Ἀντιατῶν δῆμος, primo fœdere Romanorum cum Pœnis comprehensus. iii. 22, 11. rursus secundo fœdere. iii. 24, 16.

Anticyra, ἡ Ἀντίκυρα, oppidum maritimum Phocidis, ad sinum Corinthiacum: inde T. Quintius, Elatea Phocidis veniens, Corinthum transjicit. xviii. 28, 7.

Anticyram ex Epiro navigat A. Hostilius, Thessaliam inde petens. xxvii. 14, 6.

Antigonea, ἡ Ἀντιγόνεια, urbs Epiri. Per fauces ad Antigoneam in Epirum intrat Scerdilaedas Illyricus. ii. 5, 6. 6, 6. διὰ τῶν στενῶν τὴν Ἀντιγόνειαν ἐστιῶν.

Antigonia solennia, τὰ Ἀντιγόνεια. xxviii. 16, 3. celebrantur Sicyone. xxx. 20, 3.

Antigonus, Alexandri filius, legatus Persei ad Boeotos. xxvii. 5.

Antigonus Coelas, ὁ Μονόφθαλμος, primus Syriam et Coelesyriam obtinuit; quae, eo devicto, Seleuco cesserunt. v. 67. xxviii. 17, 7. cuncti successores Alexandri bellum adv. eum gesserunt. xvii. 3, 5.

Antigonus *Doson*, tutor Philippi, Demetrii filii, nomine ejus administrat regnum Macedoniae ii. 45, 2. xx. 5, 7. Antigonus novissimus. ix. 29, 7. ejus amicitiam quaerunt Aetoli, ob invidiam adv. Achaeos. ii. 45. professus Achaeorum inimicus est, ob interceptam ab Arato Acrocorinthum. ii. 45, 3.

cum eodem clam societatem molitur Aratus ad bellum Cleomenicum, et legatos ad eum mittit duos Megalopolitanos. ii. 47—49. societatem Arato promittit Antigonus. 50. in Peloponnesum advocatur ab Achaeis, eique traditur Acrocorinthus in fidei pignus. 51 *seq.* in Achaeorum conventu dux Sociorum nominatur adv. Cleomenem. 54, 3 *sq.* ejus auspiciis jurejurando sancitur societas inter Achaeos, Epirotas, Phocenses, Macedonas, Boeotos, Acarnanes et Thessalos. iv. 9, 4.

multas Cleomeni urbes eripit. ii. 54, 6 *sqq.* de ejus crudelitate in Mantinenses immerito queritur Phylarchus. ii. 56. Macedonibus domum in hiberna dimissis, Argis quiescit Antigonus, Cleomene interim in Megalopolitanos saeviente et agrum Argivum populante, et querentibus de Antigono Achaeis. II. 54 *extr.* 55. *et* 64.

aestatis initio in Laconicam ducit exercitum, et praelio ad Sellasiam ad Olympum et Evam colles vincit Cleomenem. ii. 65—69. v. 24, 8 *sq.* repentina invasione Sparta potitur, Spartanos humaniter tractat, et pristinam reip. eis restituit, (v. 9. 8 *sqq.* ix. 36.) honoribusque ab Achaeis cumulatus domum rediit. ii. 70. communi pace omnibus Graecis praestita. iv. 3, 6.

Illyrios, qui Macedoniam invaserant, praelio vincit: in eo praelio nimia vocis contentione usus, moritur ex rejectione sanguinis, et regnum juveni Philippo relinquit. ii. 70.

vivus sapienter et regnum et pupillum Philippum rexerat; moriens, testamento rebus in posterum prudenter providit. iv. 87. industrius, prudens, fidem colens. ii. 47, 5. 70, 7. rei castrensis magnum usum habuit. ii. 66. v. 25, 9. in praelio ad Sellasiam Megalopolitanos aeneis clypeis armavit. iv. 69, 5.

dona mittit Rhodiis, terrae motu adflictis. v. 89, 6. uxor ejus, Chryseis. v. 89, 7. Antigonus Megalopolitanis Prytanin legumlatorem misit. v. 93, 8.

ejus res adv. Lacedaemonios gestas Lacedaemoniis in memoriam revocat Chlaeneas Aetolus, ut eos a Macedonum amicitia ad Aetolos traheret; ix. 29, 7 *sqq.* vicissim humanitatem Antigoni eisdem in memoriam revocat Lycicus Acarnan. ix. 36.

Antigonus in Asiam profecturus, ad Larymnam cum navibus in sicco haesit; ubi cum ab hostibus opprimi posset, servatus est benevolentia Neonis Boeoti. xx. 5.

Antigonus Gonatas, Ἀντίγ. ὁ Γονατᾶς, Demetrii *Poliorcetis* filius. ix. 34, 6. ab Aetolis incitatus, Achaeorum concilia dissolvit. ii. 43, 9. 45, 2. ix. 34, 6. civitatibus Achaeorum partim praesidia imposuit, partim tyrannos praefecit. ii. 41. 43. 44, 1. ix. 29, 5 *sq.* ejus conatibus se opponit Aratus. ii. 43, 9.

Antilibanus. Ἀντιλίβανος. Inter Libani et Antilibani radices, est Marsyas campus. v. 45, 9. in Libani et Antilibani confinibus oritur Orontes fluv. v. 59, 10.

Antinous, Epirota Molossus, (xxx. 7, 2.) per Charepis calumnias bello Persico cogitur ad Perseum confugere, ne Romam insons abduceretur. xxvii. 13. Molossorum gentem ad Perseum abstraxit; ad extremum fortiter occubuit. xxx. 7, 2 *sq.* (*Videtur sibi ipse mortem consciviisse. cf. ix. 9. et cap.* 8, 3.)

Antiochia, Ἀντιόχεια, ad Orontem. v. 59, 10. princeps urbs Syriae, ex quo Seleucia in Ptolemaeorum venerat potestatem. v. 58, 4 *sqq.* sedes Antiochi M. qui ibi Laodicen salutari reginam jubet, et ad bellum se comparat. v. 43, 4. sedes item Demetrii *Soteris*. xxxii. 4, 1. Antiochiam ex clade ad Raphiam accepta redit Antiochus Magnus. v. 87, 1.

Antiochenses, 'Αντιοχεῖς; eorum agro imminet Coryphæus mons. v. 59, 5.
Antiochia Mygdoniæ, 'Αντιόχεια ἡ ἐν Μυγδονίᾳ. v. 51, 1.
Antiochicum bellum. iii. 32, 7. Antiochica tempora. xxv. 9, 3. *Vide* Antiochus Magnus.
Antiochis, soror Antiochi Magni, Xerxi regi Armosatorum copulata. viii. 25, 5.
'Αντιοχικά, Antiochi factio Phocææ in Æolide. xxi. 4, 2.
Antiochus Epiphanes; *vide post* Antiochus Magnus.
Antiochus Magnus, frater Seleuci *Cerauni*, filius natu minor Seleuci Callinici; fratri Seleuco succedit in regnum Olymp. cxxxix. *lib.* ii. *c.* 70, 4 *et* 6. iv. 2, 7. 48, 10. v. 40, 5 *sqq.* regnante fratre, ipse in superiori Asia vitam egerat. v. 40, 5.
adversus Molonem, Mediæ satrapam rebellem, Xenonem et Theodotum Hemiolium mittit. v. 41 *sq.* nuptias celebrat cum Laodice, Mithridatis filia; v. 43, 1 *sqq.* quæ filium ei parit. 55, 4. propter ætatem totus est in potestate Hermeæ. 45, 7.
Cœlesyriam invadit, cum Ptolemæo Philopatore de ea contendens. v. 45, 8 *sqq.* 46, 1 *sqq.* i. 3, 1. ii. 71, 9. iii. 1, 1. 2, 4. v. 1, 5. sed ad nuncium victoriarum Molonis recedit. v. 46, 5. et ad bellum cum Molone per se gerendum sese comparat. v. 49.
Molonem prælio vincit, et omnem rebellionem sopit. v. 53 *seq.* Seleucienses, sæviente in eos Hermea, humaniter tractat. 54, 9 *sqq.* expeditionem suscipit adv. Artabazanem. 55. monente Apollophane medico, Hermeam occidi curat. 56. ab expeditione adv. Molonem suscepta domum redit. 56, 14. nuncios ad Achæum mittit, defectionem ejus accusans, et fidem ejus obtestans. 57, 1 *sq.* 58, 1.
Bellum Cœlesyriacum adv. Ptolemæum Philopatorem instaurat; Seleuciam ad mare oppugnat, et in deditionem accipit. v. 58—61. fauces ad Gerra et Brochos, tum ad Berytum occupat; et Tyrum ac Ptolemaidem, a Theodoto traditas, accipit. v. 61 *sq.* iv. 37, 5. legationibus Ægyptiorum, dum illi bellum parant, differri se patitur. v. 63 *seqq.* et induciis factis cum Ptolemæo, exercitum in hiberna reducit. 66. per hiemem legationibus agere cum Ptolemæo pergit. *ibid. et cap. seq.*
anno insequenti, terra marique bellum inchoat, Nicolaum ex angustiis ad Platanum et Porphyreonem depellit; Philoteriam, Scythopolin, Atabyrium, Abila, Gadara, Rabbatamana capit, et majori parte Cœlesyriæ in potestatem redacta, Ptolemaidem hibernatum concedit. v. 68—71. *coll. cap* 29, 8.
insequente anno, Pugna ad Raphiam victus, pacem a Ptolemæo petit et accipit, tota rursus Cœlesyria et Phœnicia Ptolemæo decedens. v. 79—87.
Antiochus ad bellum adv. Achæum rebellem se accingit, facta cum Attalo societate. v. 87, 8. 107, 4. Achæum Sardibus oppugnat; vii. 15. et urbe potitur, Lagoræ audacia 18. Achæum dolo capit et supplicio addicit, arceque Sardium potitur. viii. 22 *sq.*
Xerxem, Armosatæ regulum in Mesopotamia, confirmat in regno, et sororem suam ei in matrimonium dat. viii. 25. per Mediam adv. Arsacen in Parthiam ducit exercitum; et inde, superato Labo monte, in Hyrcaniam. x. 27—31. ex Hyrcania Bactrianam petit, Euthydemum regem acie vincit, et pacem ei dat. x. 48 *sq.* xi. 34. in pugna cum Bactrianis inprimis fortiter se gessit. x. 49, 9—14. inde Indorum fines ingressus, amicitia cum Sophagaseno rege renovata, per Arachosiam, Drangianam, Carmaniam, victor domum redit. xi. 34, 11 *sqq.*
expeditionem suscipit in Arabiam Felicem, et Gerræis libertatem confirmat; inde Seleuciam redit. xii. 9.
regnante in Ægypto pupillo Ptolemæo Epiphane, Antiochus cum Philippo conjurat de partiendo Ægypti regno. xv. 21. iii 2, 8. ex fœderis lege, commeatus Philippo suppeditare tentatur Antiochus. xvi. 1, 8.
Scopa. Ptolemæi duce, ad Panium victo, potitur Antiochus Palæstina et Hierosolymis. xvi. 18 *seq.* 39, 3 *sqq.* Gazam obsidet, xvi. 18, 2. et devastat. xvi. 40, 1. Duos Antiochi M. filios, utrumque Antiochum nomine, interfuisse pugnæ ad Panium statuit Zeno historicus, cum unus tantum fuerit; xvi. 18 *seq.* (*scil. minor filiorum, qui Epiphanes cognominatus est: major fuit Seleucus, cognomine Philopator; quorum statim hic, dein ille patri in regnum successit.*
Bellum Romanorum Antiochicum, ὁ Ἀντιοχικὸς πόλεμος, iii. 32, 7. ὁ πρὸς Ἀντίοχον καὶ Ῥωμαίους, iii. 7, 1. idem Asiaticum, ὁ ἀπὸ τῆς Ἀσίας Ἀχαϊκὸς καὶ Ῥωμαίοις ξυναφθεὶς πόλεμος, iii. 3, 2. Antiochica tempora, οἱ Ἀντιοχικοὶ καιροί. xxv. 9, 3. Ejus belli causa, pretextus, et initium. iii. 7, 1—3. occasionem ei

dedit bellum Philippicum et Ætolicum. iii. 32, 7. xviii. 22, 2.

Antiochus cum exercitu Syria egressus, versus Europam tendere videbatur, et suspectus erat Romanis. xviii. 22, 3. 26, 2. 28, 10 *sq.* ejus classem præternavigare se non passuros declarant Rhodii. 24, 11. Antiochi legatis, qui Corinthum venerant, mandata dat T. Quintius cum collegis. xviii. 30, 1—4. Epheso urbi inhiat Antiochus. 32, 1 *sq.* eamque occupat, et inde Ætolis opem pollicetur. xx. 11, 2. *coll. c.* 10, 16. aliasque Æolidis et Ioniæ urbes occupat. xxi. 10, 4. 11, 2. in Thraciam abit, et Lysimachiæ postulata legatorum Romanor. audit, jus suum in Chersonnesum et Thraciæ oram defendit; et, cum Ptolemæo non solum amicitiam sed et affinitatem se contracturum, ait. xviii. 32, 3 *sq. et cap.* 33 *seq.*

ab Ætolis accitus Antiochus adv. Achæos et Romanos, trajicit in Europam; sed e Græcia ejectus, et acie victus, cedit omni Asia cis Taurum. iii. 3, 3 *sq.* Demetriadem cum classe appellit. iii. 6, 4. 7, 3. consultat cum Ætolis. xx. 1, legatos mittit ad Bœotos. xx. 2. Chalcide legationes excipit Epirotarum et Eleorum. 3. Thebis eum non recipiunt Bœoti. 7, 5. Chalcide nuptias celebrat. xx. 8. *ad Thermopylas* vincitur *a M? Acilio. Spicileg. Relig. ex lib.* xx. Antiochi classis *ad Chium* vincitur, *a C. Livio.* xxi. 1, 1.

Antiochus agrum Pergamenum incursat, mox vero de Pace agere conatur cum L. *Æmilio*, classis præfecto; qui eum non audit, monente Eumene. xxi. 8. agrum Elæensem et Thebes campum vastat. 8, 10 *sqq.* Prusiam frustra ad partes suas trahere studet. 9. pugna navali *ad Myonnesum* vincitur a Lucio *Æmilio Regillo.* 9, 13. *et* 10, 1. xxii. 7, 16. inde tardior factus, ad Scipiones de Pace legatos mittit, quæ tamen non convenit. xxi. 10—12. acie victus a Scipionibus, (xxii. 8, 8.) pacem petit, quæ ei datur. xxi. 13. Pacis leges. xxi. 14. confirmatæ a senatu populoque Rom. xxii. 7. formula Fœderis. xxii. 26.

Antiochus, cum initio ad res maximas suscipiendas idoneus visus esset, (xi. 34, 14 *sqq.*) processu temporis se ipso et hominum expectatione inferior adparuit. xv. 37.

Antiochi M. filia Cleopatra, uxor Ptolemæi Epiphanis, mater Ptolemæi Philomet. et Physconis. xxviii. 17, 9.

Antiochus Epiphanes, Antiochi M. filius, frater minor Seleuci Philopatoris, rex Syriæ. xxxi. 12, 1 *sq.* ob male sanum ingenium Ἐπιμανὴς potius quam Ἐπιφανὴς cognominandus. xxvi. 10.

cum Ptolemæus Philometor ad Cœlesyriam ei eripiendam (*cf.* xxviii. 1, 2 *sq.*) se compararet, prævenit eum, et Ægyptum invasit. xxvii. 17, 1 *sq.* ad Pelusium callido dolo usus est. 17, 3. legatos Romam mittit de eo bello. xxviii. 1. Ægyptum occupat. xxviii. 16, 1. legationibus Græcarum civitatum respondet, pro Ptolemæis fratribus apud ipsum deprecantibus. xxviii. 16 *seq.* Memphi Naucratim, inde Alexandriam petit; xxviii. 17, 11. eamque oppugnat et propemodum capit. 18, 1. xxix. 1, 1. Romam rursus legatos mittit. xxviii. 18.

ad belli societatem adv. Romanos invitatur a Perseo. xxix. 3, 8 *seq.* liberalis in Græcos. xxix. 9, 13. xxviii. 18, 3.

magnificam Pompam ducit et ludos celebrat ad Daphnen in Syria; xxxi. 3 *seq.* ex eis opibus, quas Ptolemæo Philometori puero abstraxerat. 4, 9.

Ti. Gracchum legatum Rom. magna dexteritate excipit. xxxi. 5. Antiocho et Eumeni diffidit senatus Romanus. xxxi. 6, 5. 9, 6 *sqq.*

Dianæ templum in Elymaide spoliare frustra conatus Antiochus Epiphanes, moritur Tabis. xxxi. 11. regnum ejus, cum Demetrio Seleuci filio deberetur, puero Antiochi firmandum censet senatus Rom. xxxi. 12, 6.

Antiochus *Eupator*, Epiphanis filius, puer; cui regnum post patris obitum firmant Romani, cum tamen ad Demetrium potius pertineret. xxxi. 12, 7 *sq.* regnum ei administrat Lysias. xxxi. 19, 2.

Antipater, amicus Philippi Amyntæ filii; per eum Philippus ossa Atheniensium, in pugna Chæronensi occisorum, Athenas mittenda curavit. v. 10, 4.

prælio victis ad Lamiam Græcis, pessime accepit Athenienses alioque Græcos. ix. 29, 2. soli Ætoli oculos contra eum adtollere ausi sunt. ix. 29, 4. 30, 8.

in Antipatrum regem multa contumeliose in sua historia scripsit Demochares. xii. 13, 8.

Antipater, Antiochi Magni fratris filius, equitum præfectus Antiochi. v. 79, 12. 82, 9. legatus de pace mittitur ad Ptolem. Philopat. post pugnam ad Raphiam. v. 87, 1 *et* 4. equitibus Tarentinis præest in pugna ad Panium. xvi. 18, 7. legatus de pace mittitur ad Scipiones. xxi. 13, 4. 14, 9. Romam. xxii. 7, 1 *sqq. et vs.* 14.

Antipatria, ἡ Ἀντιπάτρεια, oppidum Phœ-

hatidis, in Dassaretia, *in extremitate Macedoniæ*. Eam sibi adjunxerat Scerdilaedas, eandemque recepit Philippus. v. 108, 2 *et* 3.

Antiphanes, Bergæus, *scriptor rerum incredibilium*. xxxiii. 12, 10. *sed istud Fragmentum referri debuerat ad* xxxiv. 5, 10. *Conf.* Bergæ.

Antiphates, Telemnasti filius, Gortynius, legatus Cretensium ad Achæos, auxilia petens ad bellum cum Rhodiis. xxxiii. 15.

Antiphilus, Prusiæ legatus Romam. xxxii. 26, 4.

Antipolis, Ἀντίπολις, Massiliensium urbs *et colonia*, obsessa a Liguribus. xxxiii. 4, 2.

Antisthenes Rhodius, particularis Historiæ Scriptor probatus, in quo tamen nonnihil reprehendit Polybius. xvi. 14, 2 *sqq.* 15, 8.

Antitaleas, Gortynius Cretensis, pater Cydæ coemi. xxiii. 15, 1.

Antium, oppidum maritimum Latii. iii. 24, 16. *vide* Antias populus.

Antonius, tribunus plebis, legatos Rhodiorum in senatum introducit, postquam prætorem, de bello Rhodiis inferendo legem ad populum ferentem, de rostris detraxerat. xxx. 4, 6.

Aous, Ἄους, (*mendose vulgo omnes* Ἀάϊος) Illyriæ amnis, prope Apolloniam in Ionium mare se exonerans. v. 110, 1. ad Aoum fluvium Molossi, ponte intercepto, progredi in Thessaliam prohibent A. Hostilium cos. xxvii. 14, 3.

Apamea, Ἀπάμεια, urbs Syriæ. Ibi coguntur copiæ Antiochi Magni. v. 45, 7. versus. v. 50, 1.

Apameam ab exercitu, postulante Hermea, remittitur Epigenes. v. 50, 6. *Sic nempe ibi, sic* Ἀπάμειαν, *ex uno recentissimo cod. edidit Casaub.* pro *εἰς ἱμάτιον, quod ex εἰς χιμάδιον corruptum videri potest; nisi fortasse bene habet ἀναχωρήσαντος εἰς ἱμάτιον*, cum ad pallium redisset, *id est*, quum bello excessisset; *quemadmodum Romani dicebant*, ad togam redire.

custos arcis Apameæ, Alexis. v. 50, 10. Apameæ, mulieres uxorem Hermeæ, pueri filios ejus, occidunt. v. 56, 13.

Apamea Phrygiæ. xxii. 24, 9 *et* 12. 25, 6 *et* 9. 26, 8. 27, 1. elephantes Apameæ. xxii. 26, 11. *An intelligenda* Apamea Syriæ?

Apasiacæ. *Vide* Aspasiacæ.

Apaturius, Gallus, occidit Seleucum, Callinici filium, in Asia cis Taurum. iv. 48, 9.

Apeaurus; mendose vulgo lectio, ut putavi. Vide Apelaurus.

Apega, Nabidis tyranni uxor. xiii. 7, 6. xvii. 17.

Apelaurus, *τὸ* Ἀπείλαυρον, mons imminens Stymphalo, Arcadiæ oppido. iv. 69, 1. *mendose vulgo* Apesaurus.

Apelles, unus e tutoribus Philippo ab Antigono *Dosone* relictis, iv. 87, 8. præcipua gratia apud Philippum valens, Achæos in servitutem redigere conatur, renitente Philippo et Arato. iv. 76. olim in Antigoni castris cum Achæis versatus erat. 76, 7. Aratos deprimere apud Philippum studet, et malitiose eos calumniatur. iv. 82. *et* 85.

calumniarum convictum, suspectum habere cœpit Philippus, licet connivere ei in multis coactus. iv. 86, 8. Taurionem apud Philippum calumniatur, non obtrectando, sed laudando. 87, 1 *sqq.* in potestate sua habet Leontium et Megaleam, et omnem prorsus potestatem ad se rapere studet. 87, 9 *sqq.*

conjurat cum Leontio et Megalea de impediendis regis consiliis; ipse Chalcidem se confert. v. 2, 8. 16, 9. ibi subvectionem commeatuum prohibere conatur, v. 2, 8. 28, 4. et omnia pro auctoritate agit. v. 26, 3 *sqq.*

Chalcide a Leontio advocatur Corinthum. v. 26, 2. ubi magna cum pompa urbem intrat, sed ad regem non familiariter admittitur. 26, 7 *sqq.* studiose observatur a rege, qui eum sequi se in Phocidem jubet. 26, 16. Corinthum in custodiam mittitur, ubi mox vitam finivit. v. 28, 5 *sqq.*

Apelles *alius*, (*fortasse filius superioris*) amicus Philippi, filium Philippi Demetrium Romam comitatur. xxiii. 14, 7. xxiv. 1, 5.

Apenninus mons, ὁ Ἀπέννινος. ii. 16, 1. iii. 110, 9. *τὰ* Ἀπέννινα ὄρη. ii. 14, 3. Apennino et Alpes usque contingunt supra Massiliam. ii. 14, 3. 16, 1. mediam Italiam in longitudinem secat Apenninus, et ad fretum usque Siculum pertinet. ii. 16, 4. Apenninum superans Hannibal, ex Apulia in Samnium transit. iii. 90, 7.

Aper. Aprum ferens, Tarentum Hannibali prodit Philemenus. viii. 31. apri venationem adamavit Polybius. xxxi. 22, 3.

Aperantia, Ἀπραντία *vel* Ἀπρανσία, urbs *et regio* Thessaliæ; quam, *cum Ætolorum esset, recepit Philippus.* ix. 11, 12. eandem Philippo rursus eripiunt Ætoli. xvii. 3, 3 *et* 5.

Aphtheratas, a Massanisse defecit. xxxii. 2, 7.

Apia. Apiæ campus, *τὸ* Ἄπιον πεδίον, in Mysia *vel Phrygia*. v. 77, 3.

Apis, ὁ Ἄπις, portus Ægypti. xxxi. 25, 8. 26, 3.

Apocleti, οἱ Ἀπόκλητοι, *sanctius concilium* Ætolorum. iv. 5, 9. xx. 10, 13. cum triginta Apocletis consultat Antiochus. xx. 1, 1. iidem οἱ ἔγκλητοι *vocantur* xxi. 2, 7. *coll.* 3, 2.

Apodoti, Ἀπόδοτοι, populus Ætolicus, non Græcus. xvii. 5, 8.

Apollinis templum; (*conf.* Pœnium.) Amyclis. v. 19, 3. Apollinis Carnei templum. v. 19, 4. Cynii Apollinis delubrum Temni. xxxii. 25, 12. Delphici Apoll. templum. xl. 11, 1. Thermi templum Apollinis a Philippo vastatum. xi. 4, 1.

coram Apolline ictum fœdus Philippi et Hannibalis. vii. 9, 2. Apollinis Hyacinthi tumulus Tarenti. viii. 30, 2. sacrum Apollinis agrum Sicyonii redimit Attalus. xvii. 16, 1.

Apollodorus, Susianæ præficitur ab Antiocho post Diogenem. v. 54, 12.

Apollodorus, tyrannus *Cassandreæ*, Macedoniæ urbis, quæ olim Potidæa; *parum a Scriptoribus* cum Phalaride collatus. vii. 7, 2. *Diodor. Sicul. Excerpt. Vales. p.* 554. *Seneca de Ira* ii. 5. *de Benefic.* vii. 19. *Adde quæ laudavit Heinsius ad Ovid. Lib.* ii. *ex Ponto, Epist.* 9. *vs.* 43.

Apollodorus, scriba Philippi regis, adest ei in colloquio cum T. Quintio. xvii. 1, 2. 8, 7.

Apollodorus, Bœotorum legatus ad Achæos. xxiv. 12, 5.

Apollonia, ἡ Ἀπολλωνία, ἡ τῶν Ἀπολλωνιατῶν πόλις, urbs *Illyriæ Græcæ* ad mare Adriaticum, prope ostia Aoi fluvii. v. 110, 1. xxiv. 12, 6.

Apolloniatæ auxilium adv. Illyrios petunt ab Ætolis et Achæis. ii. 9, 8. Romanis se tradunt. ii. 11. ad Apolloniam Panicus terror invadit classem Philippi, ad nuncium classis Romanæ Apolloniam tendentis. v. 109, 6. 110, 1 *sqq.*

in fœdere Philippi cum Hannibale cavetur, ne Romani Apolloniam tenere tinerentur. vii. 9, 13.

Apollonia, *Assyriæ* urbs, in Apolloniatide regione. Eo pervenit cum exercitu Antiochus M. in expeditione adv. Molonem. v. 52, 3 *et* 7. *Conf.* Apolloniatis.

Apollonia Cretæ. Sæva Cydoniatarum perfidia in Apolloniatas, fœderatos et amicos. xxvii. 16.

Apollonias *vel* Apollonis, uxor Attali, Cyzicena, honorata a quatuor filiis. xxiii. 18.

Apolloniatis regio, ἡ Ἀπολλωνιῆτις χώρα, in Assyria, a meridie Mediæ; (*nomen habens a principe urbe*, Apollonia, *de qua* supra.) v. 44, 6. *Conf.* v. 54, 7. ea potitur Mole, qui ab Antiochi imperio defecit. v. 43, 3. 51, 5. in ea Antiochus prælio vincit Molonem. 52 *sqq.*

Apollonidas *vel* Apollonides, Sicyonius, dona Eumenis aliorumque regum generose respuenda censet. xxiii. 8, 1. (*ubi mendose vulgo* Apollonius *legebatur.*) legatus Romam mittitur ad rationem reddendam eorum quæ Spartæ gesta erant ab Achæis et Philopœmene. xxiii. 11, 6. 12, 1. ejus sententia moderata intuitu Romanorum, bello Persico. xxviii. 6, 2 *et* 6.

Apollonides, quæstor Lacedæm. nefarie occisus a Chærone. xxv. 8, 6.

Apollonides et Apollonius, Clazomeniorum legati in Ægyptum. xxviii. 16, 5.

Apollonius mendose vulgo legebatur. xxiii. 8, 1. *pro* Apollonides.

Apollonius, Clazomeniorum legatus in Ægyptum. xxviii. 16, 5.

Apollonius, familiaris Demetrii, Seleuci filii, Romæ obsidis; xxxi. 19, 6. 21, 2. filius Apollonii ejus, qui plurimum gratia valuerat apud Seleucum. 21, 3.

Apollophanes, Antiochi M. medicus, Seleuciensis, (v. 58, 3.) monet Antiochum de occidendo Hermea. v. 56. hortatur eumdem, ut, priusquam Cœlesyriam invadat, Seleuciam, imperii sedem, Ptolemæo eripiat. v. 58, 3 *sqq.*

Appius. *vide* Claudius.

Apron, Ἄπρων, fluvius Liguriæ. xxxiii. 3, 2. *nisi pro* Ἄπρωνος *legendum* Ὄλβιος, Varum.

Apteræi, Ἀπτεραῖοι, Cretenses. Eos Cnossiorum societati renunciare coëgerunt Polyrrhenii et Lampsi. iv. 55, 4.

L. Apuleius, legatus Romanor. in Asiam, ad inspiciendas res Attali et Prusiæ. xxxii. 26, 5.

Apulia; Apuli. ἡ Ἰαπυγία; οἱ Ἰάπυγες.

Apuli (Ἰάπυγες) et Messapii, in sociis Romanor. bello Gallico Cisalp. ii. 24, 11. Apulia (ἡ Ἰαπυγία) in tria nomina (*id est*, in tres partes) distincta, in Daunium, Messapiam (*et Peucetiam: nisi forte tertia pars intelligenda est* Apulia proprie sic dicta; *quod inde colligi posse videtur, quod* ii. 24, 11. *distinguuntur* Ἰάπυγες *et* Μεσσάπιοι.) iii. 88, 3 *sq.*

Apulos *vel* Appulos *in Lat. vers. scripserat Casaub.* iii. 91, 5. *ubi Græca*

exempla mendose (ut videtur) Δαύνιοι habent, fortasse pro Καυδίνοι.

Apuliam *in vers. Lat. cum Casaub. scripsimus* v. 108, 9. *et* Apuliam Dauniam *cum eodem* ix. 7, 10. *ubi Græcum exemplar nonnisi Δαυνίαν habet.*

P. Apustius, Romanorum legatus ad juniorem Ptolemæum. xxxii. 1, 4.

Aquæ inopia capitur ab Antiocho M. urbs Rabbatamana. v. 71, 9 *sq.*

aquam qui derivasset in terram incultam, eum per quinque generationes immunem eam terram colere siverunt Persarum reges. x. 28, 3.

aqua intercute laborantibus similes sunt avari. xiii. 12, 6.

Aquileia, ἡ Ἀκυληΐα. divites in ejus vicinia venæ auri. xxxiv. 10, 10 *sqq.* distantia urbis a Iapygio promontorio. *cap.* 11, 8.

Arabia, Ἀραβία. Arabiæ (*desertæ et Petrææ*) populi partim sponte se adjungunt Antiocho M. partim vi ab eo subiguntur. v. 71.

Arabes, in acie Antiochi ad Raphiam. v. 79, 8. 82, 12. 85, 4.

in eam Arabiæ *Felicis* partem, quæ sinui Persico adjacet, expeditionem suscipit Antiochus Magnus. xiii. 9. Populi ejusdem regionis, Chatteni, Gerræi *&c. ibid.*

Arachosia, ἡ Ἀραχωσία, Asiæ regio, inter Drangianam et Indiam. Per eam, ex India veniens, proficiscitur Antiochus. xi. 34, 13.

Arachthus, Ἄραχθος, Epiri fluvius, Ambraciæ muros præterfluens. xxii. 9, 4. *Mendose* Ἄρατος *codd. nostri.* τὸν Ἀρέθοντα *ex Livio erat editum.*

Aradii, Ἀράδιοι, partim urbem insulamque habitantes, partim oppositam continentem in Phœnicia; eos in societatem accipit Antiochus Magnus. v. 68, 7. in eorumdem ditione est Marathus oppidum. *ibid.*

Aranacæ, Ἀρανάκαι. *Sic olim ex MStis editum erat* xxxv. 2, 4 *et sqq. pro* Ἀρανάκαι, Aravacæ, *quod vide.*

Ἄραρος, Arar. Sic ex conject. ediderat Casaubonus iii. 49, 6. pro Ἰσάρας.

Aratus, Sicyonius, senior.

ejus Commentarii historici ubi desinunt, inde historiam incipit Polybius. i. 3, 2. iv. 2, 1 *sq.* Sunt illi commentarii inprimis veri et dilucidi. ii. 40, 5.

virtutes et vitia ingenii et indolis Arati. iv. 8.

Aratus dux et auctor instaurati fœderis Achaici et concordiæ Peloponnesiorum. ii. 40, 2. vicesimo ætatis anno Sicyonem a tyranno Nicone liberavit, (iv. 8, 4. x. 25, 3.) et fœderi Achaico adtribuit; prætor iterum, Acrocorinthum cepit, et Corinthios moxque etiam Megarenses fœderi Achaico adjunxit; tyrannis Peloponnesi, et Antigonii Gonatæ dominationi, Ætolorumque cupiditati fortiter se opposuit. ii. 43.

Arati prudentia omnibus mederi novit difficultatibus, et consilia hostium in contrarium vertere. ii. 45, 5 *sq.* 46. iv. 8, 1 *sqq.* idem Aratus ad bellum aperte gerendum parum idoneus. iv. 8, 5 *sqq.* πολιτικώτερος ἢ στρατηγικώτερος. iv. 19, 11.

molitur societatem cum Antigono, Philippi tutore. ii. 47 *seqq.* multa simulare et dissimulare cogitur, neque omnia in Commentariis suis referre potuit. 47, 10 *sq.*

Argos capit, quod Cleomeni se tradiderat. ii. 53. *coll.* 59, 8. Aratum defendit Polybius contra Phylarchi calumnias de crudelitate ejus adv. Mantinenses et Aristomachum Argivum. ii. 56 *seqq.*

Aratus, prætor designatus post Timoxenum, iv. 6, 7. quinto die ante legitimum tempus init præturam, Messeniis contra Ætolos opem laturus. iv. 7, 8 *sqq* ad Caphyas sua imprudentia infeliciter pugnat cum Ætolis. iv. 10—12. accusatus apud Achæos, culpam deprecatur, et liberaliter absolvitur. 14.

Philippo moderationem suadet in Lacedæmonios; iv. 24, 3. et alias semper meliora eidem suasit. v. 12, 5 *sqq.* vii. 11. *et* 13 *seq.* ix. 23, 9. cum Philippo, iterum in Peloponnesum veniente, deliberat Corinthi. iv. 67, 8.

Apelli, Achæos jugo subdere conanti, resistit Aratus. iv. 76, 8 *sq.* Aratum apud Philippum, merito maxime eum facientem, de statu dejicere Apelles conatur. 82, 2 *sqq.* Aratos apud Philippum denuo calumniatur Apelles, sed illorum innocentiam patefacit Amphidamus Eleus. 85 *sq.* præcipuam Aratorum rationem habet Philippus, cognito Apellis et Leontii delicto. v. 1, 8. Aratus resistit Leontio, successum expeditionis Thermicæ impedire conantem. v. 7, 4. post reditum Limnææ lapidibus petitur a Leontio et Megalea, et mox eos criminum admissorum convincit in consessu amicorum Philippi. v. 15 *sq.*

apud Aratum Sicyone divertit Philippus. v. 27, 3. prætor rursus creatur Aratus post Eperatum. 30, 7. 91 *seqq.* militiam instaurat. 91. protegit Achæos

adv. Lacedæmonior. Eleor. et Ætolorum incursiones. 92. dissidia Megalopolitanorum componit. 93. cum Ætolis agit de pace. v. 103.

Philippo rectum dat consilium de Ithomata arce Messeniis reddenda. vii. 11. lento veneno necatur a Philippo, Taurionis opera. viii. 14. post mortem, ut heros, cultus ab Achæis. *ibid. vs.* 7. Honores ejus apud Romanos, post Corinthi excidium, vindicat Polybius. xl. 8, 10.

Cynætham urbem proditione capturus, ausu excciderat, quod diei horam non observaverat. ix. 17.

Aratus junior, Arati filius.

a patre mittitur ad Antigonum *Dosonem*, firmandæ societatis causa. ii. 51, 5. Prætor creatur Achæorum. iv. 37, 1. cunctator et segnis ad bellum. iv. 60. copias conjungit cum Philippo. iv. 70, 2. prætura abit. v. 1, 1 *sq.*

legatus Achæorum nominatur ad Ptolem. Epiph. cum Lycorta et Polybio. xxv. 7. Romam legatus mittitur cum Callicrate, in caussa exsulum Spartanorum. xxvi. 1, 8.

Aravacæ, Ἀραουάκαι (*rectius* Ἀραουίσκαι) populus Celtibericus; bello gesto cum Romanis legatos Romam mittunt. xxxv. 2 *seq.* *Vide cap.* 2, 4.

Araxus, ὁ Ἄραξος, Elidis promontorium. iv. 59, 4. 65, 10.

Arbitrio Romanorum se permittere. *vide* Fides.

Arbo, ἡ Ἄρβων, urbs Illyrici. ii. 11, 15. *nisi* Narbona *vel potius* Narona *legendum.*

Arbucala, ἡ Ἀρβούκαλα, urbs magna Vaccæorum in Hispania, vi capitur ab Hannibale. iii. 14, 1.

Arbusticum vinum Capuæ. xxxiv. 11, 1.

Arcades, οἱ Ἀρκάδες, Cretæ civitas, cum aliis desciscit a Cnossiorum societate ad Lyctios. iv. 53, 6.

Arcadia, Ἀρκαδία. ii. 54, 2. Arcades, Ἀρκάδες. (Ἀρκαδίας *cum Palmerio posui* iv. 77, 8. *pro* Ἀχαΐας, *quod dabant edd. et MSti.*) ab occasu hiberno Arcadiæ, est Triphylia. iv. 77, 8.

Arcades, major per se populus quam Achæi stricte sic dicti. ii. 38, 3. Arcades et Lacedæmonii, duo maximi populi Peloponnesi. iv. 32, 3. virtutis fama fruuntur Arcades, cum ob humanitatem, tum ob pietatem in Deos. iv. 20, 1 *sq.* ab eorum institutis desciverunt Cynæthenses, et efferati sunt. 20, 2 *sq.* 21, 5 *sqq.* Musices et saltationis studium, ad molliendam morum austeritatem Arcadibus necessarium. iv. 20, 3 *sqq.* *et* 21. Arcadibus auctor fuerat Epaminondas condendæ Megalopoleos, et sinceræ societatis perpetuo cum Messeniis colendæ, 32, 10. pariter Arcadas et Messenios ad concordiam hortatur Polybius. *ibid. et* 33, 10 *sqq.*

inscriptio in honorem Arcadum in columna ad aram Jovis Lycæi Messenæ. iv. 33, 2 *sq.* Arcadia, velut altera patria Messeniorum, ob fidem Arcadum in Messenios, a Lacedæmoniis inique habitos. 33, 4 *sqq.*

Arcadica fabula, Ἀρκαδικὸς μῦθος, de hominibus in lupos versis. vii. 13, 7.

Arcas; ejus filius Triphylus. iv. 77, 8.

Arcesilas Philosophus, x. 25, 2.

Arcesilaus, legatus exsulum Spartanorum Romam, a piratis captus et occisus. xxiv. 11, 1 *sq.*

Arcesilaus, Megalopolitanus, bello Persico tempori serviendum censet intuitu Romanorum. xxviii. 6, 2. *et vs.* 8.

legatus Achæorum ad conciliandos inter se reges Antiochum Epiph. et Ptolemæos. xxix. 10, 6.

Arcesine, ἡ Ἀρκεσίνη. *Fragm. hist.* 7.

Archedamus, Ætolus, præfectus equitum in exercitu T. Quintii. xviii. 4, 5. bello Ætolico ad M? Acilium mittitur cum Pantaleonte, inducias petiturus. xx. 9, 1. ejus et Pantaleontis fidem Romanis suspectam facit Lyciscus. xxviii. 4, 8. *ubi perperam* (*ut videtur*) Ἀρχιδάμου *vulgo legitur pro* Ἀρχιδάμου, *in quam scripturam consentiunt superioribus locis libri. Verumtamen memoratur et* Archidamus Ætolus, Pantaleontis filius, iv. 57, 7. *et is quidem ab hoc utique diversus, at hujus fortasse avus, aut certe ex eadem familia. Ceterum parum inter utramque scripturam interesse videtur, et idem nomen utroque modo potuit efferri.*

Archedicus, Comicus, perstringit Democharem historicum. xii. 13, 6.

Archias, Cypri præfectus Ptolemæorum nomine, insulam Demetrio vult prodere; sed deprehensus, suspendio vitam finit. xxxiii. 3.

Archicrates, sodalis Dioscuri, Achæorum prætoris qui patriam perdidit. xl. 4, 9.

Archidamus, Eudemidæ filius, rex Spartæ, duos reliquit filios ex Hippomedontis filia, qui a Spartanis post mortem Cleomenis regis præteriti sunt, quamquam ad eos jus regni pertinebat. iv. 35, 13 *sq.* idem metu Cleomenis, Sparta sufugerat, et Messenæ exsulaverat; deinde, ficta Cleomenis reconciliatione confisus, cum Spartam repeteret, a Cleomene occisus est. v. 37, 1 *sqq.* viii. 1, 3 *sqq.*

Archidamus, Pantaleontis filius, Ætolus, (*vide supra in fine artic.* Archedamus.)

cum Dorimacho et Alexandro in Ægiram, Achaiæ oppidum, per proditionem irrumpit. iv. 57, 7. mox cum sociis urbe rursus expulsus, perit. iv. 58, 9.

Archidamus *alius, si vera scriptura* xxviii. 7, 8. *pariter* Ætolus. *vide* Archedamus.

Archidamus fortasse legendum xi. 18, 3 *et* 5. *pro vulgato ibi* Anaxidamus.

Archimedis ingenium, quavis multitudine manuum efficacius. viii. 5, 3 *sqq.* 9, 7. ejus machinæ. viii. 7—9.

Archippus, Achæus, in carcerem conjectus a Dinæo prætore, dimittitur ab eodem solutis 40 minis. xl. 5, 4, *cf.* cap. 4, 1.

Archo, (Ægirates, xxix. 10, 6.) eorum Cæcilio Metello defendit res Spartæ gestas ab Achæis prætore Philopœmene. xxiii. 10, 8.

Ardaxanus fluvius, Ἀρδάξανος, prope Lissum in Illyrico. viii. 15, 2.

Ardeates, δῆμος Ἀρδεατῶν, civitas maritima Latii, antiquissimis fœderibus Romanor. cum Pœnis comprehensa. iii. 22, 11. 24, 16.

Ardiæi, *aliis* Ardyæi, populus Illyricus, a Romanis obiter subactus, dum a Dyrrhachio interiora Illyrici petunt. ii. 11, 10. 12, 2.

Ardyes Galli, Ἄρδυες Κελτοί, a septemtrione convallis per quem decurrit Rhodanus fluvius. *Fortasse* Allobroges, Ædues. iii. 47, 3.

Ardys, vir fortis, equitibus hastatis præfectus in acie Antiochi adv. Molonem. v. 53, 2. cum Diogneto navarcho eximiam operam præstat in oppugnatione Seleuciæ Pieriæ. 60, 4 *sqq.*

Ἄρεως πεδίον, *id est*, Martius campus, insulta Thraciæ regio. xiii. 10, 7.

Arethon invitis libris ex Livio editum erat, pro Arachthus, *quod vide.*

Aretium. *vide* Arretium.

Arcus et Alcibiades, Spartani, exsules veteres a Philopœmene in patriam restituti, ingrati legationem Romam obeunt adv. Achæos. xxiii. 11, 7 *sq.* 12, 2 *sq.* xxiv. 4, 3.

Argennum promontorium, τὸ Ἀργεννον, ad fretum; quod est inter Chium et Asiam. xvi. 17, 2.

Argenti metalla ad Carthaginem Novam. xxxiv. 9, 8 *sq.* eorum inventor Alatus. x. 10, 11.

argenti excoctio e glebis arenæ devectis in Hispania. xxxiv. 9, 10 *sq.* argentum æstimatur decima pars auri ejusdem ponderis. xxii. 15, 8. argentum optimum Atticum. *ibid. et* cap. 26, 19. *cf.* Talentum.

argentea lamina, Jovis ara Thabis detracta. xxiii. 2, 7. *conf.* Aurum, *et* Aureus.

Argolicus sinus, ὁ Ἀργολικὸς κόλπος, v. 91, 8. juxta eum protenditur Acte, ἡ Ἀκτή. *ibid.*

Argos, Ἄργος, *gen.* Ἄργους, *dat.* Ἄργῳ. *Sic* v. 16, 6. *cum Reiskio correxi* in Ἄργῳ, *pro mendoso* ἐναργῶ. *Rursus* ii. 54, 1. *perperam veteres libri* εἰς ἴργον *dabant, pro* εἰς Ἄργος. Argivi, Ἀργεῖοι; *inde ipsa urbe* ἡ τῶν Ἀργείων πόλις. ii. 53, 5.

Argivis oppida nonnulla Laconica adtribuerat Philippus, Amyntæ filius. ix. 28, 7. xvii. 14, 7.

Argivorum tyrannus Aristomachus tyrannidem abdicat, et Argos adtribuit Achæis. ii. 44, 6. mox vero rursus ab eis se separat, et cum Cleomene facit, ii. 60, 6. *conf.* 52, 2. Argos recipiunt Achæi, Aristotelis Argivi opera. ii. 53. Argos se confert Antigonus, Peloponnesum intrans. ii. 54, 1. rursus, domum rediens. 70, 4.

Argivorum fines (τὰ Ἀργεῖων) invasit Lycurgus, et oppida nonnulla cepit. iv. 36, 4 *sq.* Argis hiemat Philippus. iv. 82, 1. 87, 18. Argis eadem pertraverat Leontius, post Antigoni discessum. v. 16, 6. Messenii per Argivorum fines Laconicam petunt. v. 20, 3. Argivorum finibus imminet Machanidas Lacedæmonius. x. 41, 2.

Argos a Philippo repetunt Achæi in colloquio ejus cum T. Quintio. xvii. 2, 5. 6, 8. 8, 9. Argis conveniunt magistratus Achæorum. xxiii. 10, 2. xxvii. 2, 11. *Sic et pro* Ἄλγιον, *quod est* xxviii. 3, 10. *apud Livium est* Argos, *ubi pariter de* Achæicorum magistratuum conventu *agitur.*

Argis celebrantur Nemeorum solennia. *vide* Nemea. Junonis sacerdotes apud Argivos cum Olympiorum victoribus comparavit Timæus in sua Historia. xii. 12, 1. *Argiæ sacerdotis filii*, Cleobis et Biton. xxiii. 18, 7. Argivorum colonia, Issus; xvi. 12, 2. item Rhodus et Soli Ciliciæ. xxii. 7, 11. urbis Argivorum opes miratur L. Æmilius Paullus. xxx. 15, 1.

Argos Amphilochicum, τὸ πολίσμιον Ἄργος Ἀμφιλοχικὸν, xxiii. M. P. distans ab Ambracia. xxii. 18, 12.

Argyraspides, argenteis clypeis insignes, in exercitu Antiochi. v. 79, 4.

Ἀργύννους, *vide* Argi.

Arianus, amicus Bolidis Cretensis, cujus opera utitur Bolis ad decipiendum prodendamque Achæam. xlii. 18 *sqq.*

Arianes. *Vide* Asianes.

Ariarathes circa Olymp. CXL. suscipit

regnum Cappadociæ. iv. 2, 8., per legatos deprecatur apud Manlium, quod cum Antiocho fecisset; et sexcenta talenta pendit Romanis. xxii. 24, 4 *et* 7.

cum socio Eumene adv. Pharnacem bellum gerit. iii. 3, 6. xxv. 4 *seq. cf.* c. 2, 6. xxvi. 6, 8 *et* 15. *Fragm. hist.* 6. pacem facit cum Pharnace. xxvi. 6. controversias cum Gallogræcis disceptat coram M. Junio legato Romanor. xxxi. 18. *cf.* c. 12, 13.

Ariarathes, Ariarathis filius, rex Cappadociæ, patri succedit in regnum. xxxi. 14. amicitiam cum Romanis renovat, et diis sacra facit ob Romanorum in se benevolentiam. xxxi. 14 *seq.* ad Lysiam in Syriam mittit, sororis et matris ossa repetens. xxxi. 15. insigne donum Romam mittit, et scipione et sella eburnea a senatu donatur. xxxii. 3, 3. 5, 1 *sqq.*

ab Oroferne, ope Demetrii, pellitur regno. iii. 5, 2. et Romam venit. xxxii. 20. in regnum restituitur, Attali opera. iii. 5, 2. xxxii. 23. depositum Orofernis repetit a Prienensibus. xxxiii. 12.

Aribazus, Sardium præfectus. vii. 17, 9. 18, 7. viii. 23, 9. *ubi vulgo* Ariobazus.

Aridices, Rhodiorum legatus ad Byzantios. iv. 52, 2.

Aries. In arietes libramenta plumbi et saxa et stipites e muris dejiciebantur. xxii. 10, 4.

Ariminum, Ἀρίμινον; *sed superiores editiones ante Ernestum* Ἀρίμινον *cum codd. nostris, excepto Aug. qui* Ἀρίμινον *dat* ii. 21, 5. *et* 23, 5. *sed ex emend. ab antiqua tamen manu.* Ἀρμινὸν *habet cod. Vat. et ejus socii* iii. 86, 1. Ἀρίμινον *corrigere jusserat Ursinus, cui obtemperavit Ernestus; eodemque modo habet Steph. Byz.*

urbe ad Adriaticum mare, in confinibus Galliæ Cisalpinæ et reliquæ Italiæ, haud procul a Padi ostio. iii. 61, 11. 86, 1 *sq.* ad Ariminum usque progrediuntur Galli Transalpini, a Boiorum regibus conducti. ii. 21, 5. L. Æmilius Cos. cum legionibus Ariminum mittitur. ii. 23, 5. Ariminum conveniunt legiones Ti. Sempronii ex Sicilia dimissæ. iii. 61, 10. 68, 13 *sq.* eodem mittitur Cn. Servilius Cos. ad prohibendum Hannibalem. iii. 77, 2. 86, 1 *sq.* Arimino exercitum in Daunium ducit idem ad Fabium dictatorem. iii. 88, 8.

Ariobazus. viii. 23, 9. *Vide* Aribazus.

Arisba, Ἄρισβα, oppidum agri Abydeni, a Gallis Ægosagis occupatur. v. 111, 5.

Aristænetus Dymæus, Ἀριστάνετος, equitatui præfectus sub Philopœmene, in pugna ad Mantineam. xi. 11, 7.

Aristænus, Ἀρίστανος, Megalopolitanus, *nonnumquam etiam* Aristænetus *vocatus in libris Polybianis*, Ἀριστάινετος; (*vide* xvii. 1, 4.) legatus Achæorum ad colloquium Philippi cum T. Quintio. xvii. 1, 4. 7, 2. immerito pro proditore habitus a nonnullis, quod Achæos ab Ætolis ad partes Romanorum traduxisset. xvii. 13, 7 *sqq.*

prætor Achæorum. xxiii. 7, 2. arguit levitatem quam commiserant Philopœmenes et Lycortas in renovatione fœderis cum Ptolemæo. xxiii. 9, 5 *sqq.*

Q. Cæcilio, objurganti Achæos et Philopœmenem, tacens adsentitur; xxiii. 10, 3. inde suspectus Achæis. 10, 14 *sq.*

Aristæni et Philopœmenis comparatio. xxv. 9.

Aristarchus, Phocæensium legatus ad Seleucum, Antiochi M. filium. xxi. 4, 4.

Aristides et Pericles quamdiu reipublicæ Atheniensium præfuerunt, plurima Atheniensis benigne et graviter fecerunt. ix. 23, 6. ejus abstinentiæ laudem superavit L. Æmilius Paulus. xxxii. 8, 6.

Aristides, legatus Antiochi Epiphanis ad Ptolemæum (*minorem, ut videtur.*) xxviii. 17, 12.

Aristides, pictor, qui Bacchum pinxit. xl. 7, 3.

Aristo. *vide* Ariston.

Aristocrates, rex Arcadum, a suis occisus ob perfidiam in Messenios admissam. iv. 32, 6.

Aristocrates, prætor Rhodiorum. xxxiii. 9.

Aristocratia, una e tribus reip. formis. vi. 3, 5. quænam sit vera Aristocratia. vi. 4, 3. quomodo nascatur, 4, 8. 8, 1 *sqq.* mutatur in Oligarchiam. 8, 4 *sqq.* a qua multum differt. 3, 11.

Aristodamus, Achæorum legatus ad gratulandam Romanis ducibus victoriam de Perseo. xxx. 10, 3.

Aristodemus, tyrannus Megalopolitanorum. x. 25, 2.

Aristogiton, Eleus, bello captus a Lyco, proprætore Achæorum. v. 94, 6.

Aristomachus, Argivorum tyrannus, (tyrannis prognatus; ii. 59, 1.) mortuo Demetrio, Philippi patre, tyrannidem abdicavit. ii. 44, 3 *et* 6. 60, 4. mox vero ab Achæis se rursus separavit, et Cleomeni se adjunxit. ii. 60, 6. Cum Aratus recipere Argos et ad Achæos reducere frustra tentasset, 80 primores cives, ut cum Achæis facientes, tortos jugulavit. ii. 59, 7 *sqq.* deinde captus ab Antigono et Achæis, Cenchreis mori

demerens est. 60, 9. de quo supplicio temere multas mendaces tragœdias fecit Phylarchus. 59.
Aristomachus, Corinthius, Hieronymum Syracusium monet, ut in societate Romanorum maneat. vii. 5, 3.
Aristomenes, rex Messeniorum, quo regnante gestum est bellum cum Lacedæmoniis, Aristomenicum dictum. iv. 33, 2. *et vv.* 5.
Aristomenes, Acarnan, putidus Agathoclis adulator; pro eo orans Macedonas, male accipitur. xv. 31, 6 *sqq.* dein regni administrator factus. *ibid. vv.* 7. Scopam et Dicæarchum occidi curavit. xviii. 36 *sq.*
Ariston, Ætolorum prætor, corpore infirmus, belli curam Scopæ et Dorimacho permittit. iv. 5, 1. 9, 9. nullum esse cum Achæis bellum stulte contendit, quo tempore in Peloponnesum irruperant Ætoli. iv. 17, 1 *sqq.*
Ariston, Megapolitanus, temporibus cedendum putat intuitu Romanorum, bello Persico. xxxviii. 6, 2 *et* 8. legatus Achæorum ad conciliandos reges Antiochum Epiph. et Ptolemæos. xxix. 10, 6.
Ariston, Rhodiorum legatus ad Q. Marcium Philippum Cos. in Macedoniam. xxviii. 14, 6.
Aristonicus, eunuchus Ptolemæi Epiphanis, vir strenuus et bellicosus. xxiii. 17. mercenarios milites e Græcia adduxerat regi. 16, 6.
Aristophantus, Acarnanum prætor, copias suas jungit cum Philippo. v. 6, 1.
Aristoteles Argivus, Cleomenis factioni se opponit; et Argos, a Cleomene occupatum, Achæis rursus tradit. ii. 53, 2.
Aristotelis *Philosophi* traditio de Locrorum origine, verior quam Timæi. xii. 5, 5 *sqq.* 6, 7 *sq.* 8, 2 *sqq.* 12, 5.
Aristotelem temere probris insectatur Timæus. xii. 9. eum defendit Polybius. xii. 8 *sq.* 23, 3.
Aristoteles, Rhodiorum legatus Romam de societate. xxxi. 1, 2.
Arius, ὁ Ἄριος, fluvius Bactrianæ, Tapuriæ *et Ariæ*. x. 49, 1. juxta quem Bactrianos acie vicit Antiochus Magnus. 49, 4 *sqq.*
Arma. *vide* Gladius, Scutum, Hasta *&c.*
armis Romanis Afros instruit Hannibal. iii. 87, 3. 114, 1. arma peditum Romanor. vi. 23. equitum Rom. arma, olim parum commoda, dein ad morem Græcorum in melius mutata. vi. 25. armatura Macedonum et Romanorum inter se collatæ. xviii. 11 *sqq.*
armorum, non vestium, cultum et elegantiam curare vir fortis debet. xi. 9.
Armenas, Nabidis filius, Romæ obses moritur. xx. 13, 4.
Armosata, Ἀρμόσατα, urbs *Armeniæ*, inter Euphratem et Tigrim, in Pulcro qui dicitur Campo. viii. 25, 1.
Aromata Arabiæ. xiii. 9, 5.
Arpi, (ἡ Ἄργυρίππα) *oppidum* Daunias in Apulia. Ejus agrum, τὴν Ἀργυριππανὴν, populatur Hannibal. iii. 88, 6. Arpani, οἱ Ἀργυριππανοὶ, advocant Hannibalem. iii. 118, 3.
Arretium, urbs Etruriæ, ἡ τῶν Ἀρρητίνων πόλις. Eam obsidere conantur Galli, et ante urbem cædunt Romanos. ii. 19, 7 *sq.* ad Arretium cum exercitu consident C. Flaminius, consul. iii. 77, 1. 80, 1.
usque ad Arretinum agrum, τὴν τῶν Ἀρρητίνων χώραν, pertinet Liguria. ii. 16, 2.
Ars. Polybii ætate, omnium rerum in vita utilium Ars quædam inventa erat, certis præceptis constans, et certa ratione nitens. ix. 2, 5. x. 47, 12. *Conf.* Cognitio.
ars Imperatoria. *vide* Imperator.
Arsaces, rex Parthiæ, ad Antiochi M. adventum corrupit puteos, et in Hyrcaniam se recepit. x. 28 *sq.*
Arsinoë, Ptolemæi Philopatoris soror, (*eademque uxor, XV.* 25, 2.) cum rege ad Raphiam hortatur milites. v. 83, 3. 84, 1. cum eodem Alexandriam redit. 87, 6. Berenices erat filia, mater Ptolemæi Epiphanis, occisa auctore Sosibio, ministro Philammone. xv. 25, 2. 32, 7. 33, 11.
Arsinoë, Lysimachi Thraciæ regis filia, uxor Ptolemæi Philadelphi, mater Lysimachi, occisi opera Sosibii. v. 25, 2.
Arsinoë, ἡ Ἀρσινόη, urbs Africæ; et urbs Ætoliæ. ix. 45, 1 *sq.* (*Conf.* Arsinoia.) Arsinoënsis, Ἀρσινοεύς, civis. Arsinoës Ætolicæ. ix. 45, 2. xvii. 10, 9.
Arsinoia, Ἀρσινοΐα, *eadem cum* Arsinoë Ætolica. Cæde ibi patrata, gustato cruore, efferantur Ætolorum animi. xxx. 14, 5. *Conf.* ix. 45, 1.
Artabazanes, potentissimus dynastarum Asiaticorum. v. 55, 2. cum Antiocho, quibus conditionibus ille voluit, pacem fecit. 55, 10. ejus regnum ubi situm. 55, 6 *sqq. Conf.* v. 44, 8.
Artaxerxi regi Persarum in venatione occurrens leo, equum regis corripuit. *Fragm. hist.* 10.
Artaxias, regulus majoris partis Armeniæ, pace comprehensus inter Eumenem et Pharnacem confecta. xxvi 6, 12.
Artemidorus, prætor Syracusanorum cum Hierone. i. 8.
Artemidorus, scriptor, corrigit Polybii

errorem. xxxiv. 12, 11. *Conf.* c. 13, 1.

Artemisium, locus Elidis. iv. 73, 4. *Conf.* Diana.

Arx absque muris, Ægirus. iv. 56, 7. i. 30, 4. *Conf. Liv.* xxiv. 3. *de arce Crotonis.*

As Romanus, ejusque relatio ad obolum Græcorum. ii. 15, 6. vi. 39, 12.

Ascondas et Neo, Bœoti, Brachylis majores, Macedonibus faventes. xx. 5, 5 *sq.*

Asdrubal *s.* Hasdrubal, Ἀσδρούβας. Hannonis fil. dux Pœnorum in Africa adv. Regulum. i. 30. in Siciliam missus, Lilybæi milites exercet. 38. ad Panormum cæditur a L. Cæcilio Cos. 40.

Asdrubal, gener Amilcaris Barcæ, et classis ejus præfectus, succedit Barcæ in Hispaniæ imperio. ii. 1, 9. iii. 12, 3. 13, 3. Hispaniam prudenter administrat; Novam Carthaginem condit. ii. 13. prope urbem extruxisse perhibetur regium palatium, monarchicum adfectans imperium. x. 10, 9.

fœdus facit cum Romanis de Ibero amne non transgrediendo. ii. 13, 7. 21, 11. iii. 27, 9 *sq.* 29, 3. non tam armis, quam comitate sua in regulos Hispaniæ, auxit Pœnorum imperium. ii. 36, 2. interficitur a Gallo, privatas injurias ulciscente. ii. 36, 1.

ejus avaritiam et dominandi cupiditatem, causam fuisse ait Fabius secundi belli Punici. iii. 8. eumdem, ait idem Fabius, pro lubitu omnia in Hispania gessisse et monarchicum adsectasse imperium. *ibid.*

Asdrubal, Hannibalis frater senior, *nempe e duobus minoribus.* ix. 22, 2. ei Hispaniæ imperium committit Hannibal, expeditionem in Italiam susceptur-us. iii. 33, 6 *et* 14 *sqq.* ix. 22, 2. palantes classiarios Romanos cædit. iii. 76, 8 *sqq.* Carthagine nova hibernat. 76, 11. 95, 2. ad Iberi fluvii ostia, prælio navali vincitur a Cn. Scipione. iii. 95, 8. 96. urbem nescio quam in Carpetanis obsidet, quo tempore Carthaginem Novam petit Scipio. x. 7, 5. a Scipione prælio victus ad Bæcula, ad Tagum se recipit, et inde versus Pyrenæum. x. 38 *sq.* 40, 11.

ex Hisp. in Italiam transgressus, prælio vincitur a Livio et Nerone Coss. xi. 1. mors ejus et encomium. 2.

Asdrubal, ministeriis militaribus in exercitu Hannibalis præfectus. iii. 66, 6. 93, 4.

Asdrubal, *nescio an idem cum præcedente,* rem labantem Hannibalis ad Gerunium sustinet. iii. 102, 6. lævo cornu præest in Pugna Cannensi. iii. 114, 7. in ea pugna prudenter fortiterque rem gerit. 116, 6 *sqq.*

Asdrubal, Gesconis *vel* Giscon is filius, dux Pœnorum in Hispania; insolenter se gerit; ab Indibili, amico Pœnorum, magnam pecuniæ vim et filias obsides exigit. ix. 11. x. 36, 6 *sqq.* in Lusitania circa Tagi ostium versatur. x. 7, 5. 38, 3. pugna ad Ilipam vincitur a Scipione. xi. 20—24.

ejus filia *Sophonisba,* uxor Syphacis. xiv. 1, 4. 7, 6. ejus castra incendit Scipio, et magnam cædem edit. xiv. 1—5. cum reliquiis exercitus Carthaginem profugit. xiv. 6, 3. *coll. ss.* 13. unde ad novas contrahendas copias mittitur. *ibid.* victus acie in Magnis Campis, cum reliquiis copiarum Carthaginem redit. xiv. 8.

Asdrubal, præfectus classis Pœnorum, ad Uticam insidiantis legatis Scipionis Carthagine redeuntibus. xv. 2.

Asdrubal, dux Pœnorum, Carthagini præfectus tertio bello Punico, per Gulussam cum Scipione agit, multa statim cum arrogantia; deinde supplex ad victoris genua provolvitur. xxxix. 1—3.

Asia, una e tribus terræ partibus, inter Nilum et Tanaim comprehensa. iii. 37, 2 *sqq.* Asiæ longitudo. xxxiv. 7, 9.

Asiæ res gestas ante Ol. CXL. multi scripsere, ut non opus habuerit Polybius, altius eas repetere. ii. 37, 6. Asia cis Taurum excedit Antiochus. iii. 3, 4. Asia, per Alexandri dominatum, patefacta est itineratoribus. iii. 59, 3. Asiæ ora maritima, a Pamphilia usque Hellespontum, in regum Ægypti fuit potestate. v. 34, 7.

Asiæ dynastæ, Lysanias, Olympichus, Limnæus. v. 90, 1.

Asina, *vel* Asine, ἡ Ἀσίνη, oppidum munitum Laconicæ. iv. 19, 5.

Asine, Ἀσίνη, Messeniæ oppidum. xviii. 25, 7. *ubi quidem* Asium, Ἄσιον, *dabant edd. et MSti.*

Asinus in theatro traducitur Athenis. xii. 13, 11.

Asium; vide Asine Messeniæ.

Aspasiacæ, *sive* Apasiacæ, Ἀσπασιάκαι *s.* Ἀπασιάκαι, Nomades, sedes inter Oxum et Tanaim habentes; ubi Oxus fluvius terram subit, sicco pede cum equis eum superantes, in Hyrcaniam transeunt. x. 48.

Aspasianus, Medus, Medis præfectus in exercitu Antiochi. v. 97, 7.

Aspasius, Eleus, bello captus a Lyco, prætore Achæorum. v. 94, 6.

Aspendus, (Ἄσπενδος) *urbs* Pamphyliæ.

Aspendii (*Ἀσπένδιοι*) copias jungunt Gartyeridi pro Pedicensensibus adv. Selgenses. v. 78, 3 *sq.*

Aspendios ad obsequium redigit Cn. Manlius. xxii. 18, 4.

Aspendius. Andromachus; *vide suo loco.*

Ἀσπὶς. vide Clupea.

Assyriæ imperium eversum. xxxix. 3, 4. Assyriorum reges quadraginta unus. *Fragm. hist.* 9.

Ἀσσυρίας vulgo legebatur x. 40, 7. *pro quo Σοφὰς rescripsi.*

Astapa. In *Astapæ* urbis incendio dum fusum aurum et argentum quærunt milites Romani, igne ipsi consumuntur. xl. 34, 11.

Astrologiæ notitia quædam necessaria imperatori. ix. 14, 5. 20, 5. ejus insciis damno fuit Niciæ Atheniensi ad Syracusas. ix. 19, 1 *sqq.*

Astymedes, Rhodius, cum Romanis faciendum censet bello Persico. xxvii. 6, 3. Romam legatus ad deprecandam Romanorum iram post bellum Persicum. xxx. 4 *seq.* 19, 4 *sq.* ejus orationem improbat Polybius. *cap.* 4, 10 *sqq.*

iterum Romam legatus, impetrat tandem societatem Romanorum. xxxi. 6, 1. *et cap.* 7. rursus Romam legatus, de bello Cretico. xxxiii. 14, 3 *seq.*

Atabyrii Jovis templum Agrigenti, sicut Rhodi. ix. 27, 8.

Atabyrium, *Ἀταβύριον*, oppidum in monte Cœlesyriæ, (*Galilææ*) *alias Thabor et Itabyricum*; captum ab Antiocho Magno. v. 70, 6 *sqq.*

Atella, *Ἄτελλα*, urbs Opicorum Italiæ, inter Capuam et Neapolim. Atellani, *Ἀτελλανοί*, Romanis se tradunt. ix. 45, 3.

Ates. Sic perperam vulgo editum erat, pro Atys *vel* Atis, quod *vide.*

Athamania, *Ἀθαμανία*, Macedoniæ finitima. xviii. 19, 4. eam adeunt legati Romani, cum Amynandro acturi de bello Philippo inferendo. xvi. 27, 4.

Athamanes, *Ἀθαμᾶνες*. xviii. 19, 4. eorum rex Amynander. *vide suo loco.* eorum pars cum Amynandro a Romanis ad Ætolos deficit. xx. 10, 5. Athamaniam ab Ætolis sibi ereptam queritur Philippus. xxii. 14, 4. *conf.* xxii. 8, 1. *adde Liv* xxxviii. 1—3.

Athamanes apud Romanos repetunt urbes, a Philippo per bellum Antiochicum ipsis ereptas. xxiii. 6, 3. xxiv. 1, 10.

Athenæ; Atheniences; Attica.

ad Atheniences legationem mittunt Romani post victoriam de Illyriis partam. ii. 12, 3.

Attalum cum Romanis legatis magna pompa Atheniences recipiunt per Dipylum intrantem in urbem, et tribum de nomine ejus nuncupant. xvi. 25. hortantibus Romanis et Attalo Rhodiisque, bellum contra Philippum decernunt. 26. Atticam vastat Nicanor, dux Philippi. 27, 1.

Atheniences apud Scipiones per legatos intercedunt pro Ætolis. xxi. 2 *seq.* rursus. xxii. 8, 10. *et cap.* 12, 1 *et* 2. 13, 7. 14 *toto.* Euclidæ et Micyonis consilio recti, omni cura honesti abjecta, turpiter blandiuntur regibus, et inprimis Ptolemæo Philopatori. v. 106, 7 *sq.* legationem in Ægyptum ad Ptolemæum (*s. Philometorem s. Physconem*) mittunt, de *nescio qua* donatione, et duas sacras legationes. xviii. 18, 4. *nescio quem* morem continuo servant. ix. 40, 1. pro Haliartiis cum apud Romanos frustra deprecati essent, turpi consilio agrum eorum sibi petunt. xxx. 18. Delum et Lemnum petentibus dat senatus. *ibid. cf.* xxxii. 17, 2. Delii, qui in Achaiam commigrarunt, et ibi civitate donati sunt, res ab Atheniensibus repetunt ex formula juris quod Achæis cum Athen. intercedebat. xxxii. 17.

Cum veteres Atheniences ad bellum adv. Lacedæmonios pecuniam ex censu civium conferendam decrevissent, agrorum et omnium fortunarum totius Atticæ census non complevit sex millia talentorum. ii. 62, 6 *sq.* olim cum Chrysopolin tenerent, ad ostium Bospori Thracici, portorium exigere primum instituerunt a navigantibus in Pontum. iv. 44, 4. Atheniensium cognati Lyttii Cretenses. iv. 54, 6. victi ad Chæroneam Atheniences clementissime habentur a Philippo Amyntæ fil. v. 10, 1 *sqq.* xvii. 14, 13 *sq.* nempe ut alios ille alliceret ad imperium ipsius libentius recipiendum. ix. 28, 4.

Atheniensium reipub. forma nihil principi habuit. vi. 43, 2 *sq.* similis fuit navi quæ gubernatore caret; et in ea maxime dominabatur turba hominum. vi. 44. floruerat principe Themistocle virtute. 44, 2. eorumdem reipubl. Aristides et Pericles benigne et graviter, Cleo et Chares acerbe præfuerunt. ix. 23, 6.

Atheniences, prælium Lacedæmoniorum cum Thebanis participare properantes, prohibuerunt Epaminondam, ne Mantineam de improviso capere posset. ix. 8, 10 *sq.* Cassandro turpiter imperata faciunt, quapropter in theatro per-

stricti sant a Demetrio Phalereo. xii. 13, 11. immodica adv. Philippum Amyntæ fil. contentione, in maximas calamitates delapsi sant. xvii. 14, 13.

Athenæum, τὸ Ἀθήναιον, in agro Megalopolitano adv. Achæos communit Cleomenes, rex Lacedæm. ii. 46. 5. illud (postquam Megalopolitanis ab Antigono esset traditum, ii. 54, 3.) obsidet Lycurgus rex Lacedæm. iv. 37, 6. et capit. iv. 60, 3. evertitque. iv. 81, 11. *Conf.* ii. 54, 3.

Athenæus, frater Eumenis, Romam ab eo legatus mittitur adv. Philippum. xxiv. 1, 4 *et* 7. rursus legatus cum Attalo. xxxi. 9. rursus ab Attalo rege mittitur, conquestum de Prusia. xxxii. 26. classi præfectus, oram infestat Prusiæ imperio subjectam. xxxiii. 11.

Athenagoras, præfectus mercenariorum in exercitu Philippi. xviii. 5, 2.

Athinis, dynasta Ægyptius, cum a Ptolemæo Epiph. defecisset, eique rursus se tradidisset, ab eo ad currum revinctus trahitur necaturque. xxiii. 16, 4 *sq.*

Athurnus, mendose olim scriptura, pro Vulthurnus *vel* Vulturnus; *quod vide.*

A. Atinius *Calatinus*, Cos. cum C. Sulpicio, Panormum frustra tentat, plures Siciliæ urbes capit. i. 24. consul iterum cum Cn. Cornelio, capit Panormum. 38.

A. Atilius, legatus Roman. cum Q. Marcio in Græciam et Peloponnesum, initio belli Persici. xxvii. 2, 11.

C. Atilius *Regulus* Cos. ancipiti pugna navali defungitur ad Tyndaridem. i. 25. consul iterum cum L. Manlio, i. 39, 13. oppugnat Lilybæum. 41—48.

C. Atilius *Regulus, M. F.* Cos. in Sardiniam profectus; ii. 23, 6. inde rediens cum exercitu Pisis exposito, occurrit Gallis ab Etruriæ devastatione domum redeuntibus. ii. 27. occiditur in pugna cum Gallis. 28, 10.

C. Atilius prætor, auxilio mittitur L. Manlio, cum quarta legione a Boiis obsesso. iii. 40, 14.

M. Atilius *Regulus* Cos. cum S. Manlio. i. 26. ejus acies navalis triquetra, quadripartito divisa. *ibid.* prælium navale triplex. 27. victoria. 28.

adpellit in Africam; Clupeam capit, et Tunes, aliasque urbes. i. 29 *sq.* dura Pœnis imperat. 31. prælio superatur, duce Pœnorum Xanthippo. 33 *sq.* capitur a Pœnis. 34, 8.

(*de Supplicio ac morte Reguli nihil memorat Polybius: qua de re vide quæ ad Appiani Punic. cap. 4. monuit Palmerius, et alii, quos ibi laudavimus.*)

M. *Atilius* Regulus, consul, suffectus Flaminio, in pugnam ad Trasimenum lacum occiso. iii. 106, 2. mediam aciem tenet in pugna Cannensi. iii. 114, 6. cadit in pugna. 116, 11.

Atintanes, Ἀτιντᾶνες, Epiri populus. ii. 5, 8. tradunt se Romanis. ii. 11, 11. Atintania, Ἀτιντανία. vii. 9, 13.

Atis *sive* Atys, Boiorum rex, a suis occisus. ii. 21, 5.

Atlanticum mare; τὸ Ἀτλαντικὸν πέλαγος, Oceanus a nonnullis adpellatus. xvi. 29, 6. ἡ ἐκτὸς θάλαττα, mare externum. iii. 37, 9 *et* 11. xvi. 29, 9.

illud navigavit Polybius iii. 59, 7. et de ejus natura et indole ex professo se dicturum promittit. iii. 57, 2 *et* 5. *vide Spicileg. ea lib.* xxxiv. *num.* 7.

Atlas mons, et alia geographica Africæ. *Spicileg. lib.* xxxiv. *num.* 7.

Atrata gens ad Eridanum fluv. ii. 16, 8.

Atreus, solis cursum conversioni cœli contrarium docuit, eoque vates et antistes sacrorum nominatus est. xxxiv. 2, 6.

Atropatios *probabiliter scripsit Casaub. in vers. Lat.* v. 44, 8. *et* 55, 2. *pro eis qui ibi ei* Σαυρέους *et ei* Σαυρεῖαι *vulgo dicuntur.*

Attalica tribus Athenis. xvi. 25, 9.

Attalus, pater Eumenis et Attali, rex Pergami.

mortuo Seleuco Callinico, omnem eis Taurum Asiam sibi subjecerat; quam ei Achæus, cum Seleuco *Cerauno* Taurum supergressus, rursus eripuit, et intra paterni regni fines, id est, intra Pergamum eum conclusit. iv. 48. ludos celebrat Minervæ, ad quos Byzantii legatos mittunt. 49, 3.

Attalus cum Achæo continuum bellum gerit. v. 77, 1. eidem Æolidis et Mysiæ urbes eripit, Gallorum Ægosagarum opera, quos ex Europa acciverat. 77, 2 *sqq.* Pergami sedem habet. 78, 6. Qui cum Attalo controversias habebant post Olymp. cxl. non amplius Antiochum et Ptolemæum, sed occidentem spectabant. v. 105, 7.

cum Attalo societatem adv. Achæum contrahit Antiochus Magnus. v. 107, 4.

Attalus socius Romanorum et Ætolorum adv. Philippum et Achæos. ix. 30, 7 *sqq.* x. 41, 1. Peparethum insulam occupat. x. 41, 2. Æginam ab Ætolis emit triginta talentis. xxiii. 8, 10. agrum ejus Pergamenum et sacra loca vastat Philippus. xvi. 1. sociis Rhodiis, pugnam navalem ad Chium pugnat cum Philippo, satis felici eventu; xvi. 2—9. ipse tamen naves suas in continentem

ejicere coactus, egre Erythras evadit. xvi. 6. *De* pugna ad Laden *vide* xvi. 14 *seq.* Post eas pugnas novos adparatus belli facit. xvi. 24, 1.

Athenas invitatur, et magna cum pompa ibi recipitur. xvi. 25 *seq.* Abydenis auxilia mittit adv. Philippum. 30, 7. ipse Tenedum venit succursurus eis, frustra. 34, 1. ejus postulata per legatum in colloquio Philippi cum T. Quintio. xvii. 2, 2. 6, 1 *sqq.* 8, 10. summis honoribus ornatus a Sicyoniis ob beneficia in eos collata. xvii. 16.

mors Attali et encomium. xviii. 24. *conf. Spicileg. ex lib.* xviii. ejus merita in Romanos commemorat filius Eumenes Romæ apud senatum. xxii. 3, 2 *sqq.* mortuus est infirmitate contracta ex contentione, qua Bœotos ad societatem Romanorum hortatus est. xxii. 3, 5. xviii. 24, 9.

uxor Attali Apollonias *vel* Apollonis. xxiii. 18.

Attalus, Attali filius, Eumenis frater. Cn. Manlium Vulsonem Cos. comitatur in expeditione in Galatiam. xxii. 22. honore matri Apollonidi habito magnam laudem consequitur. xxiii. 18, 4 *sqq.* Roma legatus redit, et Eumenem comitatur in bellum cum Pharnace. xxv. 4, 4 *et* 11. per Eumenis morbum inducias facit cum Pharnace, et rursus legatus Romam abit cum minoribus fratribus. xxv. 6.

operam dat, ut honores Eumeni, in Peloponnesi urbibus sublati, restituantur, eoque amorem suum in fratrem præcipuum testatur. xxvii. 15. xxviii. 7. idque obtinet. xxviii. 10, 7.

rursus Romam Attalus legatur post bellum Persicum, ubi ei blandiuntur Romani, et ad dissensionem cum fratre Eumene concitare student. xxxii. 1. a parum sano impetu eum revocat Stratius medicus, ab Eumene submissus. *cap.* 2 *seq.* rursus cum fratre Athenæo Romam mittitur, ad respondendum querelis Prusiæ. xxxi. 9. rursus, xxxii. 3. et benigne accipitur. 5, 5 *sqq.*

mortuo Eumene, regnum administrat pro pupillo filio fratris. xxxii. 23, 8. *conf.* xxx. 2, 6. xxxiii. 16, 1. statimque Ariarathum in regnum Cappadociæ restituit. *ibid. Conf.* iii. 5, 2. mox a Prusia bello petitur, et acie vincitur. xxxii. 25. 26, 1 *sq.* Athenæum fratrem Romam mittit; 26, 1. simul exercitum cogit, et auxilia ab Ariarathe et Mithridate sociis adsciscit. xxxiii. 10. classem ei administrat Athenæus. 11, 1 *sqq.* mox, intercedentibus Romanis, pax conciliatur inter Attalum et Prusiam. 11, 4 *sqq.*

Attalus, Eumenis filius, (*conf.* xxx. 2, 6.) Romam venit, et benigne accipitur. xxxiii. 16, 1 *sqq.*

Atticum argentum; *vide* Argentum.

Attis et Battacus, antistites templi Deæ Pessinuntiæ. xxii. 20, 5.

Avaritia, animi morbus insanabilis, hydropi similis. xiii. 2, 6 *sqq.* avaritiam e republ. tollens Lycurgus, omnium civilium dissensionum fontem sustulisse putatur. vi. 46, 7.

Audacia nimia sæpe in amentiam et in nihilum abit. iv. 34, 2.

Audire semper eadem nemo vult. xv. 36, 6. auditionem ex auditione scribere, parum tutum. iv. 2, 3. auditus et visus, duo instrumenta ad rerum cognitionem a natura data. xii. 27. *Conf.* Aures.

Aves. Ex avibus Lagoras cognoscit partem minus custoditam murorum urbis Sardium. vii. 15.

Aufidus fluvius, ὁ Αὔφιδος, unus ex omnibus Italiæ fluviis, qui Apenninum montem permeat; fontes habet inter Apenninum et mare Etruscum, exit in Adriaticum. iii. 110, 8 *sq.* juxta Aufidum committitur pugna Cannensis. iii. 110 *seqq.* iv. 1, 2.

Aviditas militum Romanorum punita. xi. 24, 11.

Aulici, similes sunt calculis in abacis; ad regis nutum modo beati, modo miseri. v. 26, 13.

Aulus. *vide* Atilius, Hostilius, Postumius, &c.

Aurea signa bellica Insubrium. ii. 32, 6. aureis argenteisve laminis obductæ fuerant trabes, lacunaria, et columnæ in regia Ecbatanæ x. 27, 10 *sqq.* αἱ δὲ χρυσαῖ. *ibid. vs.* 12. *quæ videntur esse* capita columnarum. *Conf.* Aurum.

Aurei signati. iv. 56, 3.

L. Aurelius *Orestes*, legatus Roman. in Asiam et Syriam. xxxi. 19, 9. legatus in Achaiam, Romam reversus queritur, in vitæ periculum se esse Achæorum culpa adductum. xxxviii. 1, 1 *sqq. cf.* 2, 1.

Aures, testes male fidi. iv. 40, 3.

Auroræ imago præfertur in pompa Antiochi Epiph. xxxi. 3, 15.

Aurum amant cumulantque Galli Cisalpini. ii. 17, 11.

de auri argentique metallis in Hispania ex professo se dicturum *promittit Polybius*. iii. 57, 3. auri metalla prope Aquileiam in Tauriscis Noricis ditissima. xxxiv. 10, 10 *sqq.*

aurum et argentum *in Astapæ urbis*

incendio fusum. dum quærunt milites, igne ipsi consumuntur. xi. 24, 11.

libra una auri æquiparatur decem libris argenti. xxii. 15, 8.

C. Aurunculeius, legatus ad Prusiam et Attalum. xxxiii. 1, 2.

Ausetani, Ἀβεργανοί. Sic fortasse scribendum iii. 35, 2. *pro* Andosini.

Ausones, Αὔσονες, ad sinum *Neapolitanum* incolunt: *eos* ab Opicis discretos *facit Polybius; eosdem esse statuit Antiochus.* xxxiv. 11, 5—7.

Ausonium mare, ultra Siciliam ad Salentinos. *Spicileg. lib.* xxxiv. *num.* 4.

Auspicium, *ἐμπόδιον*, apud Romanos excusatio legitima est eis qui sacramento tenentur ad conveniendum in armis. vi. 26, 4.

Auster, *νότος*; ei oppositi Etesii, *id est*, boreas. iv. 44, 6 *et* 10.

Autaritus, dux Gallorum in exercitu mercenariorum, bello Pœnorum Africo. i. 77, 1 *et* 4. 79, 8. sæva suadet rebellibus. 80. in potestatem venit Pœnorum. 85. e truce suspenditur. 86, 4.

Autocheiria, pusilli animi indicium. xxx. 7, 8.

Autololes Gætuli, in Africa. *Spicileg. lib.* xxxiv. *num.* 7.

Autolycus, gubernator quinqueremis Rhodiæ in pugna ad Chium. xvi. 5, 1 *sqq.*

Autonus, Thessalus, salutaria suadet Hieronymo Syracusano. vii. 5, 3.

Auxilia. *vide* Socii, *et* Legio.

auxilium tardum, inutile. ix. 40, 2 *sq.*

Azanis, ἡ Ἀζανίς, pars Arcadiæ. iv. 70, 3. (*nomen habet ab Azane, Arcadis filio, cujus meminit Pausan. X. 9. p.* 819.)

Azorium, Ἀζώριον, urbs Perrhæbiæ. xxviii. 11, 1.

B.

Babrantium, Βαβράντιον, locus prope Chium. xvi. 41, 3.

Babylonia, ἡ Βαβυλωνία. Ea potitur Molo. v. 48, 13. 52, 4. *οἱ περὶ Βαβυλῶνα τόποι.* v. 51, 3.

Babyrtas, homo impurus Messenius. iv. 4, 5 *sqq.*

Bacara, *et* Bacra, ὁ Βακάρας *et* ὁ Βάκρας. *Sic scripsi pro vulgato Μακάρας vel Μάκρας et Μάκρος, quæ scriptura tamen servari fortasse debuerat. Vide* i. 75, 8.

fluvius Africæ, in mare exiens prope Carthaginem: pontem ei impositum custodit Matho, et oppidum ibi extruit; eumdem amnem vado prope ostium transit Amilcar. i. 75. *De oppido conf.* c. 76, 1 *et* 9 *sq.* ad ejus ostium castra metatur Amilcar. i. 87, 9. usque ad ejus ostium legatos Romanos navibus comitantur Pœni. xv. 2, 8.

Bακκαῖοι *fortasse legendum* iii. 33, 15. *id est*, Vaccenses, *pro* Μακκαῖοι *vel* Μάκκοι.

Bacchus, ab Aristide pictus; a quo ortum proverbium: Nihil ad Bacchum. xl. 7, 8.

Bactriana, ἡ Βακτριανή. Eam perfluit Oxus fluv. x. 49, 4.

urbs Bactriana, Zariaspa, Ζαρίασπα. 49, 15.

regionis incolæ, Βακτριανοί, *et* Βάκτροι. x. 49, 8. contra quorum regem Euthydemum expeditionem suscepit Antiochus Magnus. x. 49. xi. 34.

Badiza, Βάδιζα. oppidum Bruttiorum. xiii. 10, 1. *Livio* Besidiæ.

L. Bæbius, legatus a Scipione Carthaginem missus. xv. 1 *seq. conf. cap.* 1, 3. castris præficitur a Scipione. xv. 4.

M. Bæbius, legatus Roman. in Macedoniam. xxiii. 6, 6.

Bæcula, Βαίκουλα πόλις, urbs Hispaniæ, in *Oretanis*, haud procul Castulone et Castulonensi saltu. x. 38, 7. Ibi Asdrubal, Hannibalis frater, vincitur a Scipione. x. 39. *Adde* xi. 20. 5.

Bætica Hispania, ἡ Βαιτική. xxxiv. 9, 1.

Bætis, ὁ Βαῖτις, Hispaniæ fluvius. *Reliq. libri* xix. xxxiv. 9, 12.

Bagrada; *vide* Bacara, *et* i. 75, 5.

Balacer *vel* Balacrus, pater Pantauchi, amici legatique Persei. xxvii. 8, 5.

Balas. vide Alexander *Balas.*

Balauchus, Pantauchi filius, obses datus Genthio a Perseo. xxix. 3, 6.

Baleares, Βαλιαρεῖς. Nomen proprie Funditores sonat. iii. 33, 11.

mercenarii Pœnorum. i. 67, 7. iii. 33, 16.

ab Hannibale in Africam missi, securitatis caussa. iii. 33, 11.

junguntur in pugna cum jaculatoribus. iii. 113, 6. *et passim alibi.*

Ballistis (*λιθοβόλοις*) lapides triginta atque etiam sexaginta librarum jaculantibus usus est Philippus. ix. 41, 8. *Conf. Lexic. Polyb. in* Πετροβόλοι. *Adde* Talentum.

Balneum; in idem balneum post Callicratem nemo Achæus descendit. xxx. 20.

Bantia, Βαντία, oppidum Illyrici in finibus Calicænorum, captum a Philippo. v. 108, 8.

Barbara et mixta furba, quid differat hominibus qui legibus et civilibus institutis innutriti sunt. i. 65, 7.

barbari Græcis sunt Romani. ix. 38, 5 *et* 7.

Barias, cognomen Amilcaris, patris Hannibalis. i. 56, 1.
Barce, mons Africæ, ad oceanum Atlanticum. *Spicileg. ex lib.* xxxiv. *num.* 7.
Barce, urbs Cyrenaicæ. Hinc Barcæus, Βαρκαῖος, Ammonius. v. 65, 8.
Bargusii, Βαργούσιοι, populus Hispaniæ citerioris; subacti ab Hannibale. iii. 35, 2 *et* 4.
Bargylia, τὰ Βαργύλια, Cariæ urbs, capta a Philippo, qui ibi hiemat. xvi. 24, 1 *sq.* petentibus Rhodiis, invito Philippo, liberatur a Romanis. xvii. 2, 3. 8, 9. xviii. 27, 4. 31, 2. 38, 1.
ibi erat miraculosum simulacrum. xvi. 12, 3.
cives, οἱ Βαργυλῆται. xvi. 12, 3.
Bargylieticus sinus, ὁ Βαργυλιητικὸς κόλπος, *idem qui sinus Iasetius.* xvi. 12, 1.
Barmocal, Pœnus, subscripsit formulæ fœderis Hannibalis cum Philippo. vii. 8, 1.
Barnus, Βαρνῦς, οὔντος, oppidum Macedoniæ, præter quod transit via Ignatia. xxxiv. 12, 8.
Bastarni *vel* Bastarnæ, Βαστάρναι; de eis Romæ queruntur Dardanioram legati. xxvi. 9.
Batanæa, Βατανέα, recepta ab Antiocho Magno. xvi. 38, 3.
Bathea, βαθεῖα, via in urbe Tarento. viii. 31, 1. 35, 6.
Battacus et Attis, antistites templi Deæ Pessinuntiæ. xxii. 20, 5.
Belli et Titti, Βέλλοι καὶ Τίττοι, populi Celtiberici Romanarum partium, legatos Romam mittunt. xxxv. 2, 3 *sqq.*
Bellum, ἀσπονδον, implacabile, Pœnorum cum mercenariis rebellibus. i. 65, 6. Bellum nemo prudens eo solo consilio suscipit ut hoste superior discedat, &c. iii. 4, 10.
bello Antiochico occasionem præbuit Philippicum, Philippico Hannibalicum, Hannibalico Siculum. iii. 32, 7.
belli jura quid permittant, quid vetent. v. 11, 8 *sq.*
bella spirantes et numquam ab armis quieti: dictum Euripidis. v. 106, 4.
de Bello et Pace deliberat Populus Romanus. vi. 14, 10.
pauciora sunt in bello quæ aperta vi perficiuntur quam quæ dolo. ix. 12, 1 *sq.*
belli flamma, sicut ignis, ipsum interdum auctorem incendii consumit. xi. 5, 4 *sq.* bellum morbo simile, pax sanitati. xii. 26, 6 *sq.*
bella olim aperte gerebantur, non dolo; pristini moris vestigia supersunt apud Romanos. xiii. 3.
ante bella transmarina, intemerata erat omnium imperatorum Romanorum abstinentia. xviii. 18, 1.
In bello multa vana; πολλὰ κενὰ τοῦ πολέμου. xix. 6, 10. bellum igneum xxxv. 1, 1 *sqq.*
Bellum Ætolicum, Africum, Antiochicum &c. *Vide quodque* suo loco.
Belminas ager, (*forsan rectius* Belbinas) ἡ Βελμινᾶτις (*f.* Βελβινᾶτις) χώρα, in Arcadia. Castella ibi a Cleomene exstructa capit Antigonus, et Megalopolitanis tradit. ii. 54, 3.
Benacus lacus, ὁ Βήνακος λίμνη, in Alpibus. xxxiv. 10, 19.
Beneventum, colonia Romana in *Samnio*. iii. 90, 8. Beneventanum agrum incursant Romani. *ibid.*
Berenice, (*nonnulli codd.* Bernice) Ptolemæi Philadelphi filia, Ptolemæi Evergetis soror, nupta Antiocho *Deo*, Syriæ regi. Ei aquam e Nilo bibendam mittere solebat pater. *Fragm. hist.* 54. ob ejus casum Seleuco Callinico iratus Ptolemæus Evergetes, Syriam bello petit. v. 58, 10 *sq.*
Berenice, (*nonnulli codd.* Beronice; *de qua scriptura conf. Criticos ad Justin.* xxvi. 3, 2. *et* xxvii. 1, 2.) Magæ filia, et Magus mater, uxor Ptolemæi Evergetis, mater Ptolemæi Philopatoris, occiditur a Ptolemæo filio, Sosibii opera. v. 86. xv. 25, 2.
Berga, (ἡ Βίργη) *Macedoniæ oppidum; unde* Bergæus, Βεργαῖος, Antiphanes, *scriptor rerum incredibilium.* xxxiii. 12, 10.
Evemerum Eratosthenes Bergæum adpellavit, *id est, fabulosum scriptorem.* xxxiv. 5, 12.
Berœa, ἡ Βέροια, *urbs Macedoniæ. Hinc* Beroëusis, Βεροιεὺς, Medon. xxvii. 8, 5. *et* Βεροιαῖος *vel* Βεροιαῖος, Adæus, xxviii. 8, 1.
Berytus, Βηρυτὸς, Phœniciæ *s.* Cœlesyriæ urbs. Fauces ad Berytum, palsis Ptolemæi ducibus, occupat Antiochus. v. 61, 9 *sq.*
Arado profectus, Theoprosopon promontorium prætergressus, Berytum venit Antiochus Magnus, capta in transitu Botry, et crematis Triere et Calamo. v. 68, 8.
Bestiæ. vide Badista.
Bessi, Βησσοὶ, populus Thracicus; quorum fines invasit Philippus. xxiv. 6, 4.
Bethsan. vide Scythopolis.
Βία καὶ χειροκρατία; in eam degenerat Democratia. vi. 9, 7.
Bibliothecarum commoditas. xii. 27, 4.
Bionidas, Lacedæmonius, occisus a factione Ætolica. iv. 22.

Bippus, Argivus, Romam legatus. xxv. 2, 3. *et* 2, 11. *et* 3, 4.

Bithynia, Bithyni. *Conf.* Prusias.

Bithyniæ regnum ad Tibœtem pari jure, ac ad Prusiam, visum est pertinere. iv. 50, 9. quæcumque loca Bithyni Byzantiis in Mysia ademerant, restituere eis coguntur ex pacis lege. iv. 52, 9.

Biton et Cleobis, *Argiæ sacerdotis filii*, pietate in matrem insignes. xxiii. 18, 7.

Bodencus, Βώδιγκος, ab indigenis nominatur Padus fluvius. ii. 16, 12.

Bœarum agrum, τὴν τῶν Βοιῶν χώραν, in extrema Laconica, populatur Philippus. v. 19, 8.

Bœi, *sive* Boii, *si* Βοεῖ, oppidum Illyriæ ad Lychnidium lacum, captum a Philippo. v. 108, 8. *nisi* Βοβίων *pro vulgato* Βοιῶν *legendum, intelligendique cives oppidi, cui nomen* Bœbe, Βοβή.

Bœotarcha, Brachyllas. xviii. 26, 3.

Bœoti, Βοιωτοί.

socii Antigoni et Achæorum bello Cleomenico et Sociali. ii. 65, 4. iv. 9, 4. 15, 1 *seq.*

universæ Bœotorum gentis conventum (τὴν τῶν Παμβοιωτίων πανήγυριν) perfide violarunt Nicostratus Ætolus, Dorimachi pater, et Lattabus. iv. 3, 5. ix. 34, 11.

Bœoti, adversus Ætolorum, Romanorum et Attali societatem, opem implorant Philippi. x. 41, 3. *cf.* 42, 2. a T. Quintio impetrant, ut eis, qui contra Philippum militaverant, impune redire liceat; cui favori male respondentes, Brachyllam, Macedonibus faventem, Bœotarcham creant. xviii. 26.

Bœotorum, post Leuctrica tempora, minuta et perdita gloria. xx. 4 *seqq.* mox cum Achæis faciunt, mox rursus cum Ætolis; inde Macedonibus se tradiderunt; *cap.* 4 *seq.* inde ad convivia et crapulam conversi sunt. 4, 7. *et cap.* 6, 1 *qqq.* Ab eorum repub. Megarenses ad Achæos redierunt. 6, 7 *sqq.*

prætor Bœotorum Ameœocritus. xx. 4, 2.

Antiochum Thebis recipiunt Bœoti. xx. 7, 5.

novæ Bœotorum turbæ; exsules suos Romanis faventes recipere nolunt; Macedonibus favere pergunt; Achæis jus reddere recusant; inde Belli origo. xxiii. 2.

prætor Bœotorum Hippias, dein Alcetas. xxiii. 2, 3.

Commune Bœotorum dissolvitur, et Bœoti abstrahuntur a societate Persei. xxvii. 1.

mortuo Musippo, tranquillitas Bœotiæ redüit. xxxii. 21, 2.

Boii, Βοῖοι, Βοιοί, Βόϊοι. ii. 17, 7. 20, 1. *&c.*

Gallicus populus Cispadanus, inter Ananes *s.* Anamares et inter Lingones habitans. ii. 17, 7. 28, 4. conterminus ditioni Romanorum. ii. 21, 9. (*Cum his non confundendi* Bœi; *quos vide.*)

Boii, post Insubres, potentissimi (μέγιστοι) inter Galliæ Cisalpinæ populos. ii. 21, 1. *coll. c.* 17, 4. adversus Romanos profecti cum Etruscis, cæduntur ad Vadimonem lacum. ii. 20. suos reges Atin et Galatum occidunt, et mutuis cædibus in se ipsi grassantur. 21.

Boii et Insubres adv. Romanos incitant Gæsatas. 22 *seq.* In Boiorum ditionem, Romanorum in gratiam, impressionem facturi erant Veneti et Cenomani. ii. 24, 8. prælium committunt (*ad Telamonem*) cum L. Æmilio et C. Atilio Coss. ii. 28 *seqq.* braccati pugnant et levi sago induti. 28, 7. cominus fortissime pugnant, solo genere armorum victi. 30, 7. Romanis se tradunt. 31.

Boii et Insubres deficiunt a Romanis; Mutinam, Romanorum coloniam, obsident; Romanorum triumviros agris dividendis perfidi prehendunt; Romanam legionem cædunt, reliquos includunt. iii. 40. ad Boiorum fines accedit P. Scipio, Massilia rediens. 56, 6. Boii cum Hannibale amicitiam faciunt, eique Romanos triumviros vinctos tradunt, quos ille vero his custodiendos reddit. 67, 6 *sq.*

Bolax, Βῶλαξ, oppidum Triphyliæ. iv. 77, 9. in deditionem accipitur a Philippo. 80, 13.

Bolis, Cretensis, a Sosibio Sardes mittitur ad liberandum Achæum. viii. 17 *seq.* sed is Cretica perfidia Achæum Antiocho prodit. viii. 18 *sqq.*

Bomilcar, Βομίλκας, rex Carthaginis, pater Hannonis ejus qui in Hannibalis fuit exercitu. iii. 42, 6. *De eodem cf.* iii. 33, 3.

Bomilcar, Βομίλκας, classis præfectus Pœnorum, auxilio mittitur Tarentinis adv. Romanos. *Spicileg. Reliq. ex lib.* ix. *num.* 1.

Boodes, senator Carthag. ab Hannibale *seniore* in Liparam missus adv. Cn. Cornelium. i. 21, 6.

Bos, ἡ Βοῦς, locus in Asia, ad Bosporum Thracicum. iv. 43, *6 sq.* 44, 3.

Bos, *pecus*. Qui utrumque cornu tenet, bovis est compos; *proverbialis locutio.* vii. 11, 3. cornibus boum accensis, evadit Hannibal. iii. 93.

Bosporus, Cimmerius, ὁ Κιμμερικὸς Βόσπορος, os Paludis Mæotidis. iv. 39, 3. xxxiv. 7, 14.

Bosporus Thracicus, Βόσπορος Θρᾴκιος, iv. 39, 4. ejus descriptio. 43 *seq.* Bosporum ponte junxit Darius. 43, 2.

Bostar, ὁ Βόστως, τοῦ Βόστορος, dux Carthag. ab Hasdrubale ad Iberum fluv. missus adv. Romanos. iii. 98, 5. deceptus ab Abilyce Hispano, tradit ei obsides Hispanorum, qui Sagunti erant, Romanis prodendos 98 *seq.*

Bostarus, ὁ Βόστορος, dux Pœnorum in Africa adv. Atilium Regulum. i. 30, 1. auxiliorum præfectus in Sardinia, interficitur a rebellibus mercenariis. 79, 2.

Botrys, Βότρυς, Phœniciæ oppidum, captum ab Antiocho Magno. v. 68, 8. *De ejus situ conf.* Berytus.

Botrys, *Siculus*, scriptor obscœnus. xii. 13, 1.

Bottia, Βοττία, (*alias* Bottiæa, Βοττιαία) Macedoniæ regio. v. 97, 4.

Braccati Galli. ii. 28, 7.

Brachylles, Bœotus, *puto Thebanus*; filius (*ut videtur*) Neonis, nepos Ascondæ, Macedonibus faventium; victo Cleomene Spartæ præfectus est ab Antigono Dosone. xx. 5. comes Philippi in colloquio cum T. Quintio. xvii. 1, 2. victo a Romanis Philippo, cum aliis Bœotis, qui Philippo militaverant, a T. Quintio incolumis remittitur, et Bœotarcha a suis creatur. xviii. 26, 1—3.

permittente Quintio, occiditur a factione contraria, quæ cum Romanis faciebat. xviii. 26, 5 *sqq.* xx. 7, 3. xxiii. 2, 7.

Brasidas. *Fragm. hist.* 15.

Brennus. Pars Gallorum, qui cum Brenno patria excesserant, declinavit Delphicam cladem, et in Thracia sedes cepit. iv. 46, 1. Galli cum Brenno, victo Ptolemæo Cerauno, contemtis Macedonibus, in mediam Græciam irruerant. ix. 35, 3. eorum impetu soli Ætoli restiterant. ix. 30, 3.

Britania, ἡ Βρεττανική. Eam totam se peragrasse ait Pytheas, et multa mira de ea narravit. xxxiv. 5, 2 *et* 8. *c.* 10, 7.

de Britannicis insulis copiose se commodo loco dicturum promittit Polybius. iii. 57, 3. xxxiv. 1, 6.

de Britannia nemo mercatorum Massiliensium, nec Narbonensium, nec Corbilonensium, dicere quidquam inquirenti Scipioni potuerat. xxxiv. 10, 7.

Brochi, οἱ Βρόχοι, castellum in faucibus Cœlesyriæ. v. 46, 1. 61, 8. *Confer* Gerra.

Bruma. Circa brumæ tempus commissa est pugna ad Trebiam. iii. 72, 3.

Brundusium, Βρεντέσιον, *et* Βρεντήσιον, ἡ τῶν Βρεντεσινῶν πόλις. Brundusio Apolloniam cum exercitu adpellit Postumius. ii. 11, 7. priusquam conditum esset Brundusium, Tarentinus portus celeberrimus erat. x. 1, 9. Brundusium adpellit classis Rom. ex Asia rediens. xxii. 7, 16. Eumenes, ex Asia Romam petens, Brundusium adpellit. xxx. 17, 7.

vir Brundusinus Hannibali Clastidium prodidit. iii. 69, 1.

Bruta animantia, hominibus cautiora. xv. 21, 5 *sqq.* xvii. 15 *extr.* *Conf.* home.

Bruttia, ἡ Βρεττία; Bruttii, Βρέττιοι; in ora inferioris Italiæ. x. 1, 3.

per Dauniam et Bruttiam, Rhegium petit Hannibal. ix. 7, 10. res Bruttiæ Hannibali administravit Mago. ix. 25, 1. in Bruttiæ angulum conclusus est Hannibal. xi. 7, 1.

Bruttius ager, ἡ Βρεττιανὴ χώρα, ἡ Βρεττιανή. Eum populatur Amilcar Barca. i. 56, 3. eundem Agathyrnæis populandum dat M. Valerius Lævinus. ix. 27, 11. *coll. Liv.* xxxvi. 40.

Bruttiorum oppida, Badiza *et* Lampetia. xiii. 10, 1 *sq.*

Bubali pulcerrimi in Africa. xii. 3, 5.

Bubastus, ἡ Βουβαστὶς, urbs Ægypti; ejus præfectus Adæus. xv. 27, 6.

Bucaras, fluv. Africæ. *Sic ex Polyb. citavit Suidas; vide* Bacara, *et conf.* i. 75, 5.

Buccina signum datur vigiliarum. vi. 35, 12.

buccina convocantur greges in Italia. xii. 4, 6 *sqq.*

Buchetum, *vel* Buchetus; Βουχιτὸς *vel* Βουχιτὸν, oppidum Epiri: εἰς Βουχιτὸν, xxii. 9, 8. *ubi perperam vulgo* εἰς Βουλιτὸν, Buletum, *edebatur.* *Straboni* Βουχαίτιον.

Bumilcar. *vide* Bomilcar.

Bura, Βούρα, urbs Achæorum ex XII primis olim fœderatis. ii. 41, 8.

Burii, οἱ Βούριοι, instaurato dein fœderi mox accedunt, occiso tyranno. ii. 41, 18.

Bylazor, Βυλάζωρ, urbs maxima Paoniæ, occupatur a Philippo. v. 97, 1 *sqq.*

Byrsæus. *vide* Byzacium.

Byttacus, Macedo, levi armaturæ præfectus in exercitu Antiochi in Cœlesyria. v. 79, 3. 82, 10.

Byzacium, ἡ Βυρσάκις (*sive* Βυρσακῖτις) Africæ regio. iii. 23, 2. xii. 1, 5.

Byzantium, Βυζάντιον, ἡ τῶν Βυζαντίων πόλις. iv. 39, 5. 43, 7. 44, 1.

situs urbis a mari opportunissimus. iv. 38. *et* 44. incommodus a parte continentis, unde perpetuis bellis Byzantii premebantur a Thracibus et Gallis,

Tantaleum sæpe supplicium patientes. iv. 45 *seq.*

Byzantiis gratiam debent Græci, quibus carendum foret omni fructu commercii e Ponto, si Byzantii eos prohibere vellent transitu per Bosporum. iv. 38, 6 *et* 10. Gallis gravissima tributa pendunt, quare portoria a navigantibus in Pontum exigere coguntur. 46.

Bellum Byzantiis indicunt Rhodii. iv. 47. Byzantii auxilia petunt ab Attalo et Achæo, quorum mutuum inter se bellum dirimere iidem statuerunt. 48, 1. 49, 2. eis iratus est Prusias, quod ad Soteria ipsius legatos non misissent. 49, 3. Mysiæ partem tenent in Asia, quam eis eripit Prusias, et Hieron castellum, magno ære emtum. 50, 2 *sqq.* Tibœtem adv. Prusiam excitant. 50, 1 *et* 8 *sq.*

Pacem faciunt Byzantii cum Rhodiis et Prusia, qua nullum amplius vectigal a navigantibus in Pontum se exacturos promittunt. iv. 52, 5.

Byzantiis intercedentibus, Ptolemæus Philopator legationibus differt Antiochum Magnum. v. 63, 5. eisdem, contra Thraciæ regulos, auxilia promittit Philippus. xxiii. 14, 12.

C.

Cabyla, Καβύλη, urbs Thraciæ. xiii. 10, 9.

Gentile Cabilenus, Καβυληνός. *ibid.*

Cadi, Κάδοι, oppidum Asiæ, *in Phrygiæ, Mysiæ et Lydiæ confinibus.* xxxiii. 10, 8. Quadi *Casaub.*

Cadmea, Καδμεία. per dolum capta a Phœbida Lacedæmonio. iv. 27, 4.

Caduceus apud Græcos, olivæ ramus apud Gallos aliosque barbaros, pacis signum et amicitiæ. iii. 52, 3.

Hastam simul et caduceum mittere; *proverbium.* iv. 52, 3.

Cadusii, Καδούσιοι, Asiæ populus, a septentrione Mediæ. v. 44, 9. Cadusii in exercitu Antiochi. v. 79, 9.

L. Cæcilius *Metellus*, Cos. cum C. Furio, Thermam et Liparam capit. i. 39. ad Panormum cædit fugatque Asdrubalem. 40.

Lucius *Cæcilius Metellus, prætor*, cadit in pugna cum Gallis ad Arretium oppidum. ii. 19, 8.

Q. Cæcilius *Metellus*, legatus Roman. ad judicandas Philippi cum finitimis populis controversias. xxiii. 6, 6. 10, 1. 11, 1 *sqq.* objurgat Achæos ob ea quæ Spartæ egerant prætore Philopœmene. 10, 2 *sqq.* 12, 8. postulat concilium gentis Achæorum, quod ei negant magistratus, quod scriptum senatus mandatum non haberet. 10, 10 *sqq.* 12, 5 *sqq.* inique ab eo secum actum queritur Philippus. xxiv. 2, 7.

denuo legatus mittitur in Peloponnesum. xxiv. 4, 8.

Q. Cæcilius *Metellus*, prætor Macedoniæ, legatos mittit ad Achæos, sed conditiones ejus temere respuuntur. xxxviii. 4, 1 *sqq. cf.* 5, 9. rursus. xl. 4. Diæum cum exercitu opprimit in Phocide. xl. 6, 11. *et Spicileg. ex lib.* xl.

Calabri, Καλαβροί, in ora inferioris Italiæ. x. 1, 3.

Calamæ, *al* Καλάμαι, Messeniorum castellum, proditione captum a Lycurgo, tyranno Spartanorum. v. 91, 4.

Calamitatum recordatio incitat ad odium adversus earum auctores. ix. 10, 10.

Calamus, Κάλαμος, Cœlesyriæ. *s. Phœniciæ* oppidum, crematum ab Antiocho. v. 68, 8. *De ejus situ conf.* Berytus.

Calamus odoratus, ὁ μυρεψικὸς κάλαμος, colligitur e paludibus quæ sunt in Marsya Campo. v. 45, 10.

Calchedon, Καλχηδών, ἡ Καλχηδονίων πόλις. *Sic scripsi cum codd. nostris, pro vulgato* Chalcedon, Χαλκηδών. *Vide* iv. 39, 5. urbs ad ostium Bospori Thracici a parte Propontidis, ex adverso Byzantii. iv. 39. ejus situs multo incommodior, quam situs Byzantii. 43, 8 *sqq. et* 44.

Calchedonios, quum Ætolorum essent socii, Philippus, ipse licet Ætolis nuper reconciliatus, ab Ætolorum societate abstraxit, et sibi adjunxit. xv. 23, 8 *sq.*

Calculis in abacis similes sunt auliei. v. 26, 13.

Calela *vel* Calena, Καλήλη *sive* Καλήνη, arx in agro Larinate. iii. 101, 3.

Caleni, Καληνοί, *cives oppidi* Campaniæ, *cui Calas nomen*, a septentrione Capuæ. iii. 91, 5.

Calicœni, Καλίκαινοι, gens Illyrica, Macedoniæ vicinæ, cujus oppidum Bantiam præsidio occupavit Philippus. v. 108, 8.

Callias, Tespiensium legatus Romam. xvii. 1, 1.

Callias, pancratiastes, legatus Atheniensium in Ægyptum. xxviii. 16, 4.

Callicrates, Leontesius Achæus, humilis adulator Romanorum, Romam legatus in causa exsulum Spartanorum, Achæos prodit. xxvi. 1—3.

prætor creatur Achæorum, commen-

datus a Romanis, 3, 7 *et* 14. Ptolemæis auxilia petita non mittenda censet, invidia Lycortæ maxime ductus. xxix. 8—10. Romanis imperatoribus et X legatis gratulatur victoriam de Perseo relatam, et populares suos calumniatur. xxx. 10, 3 *et* 9. inde reversus, vulgo exosus omnibus. xxx. 20.

responso a senatu legatis Achæorum dato inflatur. xxxi. 3, 8 *et* 12. contendit, Achæis absque Romanorum voluntate nec bellum cuiquam inferre licere, nec opem ferre. xxxiii. 15, 7.

Callicritus, legatus Bœotorum Romam. xxiii. 2, 8.

Calligiton, Καλλιγίτων, pater Cothonis, hieromnemonis Byzantiorum. iv. 52, 4.

Callinicus; *vide* Seleucus.

Calliope, Καλλιόπη, urbs Parthorum. x. 31, 15.

Callipolis, Καλλίπολις, opp. Ætoliæ. xx. 11, 11.

Callisthenes, refert epigramma in columna ad aram Jovis Lycæi Messenæ in honorem Arcadum. iv. 33, 2 *sq.* rempubl. Cretensium similem esse contendit Laconicæ. vi. 45, 1.

Callisthenis imperitiam in narrandis rebus ad militiam pertinentibus, præcipue in exponenda pugna Alexandri et Darii in Cilicia, *perstringit Polybius.* xii. 17. Alexandrum Callisthenes in Deorum numerum noluit referre. xii. 23, 4 *sq.*

Callistratus, legatus Eleorum Chalcidem ad Antiochum. xx. 3, 1 *et* 5.

Callonitis. Καλλονῖτις. *Sic vulgo Græce editur* v. 54, 7. *pro* Χαλωνῖτις, *vel pro* Χαυωνῖτις, *quod voluit Wesseling.*

Calpitus *s.* Calpitum, Κάλπιτος *vel* Κάλπιννος, *si vera scriptura*, Galatiæ oppidum. xxv. 4, 8.

Calumniandi novum genus, non obtrectando, sed laudando. iv. 87, 3 *sqq.*

Calycadnus, ὁ Καλύκαδνος, promontorium Ciliciæ; ultra illud belli caussa navigare prohibetur Antiochus. xxii. 26, 14.

Calydonia, Calydoniorum ager, ἡ Καλυδωνία, in Ætolia; eum populatur Philippus, et oppidum capit cui nomen Elæus. iv. 65, 6 *sq.* eamdem Calydoniam populantur Achæi. v. 95, 11.

Calydonius Damocritus; *vide suo loco.*

Calynda, ἡ Κάλυνδα, urbs Cariæ; eam a Romanis sibi petunt Rhodii. xxxi. 16, 1 *sq.*

Calyndenses, Καλυνδεῖς, Rhodiis se tradunt. xxxi. 17.

Camarina, ἡ Καμάρινα πόλις, in Sicilia, expugnatur a Romanis. i. 24, 2. prope eam tempestate perit classis Romanorum. i. 37, 1.

Camartes. *vide* Camers.

Cambylus, præfectus Cretensium in exercitu Antiochi ad Sardes. viii. 17, 4 *sqq.* cum Bolide Cretensi decipit Achæum, et Antiocho prodit. viii. 18 *sqq.* utpote Cretensis, natura varius et astutus. 18, 4.

Camers *vel* Camars ager, Camartium *vel* Camertium fines, ἡ τῶν Καμερτίων χώρα. Ibi Galli et Samnites magna clade adficiunt Romanos, *ad Clusium oppidum in Etruria.* ii. 19, 5.

Κάμνων χώραν *mendosa scriptura codicis MSti* xxv. 4, 9. *pro* Μαμερτίνων χώραν.

Cammani, Καμμανοί, a Ti. Graccho sub imperium Rom. rediguntur. xxxi. 9, 1.

Campani, Καμπανοί. mercenarii Agathoclis, vi potiuntur Messana urbe Siciliæ. i. 7, 2 *sqq.* Mamertinos se ipsi adpellant. i. 8. *conf.* Mamertini.

Campanorum numerus ad militiam inscriptorum bello Gallico Cisalpino. ii. 24, 14.

Campanus Decius. *vide* Decius.

Campania, τὰ κατὰ τὴν Καμπάνην πεδία, ab Hannibale vastata. iii. 91 *sq.* ἡ Καμπανία. vii. 1, 1. *Conf.* Capua.

Campi Phlegræi; *vide* Phlegræi. Campi Magni; *vide* Magni. Campi circumpadani; *vide* Gallia Cisalpina.

Campos Amycæ. Apiæ campus. Campus Maryas, Campus Martius. Campus Pulcer. Thebes campus. *Vide* Amycæ, Apia, Maryas, Ἄρεως πεδίον, Pulcer, Thebe.

Camus, *s.* Camum, Καμοῦς sive Καμοῦν, (*alias* Καμὸν) oppidum Cælesyriæ *in Decapoli trans Jordanem*, captum ab Antiocho. v. 70, 12.

Candasa, Κάνδασα, castellum Cariæ. xvi. 41, 6. *Conf. c.* 11, 1.

Candavia, Κανδαυία, mons Illyrici, per quem ducta est via Ignatia. xxxiv. 12, 2.

Canes dicuntur galeotæ vel xiphiæ pisces. xxxiv. 2, 15.

canes et alia animantia sæpe conciduntur a Romanorum militum furore, in urbibus vi expugnatis. x. 15, 5.

Canis ortus, signum nautis infestum. i. 37, 4. sub canis ortum augetur Padus fluv. ii. 16, 9. *et* Euphrates. ix. 43, 4.

Canna, ἡ Κάννα, τῆς Κάννης, τὴν Κάννην, oppidum Apuliæ. iii. 107, 2. *Romanis in plur. num.* Cannæ, *et sic in plur. Κάννας apud Polyb.* xv. 7, 3. 11, 2.

oppido superiori anno diruto, arcem Cannæ, ubi horreum erat Romanorum, motis Gerunio castris, cepit Hannibal. iii. 107, 2.

Pugna Cannensis, ἡ περὶ Κάννας μάχη, iii. 117, 1. v. 105, 10. ad oppidum Cannam et Aufidum fluvium pugnata. iv. 1, 2. ejus descriptio. iii. 115—117. post eam maxima Italiæ pars ad Pœnos defecit. v. 111, 8. xv. 7, 8. *coll.* iii. 118. post eamdem captivos redimere nolunt Romani. vi. 58, 2.

Canopus, Κάνωβος, urbs Ægypti. v. 89, 1.

Canuleius, senator Romanus, qui legationem in Ægyptum obierat. xxxi. 18, 4.

Canusium, Κανύσιον, oppidum Apuliæ. iii. 107, 8.

Cap blanc, Argennum promontorium. xvi. 7, 2.

Caphyæ, αἱ Καφύαι, oppidum Arcadiæ, a Cleomene occupatur. ii. 52, 2. in agro Caphyensium, τῶν Καφυέων, cum Ætolis pugnant Achæi, duce Arato, fugantur-que. iv. 11 *seqq.* Caphyas venit Philippus. iv. 68, 6. 70, 1. indeque Psophidem. iv. 70, 3—5.

Capillamenta Hannibalis. iii. 78, 2 *sqq.*

Capilli præparati 300 talenta Sinopensibus mittuntur a Rhodiis. iv. 56, 3.

Capita allioram. xii. 6, 4 *sq.*

Capitis reis Romanis potestas est in exsilium spontaneum secedendi. vi. 14, 7.

Capitolium, Καπιτώλιον, Καπιτόλιον. Capitolio excepto, Roma capta a Gallis. i. 6, 2. ii. 18, 2. Capitolium ornatur signis militaribus et maniacis Gallorum. ii. 31, 5. in Capitolio instituitur quotannis delectus militum. vi. 19, 6.

Capitolinus Jupiter, Ζεὺς Καπιτώλιος *vel* Καπιτώλιος. iii. 22, 1.

Cappadociam invadit Pharnaces. xxv. 4. rex Cappadocum Ariarathes, τῶν Καππαδόκων, (a sing. ὁ Καππαδόκης, Cappadox, xxxi. 13, 2.) xxv. 4, 9.

Cappadocia, a Tauro monte et Lycaonia usque ad Ponticum mare porrecta. *Fragm. histor.* 10. Nomen est Persicum, *de cujus* vi et origine *vide idem Fragm. hist.* 10. de finibus Cappadociæ ad Taurum montem, *conf.* xxxiv. 18, 4.

Cappadocia ad Pontum, Καππαδοκία ἡ πρὸς τῷ Εὔξεινος, *Sic vocatur* regnum Mithridatis. v. 43, 1 *sq.*

Captivi. Captivorum spectaculo milites suos hortatur Hannibal. iii. 62 *seq.* captivos Gallos sine pretio dimittit Hannibal; iii. 77. pariter captivos Italos, socios Romanorum. iii. 85, 3 *sq.* captivos ex pugna Cannensi (iii. 117, 7 *sqq.*) redimere nolunt Romani. vi. 58. captivos Hispanos fideliter curat Scipio; x. 17. et sine pretio dimittit. x. 41, 10.

Capua, Καπύη. Campos circa Capuam olim possederant Etrusci. ii. 17, 1. eosdem campos petit Hannibal. iii. 90, 10. eorum situs et opulentia. 91.

Capuanorum *s.* Campanorum pars (Καπυωνῶν τινες) Hannibalem advocarunt post pugnam Cannensem. iii. 118, 3. *Rursus* Καπυωνοί, Capuani ix. 9, 8. *sed* Καπυηνοί ix. 5, 6.

Capuani in Campania (Καπυήνοι οἱ ἐν Καμπανίᾳ) luxu superantes Crotoniatas et Sybaritas, a Romanis ad Hannibalem defecerunt. vii. 1, 1 *sq.* *Adde Spicileg. relig. ex lib.* vii.

Capuam obsidet Appius, obsessus ipse ab Hannibale. ix. 8. Appium Hannibal, Romam petens, frustra studet a Capua abstrahere. ix. 4, 8. 7, 7. Capuæ oppugnationem premunt Romani. ix. 5, 8.

vinum arbustivum Capuæ. xxxiv. 11, 1.

Carchi, Κάρχυ. (an Carduchi? Καρδοῦχοι?) Asiæ populus, Zagrum montem incolens. v. 44, 7.

Cardaces, Κάρδακες, *militum mercenariorum genus in Asia.* mille Cardaces, duce Lysimacho Gallo, in Antiochi acie ad Raphiam. v. 79, 11. 82, 11.

Caria, Cares. ἡ Καρία, οἱ Κᾶρες.

Cariam, cum regibus Ægypti pareret, invadit Philippus. iii. 2, 8. (*conf.* xvii. 2, 3.) xvi. 11 *seq.* et ibi hiemat. xvi. 24.

Lycia et Caria usque ad Mæandrum Rhodiis dantur a Romanis post bellum Antiochicum. xxii. 7, 7. 27, 6. xxiii. 3, 7. non pro munere, sed ut amici et socii. xxvi. 7. liberi pronunciantur Lycii et Cares. xxx. 5, 12 *et* 16. *Conf.* xxxi. 7, 4.

Carico bello magnam olim cladem passi erant Issenses. xvi. 12, 2.

in Care faciendum periculum; *proverb.* ἐν Καρὶ τὴν πεῖραν. x. 32, 1. *Sic* Carum militum per contemtum *meminit Cleomenes* v. 36, 5.

genere Car fuit Hermeas, princeps minister Antiochi. v. 41, 2.

Carmania, ἡ Καρμανία, Asiæ superioris regio.

ex Arachosia, per Drangianam, in Carmaniam rediit Antiochus, ubi hiemavit. xi. 34, 13.

Carmani, Καρμανοί et Καρμάνιοι, in exercitu Antiochi. v. 79, 3 *et* 7. 82, 12.

Carneades Philosophus Romæ. *Spicileg. ex lib.* xxiii.
Carnium, Κάρνον, locus Laconiæ, Apollini sacer. v. 19, 4.
Carpetani, Καρπήσιοι, populus validissimus Hispaniæ; pæne opprimunt Hannibalem, mox ab eo ipsi oppressi. iii. 14. *conf. ve.* 1. Καρπησσοί. x. 7, 5.
per eorum fines transit Tagus fluv. iii. 14, 5. urbem in Carpetanis obsidet Asdrubal. x. 7, 5.
Carsenses, Καρσῆς, *forsan* Καρσεῦς, *a Carseo, Troadis oppido.* Eos terrens, ad obsequium redigit Attalus. v. 77, 7 *seq.*
Carsignatus, regulus Galatiæ in Asia, qui cum Pharnace fecerat, frustra legatos de pace mittit ad Eumenem et Attalum. xxv. 4, 6 *seq.*
Carthæa, Καρθαία, una e quatuor urbibus Cei insulæ. xvi. 41, 7.
Carthago, Καρχηδών. Carthaginienses, Pœni Καρχηδόνιοι.
situs urbis, inter Uticam et Tunes. i. 73. ad Bacaram fluvium. 75.
Carthaginiensium ditionem in Sicilia carpunt Mamertini. i. 8, 1. ab Carthag. auxilium adversus Syracusanos petit pars Mamertinorum. i. 10. inde prima certamina Pœnorum cum Romanis, ab altera parte advocatis, *ibid. et seqq.* postquam olim fœdera Romanis ac Pœnis intercessissent. iii. 22 *seqq.*
ante primum bellum Punicum Pœni jam, præter Siciliæ partem, plurimas etiam partes Hispaniæ et insulas omnes Sardoi et Etrusci maris in potestate habuerant. i. 10, 5.
Pœni ducem suum, arce Messanæ excedentem, cruci adfigunt. i. 11, 4 *seq.* Messanam obsidentes, in fugam vertuntur ab Appio. i. 12.
Belli *Punici primi* initium. i. 16. *Conf.* Sicilia. Siciliæ plurimæ urbes deficiunt a Pœnis ad Romanos. i. 16, 3. capto Agrigento, Pœnos penitus Sicilia ejici posse sperant Romani. i. 19, 2. Pœni maris tenent imperium. 20, 5. 39, 10. re nautica præstant. vi. 52, 1. naves Romanor. cum duce Cn. Cornelio ad Liparas capiunt. i. 21. navali prælio a Duilio vincuntur. 23. classe 350 navium tectarum, ultra 150 millia hominum tenente, in altum evehunt; i. 25, 9. 26, 8. et tamen vincuntur a Romanis navali pugna ad Ecnomum. 27 *seq.* in Africa rursus vincuntur fugaturque a Regulo. 30. non sua, sed ducum culpa. 32, 2. post varia belli facta, *quæ copp. seqq. exponuntur*, Pœni Romanis Sicilia cedunt. i. 62. bello Siculo prorsus attriti. 71, 8.
Pœni bellum habent cum mercenariis suis et subditis rebellibus; Bellum Africum. i. 65 *seqq.* 70 *seqq.* duris tributis premebant subditos. 72. Sardinia cedunt Romanis. i. 88. iii. 10, 3.
Carthaginensium antiqua Fœdera cum Romanis. iii. 22 *seqq.*
de *Secundo Punico* bello, *vide* Hannibal, et Hannibalicum bellum. In eo bello equitatu maxime valent Pœni. iii. 110, 2. 117, 4. ix. 3, 9.
rex Carthaginis, Bomilcar. iii. 41, 6. 33, 3. vi. 51, 2.
longitudo ditionis Carthaginiensium in Africa. iii. 39, 1 *sq.*
Carthaginienses, victa a Cn. Scipione ad Iberi ostia et magnam partem perdita Punica classe, aliam submiserunt; quæ, cum obiter Pisas adpellere et cum Hannibale communicare vellet, a Cn. Servilio repulsa est, et Africam repetere coacta. iii. 96.
sive Romani bello vicissent, sive Pœni, in Græciam arma translaturi erant victores. v. 104, 3.
Respublica Carthaginiensium, collata cum rep. Romana. vi. 51 *seq.* tempore secundi belli Punici jam consenescebat Carthago, Roma cum maxime vigebat. vi. 51, 5.
cum Pœnis Hieronymus fœdus facit de dividenda Sicilia. vii. 4. Pœnorum fœdus cum Philippo. vii. 9. Carthaginiensium numen. *ibid. ve.* 2.
Seniorum collegium, γερουσία, γερόντων; senatus, σύγκλητος. vi. 51, 2. x. 18, 1.
Eperatus, Pharæensis, prætor Achæorum creatur, Apellis opera, invito Arato. iv. 82, 8. magistratum init. v. 1, 2. a Philippo opem ferre jubetur Messenis. v. 5, 11. contemnitur a militibus. 30, 1. socordia ejus et imbecillitas, multorum causa est malorum. 30, 5 *sq.* 91, 4. magistratu abit. 30, 7.

Epetium, Ἐπέτιον, opp. Illyricum, ditionis Issiorum. xxxii. 18, 1 *sq.*

Ephesus, Ἔφεσος. Ephesi magnum numerum militum alebant reges Ægypti. v. 35, 11. ibi habitat Melancomas. viii. 17, 9.

Ephesi inhiat Antiochus Magnus. xviii. 32, 1. eamque tenet. xx. 11, 2. *coll. c.* 16, 16. xxi. 9, 10. Ephesus Eumeni datur a Romanis. xxii. 27, 10.

Ephesi Heraclides pro Alexandro *Bala*, Antiochi Epiphanis filio, bellum parat adv. Demetrium *Soterem*. xxxiii. 16, 15.

Ephorus, historiæ universalis scriptor; v. 33, 2. de origine urbium, et de cognitione migrationeque gentium optime exposuit. xxxiv. 1, 3. *cf.* ix. 1, 4.

Musicam ad fraudem hominum sit inventam. iv. 20, 5. laudat remp. Cretensium, et cum Spartanorum republ. confert, dissentientem Polybio. vi. 45 *seq.*

Ephori errores ex prodosse notaverat

Polybius libro xii. *sed ea pars intercidit. Vide* xii. 22, 7. *et conf.* xii. 17. Eumdem contra Timæi reprehensiones defendit Polyb. xii. 23, 1 *et* 3.

Ephori dictum: optimam Historiam eam fore, cujus scriptor ipse rebus gestis interfuerit. xii. 27, 7.

Ephorus Messeniorum, Sciron *vel* Scyron. iv. 4, 3. Eorumdem ephori, Œnis et Nicippus. iv. 31, 2.

Ephori Spartanorum dissident inter se de societate sive cum Philippo et Achæis, sive cum Ætolis facienda. iv. 22 *seq.* Adimantus ephorus occiditur a factione Ætolica. 22, 11. novi ephori, Philippo faventes, trucidantur dum sacra faciunt. 34 *seq.* Chilo trucidat ephoros, qui Lycurgum regem creaverant. 81.

ephoros Spartanorum omnes, simul cum regibus, in historia sua adnotaverat Timæus. xii. 12, 1.

ephororum curia, τὸ τῶν ἐφόρων ἀρχεῖον. iv. 35, 9.

Epichares, præfectus navis Rhodiæ. xxx. 9, 9.

Epicharmi dictum: Sobrius esto &c. xviii. 23, 4. xxxi. 21, 14.

Epicydes, origine Syracusius, Carthagine lares habens, cum fratre Hippocrate ab Hannibale mittitur ad Hieronymum, Syracusarum regem. vii. 2, 3 *sq.*

Epidamnus. xxxiv. 12, 6. *Vide* Dyrrhachium.

Epidaurus, oppidum Argolicum, a Cleomene occupatum. ii. 5, 2. *Adde* xxx. 15, 1.

Epi-erctes, ὁ ἐπὶ τῆς Εἰρκτῆς λεγόμενος τόπος. i. 56, 3.

Epigenes copias reduxit, quas Seleucus, Antiochi M. frater, in Asiam cis Taurum duxerat; eum, suadentem Antiocho ut expeditionem adv. Molonem ipse susciperet, calumniatur Hermeas. v. 41 *seq. et* 49. dolo Hermeæ amandatur Epigenes ab exercitu, denique ficto crimine occiditur. 50 *et* 51, 5.

Epigramma in honorem Arcadum, in columna ad aram Jovis Lycæi Messenæ. iv. 32, 2 *sq.*

epigramma Sami poëtæ. v. 9, 5.

Epipolæ, αἱ Ἐπιπολαί, pars urbis Syracusarum, capta a Romanis. viii. 37, 2. *et Spicileg. ex lib.* viii. *num.* 5.

Epirus, Epirotæ. Ἤπειρος, Ἠπειρῶται. Epirum ab Acarnania separat sinus Ambracicus. iv. 63, 6.

Epiri urbs Phœnice ab Illyriis proditione capta. ii. 5. Epirotæ, auxilio venientes cæduntur fuganturque ab Illyriis. *ibid.* ab Ætolis et Achæis opem petunt Epirotæ, et quamquam illi cum auxiliis advenerunt, tamen pacem et fœdus faciunt cum eisdem Illyriis. 6.

cum Epiri rege Alexandro, Acarnanum oppida partiti erant Ætoli. ii. 45, 1. ix. 34, 7.

Epirotæ arma sociant cum Antigono et Achæis adv. Cleomenem. ii. 65, 4. iv. 9, 4. Epiri oram populantur Ætoli. iv. 6, 2.

Epirotæ ab Achæis invitantur ad Bellum Sociale adv. Ætolos. iv. 15, 1 *sq.* initio inconstanter et parum ingenue se gerunt. 16, 1. 30, 6 *sq.* dein copias suas Philippo jungentes, persuadent ei, ut Ambraciam obsideat. 61.

Epirum devastant Ætoli, et Dodonæum templum cremant. iv. 67.

Epirotæ classem jungere cum Philippo ad Cephalleniam jubentur. v. 3, 3.

adversus Ætolos, Romanos et Illyrios opem Philippi implorant. x. 41, 4.

cum Epirotis legati Romani Phœnicæ agunt de bello Philippo inferendo. xvi. 27, 4. ex Epiri faucibus propere recipere se cogitur Philippus, et earum potitur T. Quintius. xvii. 3, 9. xviii. 6, 4. xxvii. 13, 2.

Epirotæ per legatos Chalcide agunt cum Antiocho. xxi. 3. cum M. Fulvio cos. consultant de bello Ætolico. xxii. 9, 1 *sqq. et vs.* 19. legatos Romam mittunt contra Philippum. xxiv. 1, 10.

A. Hostilius Cos. per Epirum in Thessaliam adv. Perseum profecturus, parum abest quin hostibus proderetur. xxvii. 14. in Epiro post Bellum Persicum, civilium cædium omnia plena. xxx. 14, 7 *sqq.* xxxii. 21 *seq.* Epirotarum urbes 70 evertit L. Æmilius Paullus. xxx. 15, 5. Legatio Epirotarum Romam missa. xxxii. 24.

Epirota, Charops; *item* Cephalus; *quos vide suo loco.*

Epiri populus, Molossi; *quos vide.*

Epistola Scipionis Afric. maj. ad Philippum. x. 9, 3. ejusdem ad Prusiam. xxi. 9.

epistola Scipionis Nasicæ ad aliquem ex regibus. xxix. 6, 4.

Epistratus, Acarnan, dux equitum et levis armaturæ Achæorum in pugna ad Caphyas. iv. 11, 6.

Epitalium, Ἐπιτάλιον, opp. Triphyliæ, in deditionem accipitur a Philippo. iv. 80, 13

Epium. Vide Æpium.

Eposognatus, regulus Gallogræcorum, amicus Romanorum, officia sua illis apud alios etiam reges pollicetur. xxii. 20, 1 *sqq. et vs.* 8 *sqq.*

Equi Hannibalis, e puppibus nantes trahuntur per Rhodanum. iii. 43, 4. amissi in Alpibus, sponte redeunt in castra. 53, 3. in Etruriæ paludibus plurimi pereunt, aliis ungulæ excidunt. 79, 7 *sqq.* equos Alexandriam advehit Nicagoras Messenius. v. 37, 7.

equorum armenta regum Syriæ, commissa sunt Medorum curæ. v. 44, 1. x. 27, 1 *sq.* *Conf.* Equites.

Equiso Nabidis. xiii. 8, 3.

Equites Nisæi; *vide* Nisæi.

Equites Romani decem annua stipendia facere tenentur. vi. 19, 2. Equitum numerus in legione; *vide* Legio. equitum turmæ, *ἴλαι*; earum præfecti, *ἰλάρχαι*, decuriones. vi. 25, 1 *sq.* arma, olim parum commoda, dein ad morem Græcorum in melius mutata. 25, 3 *sqq.*

equites Romani, agiles ad desiliendum de equis, et rursus insidendum. vi. 25, 4. xi. 21, 4.

Celtiberi equites, ubi opus est, pedibus pugnant, equis immotis stantibus. *Fragm. hist.* 13.

in equitatu præcipuum robur fuit Hannibalis. ix. 3, 9 *sqq.* *cf.* iii. 110, 2. 117, 4.

equitum variæ conversiones et decursiones. x. 21. equitum acies qua altitudine locetur ad pugnam, et quot equites capiat stadium. xii. 18, 3 *sqq.*

Eratosthenes, novissimus ante Polybium geographica tractavit, et superiores scriptores reprehendit, ipse tamen Pytheæ fabulis adhibens fidem. xxxiv. 5. *De eodem conf. c.* 4, 4. 13, 1.

Erbessus, *Ἐρβησσός, ἡ τῶν Ἐρβησσίων πόλις*, oppidum Siciliæ prope Agrigentum. i. 18, 5. captum ab Hannone Pœno. *ibid. vs.* 9.

Ercobriga, mendose olim scriptura pro Nercobriga *vel* Nertobriga, urbe Lusitanorum.

Ercte, *vel* Epi-Erctes, *ἡ ἐπὶ τῆς Ἐιρκτῆς λεγόμενος τόπος*, (*quasi* supra carcerem, *interprete Casaub.*) locus ad mare inter Erycem montem et Panormum, occupatus ab Amilcare Pœno. i. 56, 3. descriptio ejus loci. *ibid. vs.* 3 *sqq.*

Eretria, *ἡ Ἐρέτρια, ἡ τῶν Ἐρετριέων πόλις*, urbs Euboeæ insulæ.

eam Romanis tradi post bellum Philippicum queruntur Ætoli. xviii. 28, 5. sed ei senatus Rom. libertatem tribuit. 30, 10 *sq.*

Eretria Phthiotidis in Thessalia, *ἡ Ἐρέτρια τῆς Φθιώτιδος*, xviii. 3, 5.

Eribanus. Via ab Eribano (*ἀπὸ τοῦ Ἐριβανοῦ, si modo vera lectio*) Capuam. iii. 91, 9.

Eribianus mons, *ὁ Ἐριβιανὸς παλαίσματος λόφος*, per cujus angustias Hannibal ex Samnio in Campaniam transiit. iii. 92, 1.

Eridanus, *Ἠριδανός*, poëticum nomen Padi fluvii. ii. 16, 6.

Erycinæ Veneris templum, in summo monte Eryce, occupatum a Romanis. i. 55, 6. 58, 2. spoliatum a Gallis, Pœnorum mercenariis, qui ad Romanos transierant. ii. 7, 9. *Conf.* Eryx.

Erymanthus, *Ἐρύμανθος*, fluvius et mons Arcadiæ. iv. 70, 8 *sq.* 71, 4.

Erymanthus, Asiæ fluvius, inter Arachosiam et Drangianam. xi. 34, 13.

Erythræ, *al Ἐρυθραί*, urbs maritima Ioniæ, in quam ex prælio navali ad Chium evasit Attalus. xvi. 6, 5 *et* 8.

Erythræi, *οἱ Ἐρυθραῖοι*, pro fide Romanis bello Antiochico præstita, agro donantur. xxii. 27, 6.

Erythræum *s.* Rubrum mare, *ἡ Ἐρυθρὰ θάλαττα, sinus Persicus.* ix. 43, 2. *conf.* v. 46, 7.

provincia vel præfectura regni olim Persici, dein Syriaci, ad Persicum sinum a parte Arabiæ. v. 46, 7. *Paulo pleniori dictione, ἡ περὶ τὴν Ἐρυθρὰν θάλατταν, scil. χώρα.* v. 48, 13. *et οἱ κατὰ τὴν Ἐρυθρὰν θάλατταν τόποι.* v. 54, 12.

item, pars Arabiæ Felicis ad Persicum sinum sita. xiii. 9, 1 *et* 5.

Eryx mons, *ὁ Ἔρυξ*, in eo Siciliæ latere, quod Italiam spectat, inter Drepana et Panormum, maximus post Ætnam. i. 55, 7. ejus verticem et radices præsidio occupant Romani. 58, 2.

Conf. Erycinæ Veneris templum.

Eryx oppidum, (*ἡ*) *Ἔρυξ*. ii. 7, 8. *ἡ πόλις τῶν Ἐρυκινῶν*, i. 58, 2. in medio monte Eryce; a Romanis primum, dein a Pœnis occupatum. i. 55, 6. *et* 58, 2. iude a Romanis obsessum. i. 58 *sqq.* *et* ii. 7, 8. oppidum Romanis prodere moliti sunt Galli, Pœnorum mercenarii. ii. 7, 8 *sq.*

Ἑστία, vide Vesta.

Ἑστίαι. τὰ περὶ τὰς Ἑστίας ἄκρα. iv. 43, 5. *Vide* Hestiæ.

Etennenses, *Ἐτεννῆς*, montana Pisidiæ supra Sidam incolentes. v. 73, 3.

Etesii venti, a septentrione flantes; eis e Ponto Euxino versus Hellespontum feruntur naves; oppositus his auster. iv. 44, 6. *coll. vs.* 10. eorum vis inter Cephalleniam et Messeniam. v. 5, 3 *et* 6.

Etruria, *ἡ Τυῤῥηνία. Confer mox* Etrusci.

Etruriæ situs et fines. ii. 16, 2 *sq.*

in Etruria geritur bellum Gallicum Cisalpinum. ii. 23 *seqq.*

in Etruriam P. Scipio ex Gallia navibus redit, ut inde Hannibali ad Alpes occurrat. iii. 49, 4. 56, 6. in eam commeatus conferunt Romani ad bellum adv. Hannibalem. iii. 75, 6. eam per paludes petit Hannibal. 78 *seqq.* cladem in ea patiuntur Romani; iii. 108, 9. v. 101, 3 *et* 7. 105, 3. nempe ad Trasimenum lacum. iii. 84.

Etruriæ longitudo. xxxiv. 11, 3.

Etrusci, *οἱ Τυῤῥηνοί. Conf.* Etruria.

Etruscorum sedes. ii. 16, 1. olim coloniis tenuerant campos circa Padum, (e quibus dein a Gallis ejecti sunt) simulque Campaniæ campos. ii. 17, 1 *sqq.* cum Gallis Transalpinis et Cisalpinis in ditionem Romanam irrumpunt. ii. 19. cæduntur a Romanis ad Vadimonem lacum, subiguntque. i. 6, 4. ii. 20. socii Romanorum bello cum Gallis Cisalpinis. ii. 24, 5.

Etruscum mare, Tuscum, Tyrrhenum, *τὸ Τυῤῥηνικὸν πέλαγος.* i. 10, 5. ab occasu Italiæ. ii. 14, 4. 16, 1. xxxiv. 6, 6.

Eua, *ἡ Εὖα*, collis prope Sellasiam in Laconica, ubi committitur pugna Antigoni cum Cleomene. ii. 65, 8 *sq.* 66, 5.

in eo sacra facit Philippus rex. v. 24, 9.

Euagoras, Ægiensis, accusatur a Critolao ut qui secreta Achæorum prodat Romanis. xxxviii. 5, 4.

Euanoridas, nobilis Eleus, bello captus a Lyco, prætore Achæorum. v. 94, 6.

Eubœa insula, *ἡ Εὔβοια.*

per Eubœam Antigonus cum exercitu e Thessalia ad Isthmum proficiscitur, Thermopylis interceptis ab Ætolis. ii. 52, 7 *sq.*

Eubœam incolentes opem Philippi implorant adv. Ætolos eorumque socios, Attalum et Romanos. x. 41, 3. *conf.* 42, 2 *et* 7.

totam Eubœam præsidiis tenet Philippus. xvii. 11, 6.

Conf. Chalcis, *et* Eretria.

Eubœa, puella Antiocho Chalcidi nupta. xx. 8, 4.

Euboicum talentum, *Εὐβοϊκὸν τάλαντον.* i. 62, 9. xv. 18, 7. xxi. 14, 4. *conf.* Talentum.

Eubulides, Chalcidensis; eum Romanis tradere jubetur Antiochus. xxi. 14, 7. xxii. 26, 11.

Eucampidas, Arcas, immerito proditor dictus est a Demosthene. xvii, 14, 2. *et vv.* 12.

Euclidas, *Εὐκλείδας*, frater Cleomenis, præest parti copiarum in pugna ad Sellasiam. ii. 65, 9. 67, 3. imperite rem gerit. 68.

Eudamidas, rex Spartæ, pater Agesilai, avus Hippomedontis. iv. 35, 13.

Eudamidas, pater Archidami, regis Spartæ, gener Hippomedontis. *ibid.*

Eudemus *vel* Eudamus, classis præfectus Rhodiorum cum Pamphilida. xxi. 8, 5. *Conf. c.* 5, 5.

Eudemus, Milesiorum legatus in Ægyptum. xxviii. 16, 15. 17, 3.

Eudoxus de rebus Græciæ bene scripsit. xxxiv. 1, 3.

Euemerus *vel* Euhemerus, Messenius, scriptor historiarum. xxxiv. 5, 9. eum Bergæum adpellat Eratosthenes, i. e. fabulatorem. *ibid. vv.* 10. *Eodem referendus locus* xxxiii. 12, 10.

Euergetes Physcon. xxxiv. 14, 6. *Vide* Ptolemæus.

Eulæus, spado in aula Ægyptiaca, caussa belli Antiochi Epiphanis cum Ptolemæis fratribus. xxviii. 17, 15.

Eumenes, Attali filius, rex Pergami. (*conf.* Attalus.)

Eumenis bella cum Prusia, et Gallogræcis, et, socio Ariarathe, adv. Pharnacem. iii. 3, 6.

Post bellum Philippicum, Oreum et Eretriam Eumeni dare voluerunt decem legati Romani; sed prohibet T. Quintius. xviii. 30, 10 *sq.*

Eumeni auxilia mittunt Achæi, bello Antiochico. xxi. 7, 1 *sq.* per legatos domum insigne offert Achæis, quod respuunt illi. xxiii. 7 *seq. conf. c.* 4, 5 *sq.* honores ejus ab Achæis sublati restituuntur, regante Attalo; xxvii. 15. xxviii. 7. *et* 10, 7. qui singulari amore fratrem complectebatur. xxvii. 15, 4.

Ab Antiocho Pergami aliquantisper includitur Eumenes. xxi. 8, 1. xxii. 3, 10. L. Æmilio suadet, ut non audiat Antiochum de pace agentem ante Scipionum adventum. xxi. 8, 4 *sqq.* fœdere Romanorum cum Antiocho comprehenditur. xxi. 14, 6. xxii. 26, 7 *et vv.* 20 *sq.* Romam proficiscitur cum legatis Romanis, qui a senatu peterent confirmationem Pacis cum Antiocho. xxi. 14, 12. honorifice excipitur. xxii. 1. ejus oratio ad senatum, qua sua et patris in Romanos merita prædicat. xxii. 2—5. cum decem legatis Romanis Ephesum redit, et inde Apameam ad Cn. Manlium venit. xxii. 25, 6 *sqq.*

Eumeni a Romanis dantur omnes cis Taurum populi, qui Antiocho paruerant, excepta Lycia et Caria; Græcæ civitates, quæ Attalo tributum pependerant, eidem idem tributum pendere

jubentur. xxii. 7, 7. tum eidem datur Chersonesus, Lysimachia, et alia Thraciæ loca. xxii. 27, 3 *sq. et vs.* 9 *sqq.* matrimonium filiæ Antiochi sibi oblatum respuerat. xxii. 3, 9.

de Thraciæ urbibus contendit cum Philippo. xxiii. 4, 4. 6, 1. 11, 2. fratrem Athenæum legatum Romam mittit. xxiv. 1, 4. 3, 1 *sqq.*

Bellum cum Prusia gesserat; xxiii. 18, 8. *cf.* iii. 3, 6. ad quod auxilia Prusiæ miserat Philippus. xxiv. 1, 4. 3, 1.

Bellum cum Pharnace gerit, et ea caussa legatos Romam mittit, in his Attalum fratrem. iii. 3, 6. xxiv. 10, 1 *sqq.* xxv. 2, 6 *sqq.* 4, 4. induciis factis cum Pharnace, omnes fratres suos Romam legatos mittunt. xxv. 6. Pax et formula fœderis, quo ab una parte nominantur Eumenes, Prusias et Ariarathes; ab altera Pharnaces et Mithridates. xxvi. 6.

invitatus a Rhodiis ad bellum adv. Lycios, adcurrit. xxv. 5, 13. sed offendit Rhodios et suspectum se eis reddit. xxvii. 6, 5 *sq.*

Cydoniatis Cretensibus ex fœdere præsidium mittit adv. Gortynios. xxviii. 13.

insidiarum Eumeni factarum crimen Romæ apud senatum per legatos defendit Perseus. xxvii. 7, 2. ad eumdem Eumenem legatos mittit Perseus de bello adversus Romanos. xxix. 3, 8.

ab Eumene alienati Romani, quod oblique in bello Persico se gesserat, Attalum, Romam a fratre legatum, incitare student, ut pro se contra fratrem apud senatum loquatur. xxx. 1. Eumenis caussa senatus consulto prohibent Romani, ne Reges ulli ad se Romam venirent. xxx. 17.

Eumenis regnum a Gallis invaditur. xxx. 1, 1 *et* 3. 2, 8. 3, 2. 17, 11 *sq.* ab ejus imperio Gallogræcos liberant Romani. xxxi. 2. *et cap.* 6, 2 *et* 6. accusatus a Prusia et Gallis, Attalum et Athenæum fratres Romam ad se purgandum mittit. xxxi. 6 *et* 9.

Ad accusandum Eumenem omnes, qui vellent, Sardes invitat Sulpicius Gallus, legatus Rom. xxxi. 10. rursus Attalum Romam mittit Eumenes. xxxii. 3 *et* 5, 5 *sqq.*

mors Eumenis et elogium. xxxii. 23. ei succedit frater Attalus; *ibid. vs.* 8. regnum administrans pro Attalo puero, Eumenis filio. xxx. 2, 6. xxxiii. 16, 1 *sqq.*

tres habuit fratres caros, et regni salutisque suæ custodes. xxxii. 23, 6. xxii. 1, 6. 5, 7. 27, 9. *Conf.* xxiii. 18, 1. pius fuit in matrem. xxiii. 18.

Eumenes et Philetærus suo favore aluerant vitia Pythæ Thebani. xl. 1, 2.

Eumenes, legatus Ptolemæorum fratrum ad Achæos. xxix. 8, 5.

Evocati, in exercitu Romano, qui ultro in gratiam consulis militant. vi. 31, 2 *sq.*

Evocati Romam Achæi; vide Achæi.

Euphanes, Cretensis, dux militum auxiliarium ab Antiocho Eleis missorum. xx. 3, 7.

Euphrates fluv. *ὁ Εὐφράτης.* v. 51, 1. *&c.*

ejus origo, cursus, natura, et alvei in quos scissus est. ix. 43. inter Euphratem et Tigrim est Pulcher qui vocatur Campus. viii. 25, 1.

Eupolemus, præfectus equitum Ætolorum in exercitu T. Quintii. xviii. 2, 9 *sqq.* 4, 5.

Eupolemus, *nescio an idem cum præcedente*, Romam abductus. xxviii. 4, 6.

Eureas, Achæorum legatus Romam. xxxi. 6, 1. 8, 3.

Euripidas *vel* Euripides, *Εὐριπίδης et Εὐριπίδης*, (*est enim haud dubie unus vir idemque.*) Ætolus; Cynethæ oppido præfectus ab Ætolis. iv. 19, 5. dux ab Ætolis missus Eleis sociis, fines Achæorum populatur. iv. 59. rursus Sicyónium populatur, sed turpiter suos deserit adveniente Philippo, et Psophidem evadit. 69, 2. 70, 11. inde, urbe a Philippo capta, et arce per pactionem dedita, ex pacto incolumis in Ætoliam redit. iv. 72.

denuo eumdem ducem ab Ætolis petunt Elei, in locum Pyrrhiæ. v. 94, 2 *sqq.* 95, 6 *sq.*

Euripides, *Tragicus* poeta. Dictum ejus (*ex Antiopa:*) *ἐν σοφὸν βούλευμα &c.* i. 35, 4. viii. 5, 3. *ex incerta tragœdia: αἰὼ πρευμενοῦς &c.* v. 106, 4. *e Cresphonte: Εἰρήνα βαθύπλουτε &c.* xii. 26, 5.

Euripus, fretum Euboicum. *ὁ Εὔριπος.*

Cenchreis Philippus per Euripum Demetriadem navigat. v. 29, 3. per eumdem Euripum cum navibus Cenchreas redit. v. 101, 2 *et* 4. rursus per Euripum cum classe navigat. v. 109, 5.

Euromus, *Εὔρωμος, ἡ Εὐρωμίων πόλις*, Cariæ opp. unde præsidia deducere jubetur Philippus. xvii. 2, 3. xviii. 27, 4.

Mylassenses occupant *τὰς ἐν Εὐρώμῳ πόλεις*, Euromensium urbes. xxx. 5, 11 *sqq.*

Europa; una e tribus terræ partibus, inter Tanaim et Herculis columnas comprehensa. iii. 37, 2 *sqq.* Europæ longitudo xxxiv. 7, 8 *sq.* latitudo. *Spicileg. ex lib.* xxxiv. *num.* 1.

Macedonum regnum in Europa, minimam Europæ partem complexum est. i. 2, 4. Europæ gentes occidentales pugnacissimæ. i. 2, 6. Antiochi in Europam trajectio. iii. 3, 4.

Europus, Εὐρωπός, urbs Paræpotamiæ ad Tigrim. v. 48, 16.

Eurotas, ὁ Εὐρώτας, Peloponnesi fluvius, Spartam ab ortu præterfluens. v. 21, 2. 22, 2 *sqq.* 23, 8 *sqq.* viii. 35, 8. ix. 8, 7. xvi. 16, 2.

Eurotas, Italiæ inferioris fluv. prope Tarentum, idem qui alias Galæsus. viii. 35, 8.

Euryclidas et Micyon, rhetores, consiliis suis regunt Athenienses, et turpiter blandiuntur regibus. v. 106, 7.

Euryleo, prætor Achæorum ignavus. x. 24, 1.

Eurylochus, præest Cretensibus in exercitu Antiochi Magni. v. 79, 10.

Eurylochus, Magnes, centuriat milites Ptolemæi Philopatoris. v. 63, 12. agematı præst. 65, 2.

Euthydemus, origine Magnes, Bactrianæ regno potitur. xi. 34, 1 *sq.* eum prælio vincit Antiochus Magnus. x. 49. pacem ei dat Antiochus, et filio ejus Demetrio suam filiam despondet. xi. 34.

Euxinus Pontus. *vide* Pontus.

Exercitationes militares Scipionis Africæ majoris, captæ Novæ Carthagine. x. 20, 1.

Philopœmenis exercitatio equitum. x. 21 *seq.*

remiges primæ classis Romanorum exercitati in terra. i. 21, 1 *sq.*

Exitus consilii in omni incepto quis sit futurus cogitandum. *Fragm. gramm.* 14.

Expugnata urbe, mos est Romanorum sævam statim edere cædem. x. 15, 4 *sq.* tum agitur præda, quæ æqualiter dividitur. 15, 8 *sqq. et cap.* 16 *seq.*

Exsequiarum celebratio apud Romanos. vi. 56 *seq.*

Exsilio voluntario effugere capitis pœnam licet civibus Romanis. vi. 14, 7 *sq.*

Exsules Lacedæmonii, Achæi *&c.* *Vide suo loco.*

Exta victimæ de more ostenduntur regi. vii. 11, 1.

Extraneorum sociorum sedes in castris Romanis. vi. 31, 9.

Extraordinarii, selecti e sociis in legione Romana. vi. 26, 7 *sqq.* eorum locus in castris. 31, 6 *sqq.*

ex equitibus extraordinariis selecti in castris prope consulem tentoria habent, et consuli quæstorique præsto sunt. vi. 31, 2 *sq.*

Extremum cursum currere. xviii. 35, 6. i. 87, 3.

F.

L. Fabius, legatus Scipionis Carthaginem missus. xv. 1, 3.

Q. Fabius *Pictor*, Historiarum scriptor, partium Romanar. nimis studiosus in primi belli Punici historia. i. 14. 15, 12. 58, 5. ejus sententia de causis belli Hannibalici. iii. 8. licet vixerit Hannibalis ætate, ei senator fuerit Romanus, tamen non in omnibus fides ei haberi debet. iii. 9.

Q. Fabius, Maximus cognominatus ob rerum feliciter gestarum magnitudinem; Dictator creatur. iii. 87, 6. imperium suscipit. 88, 9 *sqq.* cunctatur prudenter, eoque laudatur ab his, culpatur ab illis. 89 *seq.* 92, 3 *sqq.* 94, 8. 103, 3. in montium angustiis insidias struit Hannibali, quas ille stratagemate facum in cornibus boum accensarum eludit. 92, 10 *sqq.* 93 *seq.*

Romam ad sacrificium proficiscens, frustra monet Minucium, magistrum equitum. iii. 94, 9 *sq.* Fabio dignitate par constituitur Minucius; duo dictatores inter se dividunt legiones. 103. Minucio, per suam temeritatem laboranti, suppetias venit Fabius. 104 *seq.* ei reconciliatur Minucius, et legiones suas rursus cum eo conjungit. 105, 8 *sqq.* dictatura abit Fabius. 106, 1.

oppugnationi Tarenti intentus est. x. 1, 10. urbe ei proditur. *Fragm. hist.* 18.

Q. Fabius, uxori T. Quintii sororis filius, Romam legatus a T. Quintio. xvii. 10, 8. *An idem cum sequenti?*

Q. Fabius *Labeo*, *prætor*, præfectus classis, Pataris naves Antiochi accipit crematque. xxii. 26, 30.

Q. Fabius Maximus, L. Æmilii Pauli filius naturalis, frater natu major Scipionis Africani minoris; cum fratre apud prætorem effecit, ut Polybio Romæ manere liceret. xviii. 18, 6. xxxii. 9, 8. 10, 3. ex bonis patris mortui, dotem matri ægre restituere potest. xviii. 18, 6. xxxii. 8, 4. a Polybio instituitur simul cum fratre. xxxii. 9, 9. 10, 3. in eum liberalis est frater. xxxii. 14.

sub patre Æmilio Paullo cum laude militat bello Persico. xxix. 6, 3. in decem legatis mittitur ad dirimendum bellum Attali et Prusiæ, xxxiii. 6, 3. Siciliæ prætor præest. xxxviii. 3, 8.

Faces in bonum cornibus accensæ astu Hannibalis. iii. 93.

faces e speculis accensæ signis dandis. x. 43 *seqq.* De *eisdem conf. Fragm. gramm.* 76.

Fæsula *vel* Fæsulæ, oppidum Etruriæ, τὰ φαίσολα, *et* ἡ φαισόλα. ii. 25, 6. ad Fæsulas a Gallis cæduntur Romani. ii. 25. circa Fæsulas primum castra habuit Hannibal, postquam paludibus est egressus. iii. 82, 1. *coll.* 80. 1.

Falernus, ὁ προσαγορευόμενος Φάλερνος τόπος, *et nude* ὁ Φάλερνος, mons et ager Campaniæ. iii. 90, 10. 92, 6. 94, 7. *Conf. Liv. XXII.* 13 *sq.*

Falisci, οἱ καλούμενοι Φάλισκοι. Romanorum civile bellum cum Faliscis. i. 65, 2.

Fames, Carthaginiensium Agrigenti obsessorum. i. 65, 2. fame se mutuo devorare coguntur mercenarii rebelles Pœnorum. i. 84, 9. 85, 1. dira fame expugnantur Petelini ab Hannibale. vii. 1, 3.

C. Fannius, legatus Rom. ad res Illyriorum et Dalmatarum inspiciendas. xxxii. 18 *seq.* ad coërcendas Prusiæ injurias in Attalum. xxxiii. 6. ad Achæos. xxxviii. 4, 1.

Ferentani, Φερεντανοί, Φερεντανοί, Romanorum socii bello Gallico Cisalp. ii. 24, 12. agrum eorum, τὴν Φερεντανὴν, devastat Hannibal. iii. 88, 3.

Feri! βάλλε. verbum solenne mercenariorum rebellium bello Africo. ii. 69. 12 *sq.* 80, 9.

Feriæ novem dierum, supplicatio. xxi. 1, 1 *sq.*

Ficus Philippo suppeditarunt Magnetes in Asia, cum frumentum non haberent. xvi. 24, 9.

Fides historica non tam ex scriptoris auctoritate æstimanda est, quam e rebus ipsis quæ narrantur. iii. 9, 3 *sqq.*

Fide violata solvuntur societates etiam latronum. iv. 29, 4.

Fidei pignora inter homines maxima. iv. 17, 9 *et* 11. idonea fidei pignora sunt: jusjurandum, liberi, uxores, maxime vero vita ante acta. viii. 2, 3.

Fidei Romanorum se permittere, idem valet ac arbitrio victoris se permittere. xx. 9 *seq. conf.* xx. 1, 4 *sq.* 2, 10 *sqq.* xxxvi. 2.

in fide servanda Græcos longe antecellunt Romani. vi. 56, 13 *sqq.* fidei a Romanis servatæ luculentum exemplum in captivis ab Hannibale dimissis. vi. 58. fide erga legatos servanda nihil antiquius est Romanis. xv. 4, 9. *sq.*

fide, sed cui vide! *Vide* Credere.

Finis quem quærunt homines in omnibus quæ suscipiunt, aut voluptas est, aut decus, aut utilitas. iii. 4, 11.

C. Flaminius, *tribunus plebis*, legem fert de dividendo agro Piceno. ii. 21, 7 *sq.*

consul cum L. Furio, Insubribus infert bellum. ii. 32. temere agit, aciem ad ipsam fluminis ripam instruens. 33, 7 *sq.*

consul iterum cum Cn. Servilio, iii. 75. in Etruria ad Arretium cum exercitu considet. 77 *seq.* popularem auram captans, dicendo valens, ad bellum ineptus. 80. temere intrat angustias ad Trasimenum lacum. 82 *seq.* et ibi cadit in pugna. 84. in ejus locum sufficitur M. Regulus. 106, 2.

Flaminius, legatus Romanor. ad Ligures, ab his violatur vulneraturque. xxxiii. 7.

Titus *Flamininus*. *Vide* T. Quintius.

Fœderum a Romanis cum aliis gentibus ictorum Tabulæ æneæ servantur Romæ in Jovis Capitolini templo, in ærario ædilium. iii. 26, 1.

Fœderum formulæ; conditiones pacis:

C. Attali cum Prusia. xxxiii. 11.

Byzantinorum cum Rhodiis, et cum Prusia. iv. 52.

Carthaginiensium cum Philippo. vii. 9.

Eumenis et Pharnacis sociorumque. xxvi. 6.

Romanorum, cum Ætolis. xi. 6, 5. xxii. 15. cum Antiocho. xxi. 14. xxii. 26. cum Carthaginiensibus: antiqua fœdera ante primum bellum Punicum. iii. 22—25. post primum bellum Punicum vel Siculum. i. 62 *seq.* iii. 27. post bellum Africum, fœdus de Sardinia Romanis concedenda. i. 88. iii. 27, 8. cum Asdrubale in Hispania, de Ibero non transgrediendo. ii. 13, 7. iii. 27, 9 *sq.* post bellum Punic. ii. victo Hannibale in Africa. xv. 18. cum Hierone. i. 16, 9. cum Philippo. xviii. 27. cum Teuta. ii. 12.

Fons mirabilis in Herculis templo Gadibus. xxxiv. 9, 5 *sqq.*

Formæ reip. *Vide* Respublica.

Fortitudine adversus hostes, et consensu civium, continetur respublica. vi. 46, 7. fortitudo et temperantia ubi vigent in republica, ibi nec vis extrinsecus, nec vitium intrinsecus facile perdere eam potest. vi. 48, 3 *sq.* vi. 59, 1. *cf.* 48, 3. ad fortitudinem Scipio Africanus minor se exercuerat venando. xxxii. 15.

Fortuna in rebus ludit humanis, et quotidie novi aliquid molitur. i. 4, 5. mutabilis fortuna; cui non fidendum, præsertim in rebus prosperis. i. 35, 2. ii. 4. viii. 22, 10. xv. 6, 8. maximas quasque res inopinato sæpe fine terminat. ii. 70, 2.

fortuna veluti bonus habenta egit cum Pœnis et Romanis ad Ercten. i. 58, 1. *sed* interdum virorum fortium inceptis fortuna ipsa et casus resistit. xv. 16, 6. *Sic* Epaminondas, cum omnes partes boni imperatoris implesset, fortuna est victus. ix. 8, 13. per fortunam lapsis parata est misericordia et auxilium, stultitiam opprobrium sequitur. ii. 7, 3.

qui Fortunæ administrationem rerum humanarum accusavit, in gratiam redibit cum ea, ubi consideraverit, quo pacto illa a multis (veluti a Philippo et ab Antiocho) pœnas patratarum injuriarum exegerit. xv. 20, 5 *sqq.*

non fortuna, sed consilio ac virtute superiores ceteris gentibus evaserunt Romani. i. 63, 9. *Sic* Scipio Afric. major non fortunatus modo, sed et fortis prudensque fuit. x. 2, 5 *sqq.* 9, 2. Fortunam, *id est* casum fortuitum, pro caussa citare, putidum est. ii. 38, 5. id faciunt ii qui rerum veras caussas ignorant. x. 5, 8. xviii. 11, 5. Fortunæ multa temere tribuuntur. *Fragm. gramm.* 130 *sq.*

fortuna recte uti, majus est quam prospere rem gerere. x. 36, 1.

Forum in castris Romanorum. vi. 31, 1.

Fossa. Pugnam ad Fossa, ἡ μάχη ἡ παλουρίνη περὶ Τάφρον. iv. 33, 6.

Fossa regia, ἡ βασιλικὴ διώρυξ, ex Euphrate in Tigrim ducta, in Babylonia. v. 51, 6.

Fossa, qua Leucas a continente diremta est. *Vide* Dioryctus.

Fratres Galli, in Insula inter Isaram et Rhodanum, de regno contendentes. iii. 49.

Frentani; *vide* Ferentani.

Frenum non solum, sed et sessorem accepit Antiochus. xxi. 12, 9.

Frumenti copia in Gallia Cisalpina. ii. 15, 1. inopia et caritas Romæ, bello Hannibalico. ix. 44. *conf.* Medimnus.

ex Ægypto frumentum petunt Romani. ix. 44, 1. e Sicilia frumentum petunt Rhodii.

Fugitivi servi, ex legibus Romanorum cruciati necantur. i. 69, 5.

Fulvius, Φελλούιος, Φουλούιος, Φούλβιος, *pro quo mendose vulgo* Οὔρβιος *legitur apud Suidam in* Πραξιπονήσας. *Vide* xxii. 23, 1.

Cn. Fulvius *Centumalus* consul, classi præest bello Illyrico cum Teuta. ii. 11 *seq.* consul iterum, quo tempore Hannibal ad Romam erat. ix. 6, 6 *sqq.* 7, 1.

M. Fulvius *Nobilior*, (*plerumque sine* Marcus *dictus apud Polyb.*) Consul, adversus Ætolos mittitur. 8, 9. *et cap.* 10. oppugnat Ambraciam. 9—10. pacem dat Ætolis. 12 *seq.* capit Samen, urbem Cephallenize. 28, 1. *coll. c.* 18, 13 *sq.* ejus frater uterinus est C. Valerius Lævinus. xxii. 12, 10 *sq.*

in Peloponnesum venit ad dijudicandam controversiam Lacedæmoniorum et Achæorum. xxiii. 10, 14.

Q. Fulvius Cos. cum T. Manlio, Boios in deditionem accipit. ii. 31, 8.

Q. Fulvius, a T. Quintio Romam legatus de pace Philippo danda. xvii. 10, 8.

Q. Fulvius *Nobilior* Cos. bellum in Hispania gerit. xxxv. 4, 2.

Servius Fulvius Cos. cum M. Æmilio, classem Punicam capit, infando naufragio suam classem amittit. i. 36 *seq.*

Fumo significatur adventus. iii. 43, 6. fumo Romani Ambraciam oppugnantes pelluntur e cuniculis. xxii. 11, 15 *sqq.*

Funeris curatio apud Romanos, mortuo viro illustri. vi. 53.

Fures in castris Rom. fuste percutiuntur. vi. 37, 9.

C. Furius *Pacilus* Cos. cum L. Cæcilio in Siciliam mittitur. i. 39, 8. (*ubi vulgo* Cn. Furius *pro* Caio *legebatur, contra Fastorum Capitol. auctoritatem, aliorumque scriptorum testimonium.*) cum collega Thermam et Liparam capit. i. 39, 13. cum dimidio copiarum in Italiam redit. i. 40, 1.

P. Furius Cos. cum C. Flaminio bellum infert Insubribus. ii. 32.

Fustuarium, supplicium militare apud Romanos. vi. 37.

Futura prædicere conjectura ex eis quæ jam acciderant, non difficile. vi. 3, 2. futuri spes incerta. ii. 4, 5. iii. 31, 3.

G.

A. Gabinius, ad Achæos legatus. xxviii. 4, 1. 5, 9.

Gadara, τὰ Γάδαρα, Cœlesyriæ urbs egregie munita, capta ab Antiocho Magno. v. 71, 3. victo Scopa, recepta ab eodem Antiocho. xvi. 39, 3.

Gades, τὰ Γάδειρα. xxxiv. 7, 7. a Gadibus usque ad Tanaim, omnem oram maritimam se percurrisse gloriatus et Pytheas. xxxiv. 5, 8. Gadibus, in templo Herculis, fons est mirabilis. xxxiv. 9, 5 *sqq.*

Gades insula; ejus magnitudo. *Spicileg. ex lib.* xxxiv. *num.* 3.

Gæsatæ *vel* Gæsati, Γαίσατοι *et* Γαισάται, Galli, inter Alpes et Rhodanum incolentes, ab Insubribus et Boiis concitantur adv. Romanos. ii. 22 *seqq.* *οἱ ἐκ τῶν Ἄλπεων Γαισάται dicuntur* ii. 28, 3. *quos Casaubonus* Inalpinos Gæsatos *interpretatus est.* nomen habent ab eo quod mercede militant. ii. 22, 1. eorum reges, Concolitanus et Anæroëstus. *ib. vv.* 2.

nudi pugnant in acie. ii. 28, 8. cæduntur a Romanis. ii. 30. novus eorum exercitus conducitur. 34, 2.

Gætuli Autololes, populus Africæ. *Spicileg. ex lib.* xxxiv. *num.* 7.

Gæzotoris, Γαιζότορις, Galatiæ regulus in Asia. xxv. 4, 6.

Galadræ, Γαλάδρα, oppidum Macedoniæ. *Cives*, Galadræi. *Fragm. hist.* 19.

Galæsus, Γαλαῖσος, fluvius prope Tarentum; idem Eurotas dictus. viii. 35, 8.

Γαλάται, Galatæ. *Sic Polybio promiscue dicuntur Galli omnes, cum Europam incolentes, tum cis, quam trans Alpes, (qui aliàs* Κελτοὶ*) tum Asiam habitantes, qui et Gallograeci. Conf.* Galli, Gallia, Ægosages, Tectosages, Toliatobogii, Trocmi.

Γαλατία, Galatia Asiæ, *s.* Gallograecia. xxv. 4, 1 *et* 6. 5, 6. xxvi. 6, 4.

Γαλατία, Gallia Cisalpina. ii. 24, 8. iii. 40, 3. 118, 6.

Γαλατία, Gallia Transalpina. ii. 22, 6.

Galatia, (*rectius* Galaditis *vel* Galasditis;) Γαλάτη, *ni potius* Γαλαδῆνη *vel* Γαλαδίτις, *aut* Γαλαδηνή; Asiæ regio, *trans Jordanem*, Arabiæ finitima: eam intrat Antiochus cum exercitu, et Abila urbem subigit. v. 71, 2.

Galatus, Boiorum rex, a suis occisus. ii. 21, 5.

Galea, nuda velitum Romanor. vi. 22, 3. cristata, gravia armaturæ. 23, 12 *seq.*

Galeotæ vel Xiphiæ piscis venatio. xxxiv. 2, 15 *seq. et cap.* 3.

Galli gallinacei, majoribus animis (*id est, majori ira*) decertant, quam viribus: sic Romani et Pœni sub finem belli Siculi. i. 58.

in Pace, galli cantus excitat dormientes; in Bello, tubæ sonus. xii. 26, 1.

Galli, sacerdotes Magnæ Matris, *ἢ* Γάλλοι. xxii. 20, 5.

Galli, populus, *promiscue ut* Γαλάται *et οἱ* Κελτοί, sive Europam incolentes, cis aut trans Alpes, sive Asiam. *Conf.* Γαλάται, Γαλατία, *et* Gallia.

Galli Romam vi capiunt. i. 6, 2. ii. 18, 2. Gallorum clades Delphica. i. 6, 5. ii. 20, 6. 35, 7. iv. 46, 1.

Galli mercenarii Pœnorum, multiplicem committunt perfidiam. ii. 7. hi olim Antaritum habuerant ducem. i. 77, 5. initio patria fuerant ejecti ob perfidiam in propinquos et cognatos suos commissam. ii. 7, 6. Illyriis Phœnicem produnt, Epiri urbem. ii. 5.

Galli Italiam incolentes, *s.* Cisalpini; *ἡ κατὰ τὴν Ἰταλίαν* Κελτική. i. 13, 4. Κελτοὶ *οἱ τὰ περὶ τὸν Πάδον πεδία κατοικοῦντες.* iii. 48, 6. braccati. ii. 28, 7. Cum eis bellum gerunt Romani; Bellum Gallicum Cisalpinum. i. 13, 4. ii. 18, 7. ii. 23—35. *De eisdem ex professo agit Polybius* ii. 14 *seqq.* eorum frequentia, pulcritudo, procerita. ii. 15, 7. vitæ ratio. ii. 17, 9. *Conf.* Gallia Cisalpina.

Galli Transalpini. ii. 15, 8 *seqq. cap.* 19, 1. 21, 5. Inalpini, *οἱ τὰς Ἄλπεις κατοικοῦντες*, bella movent Cisalpinis. ii. 18, 4. *Conf.* Inalpini populi.

Galli Etruscos superiori Italiæ pepulerunt. ii. 17.

Galli Transpadani: Lai *s.* Lævi, Libicii, Insubres; tum Veneti, sermone quidem diverso utentes. ii. 17, 4 *seq.* Cispadani: Ananes, Boii, Lingones, Senones. ii. 17, 7.

Gallorum variæ irruptiones in ditionem Romanorum. ii. 18—22. legatos, a M? Curio de redimendis captivis missos, necant Galli. 19, 9.

Bellum Gallicum Cisalpinum: Galli Insubres et Boii adv. Romanos concitant Gallos Gæsatos. ii. 22. (*conf.* Gæsatæ *vel* Gæsati.) populantur Etruriam. 25, 1 *seqq.* cædunt Romanos ad Fæsulam. 25, 7 *seqq.* Redeuntes, simul a fronte et a tergo invaduntur a Romanis; *cap.* 27. et acie bifronte pugnant, braccati Insubres et Boii, nudi Gæsati. 28. cæduntur a Romanis ad Telamonem. 28 *et seqq.*

fortissime pugnantes Galli, solo genere armorum vincuntur. ii. 30, 7. gladius eorum ad cædendum solum valet. 30, 8. 33, 5. iii. 114, 2 *seq.* scutum Gallicum, viram non tegit. ii. 30, 3.

Gallorum omne genus in fervore animorum et primo impetu atrocissimum. ii. 33, 2. in omnibus actionibus ira et impetu, non consilio, regnntur. 33, 3. Galli molles et laborum impatientes. iii. 79, 4. leves, ob inconstantiæ in fide servanda. ii. 32, 8. iii. 70, 4. Gallis familiare est, postquam alienæ rapuerunt, ut intestinis tumultibus de præda capta inter se decertent, præsertim ubi

mem cibeque se ingurgitarunt. ii. 19, 4. de temulentia *addit* xl. 2, 1.

Ad Gallos Cisalpinos ex Hispania legatos mittit Hannibal. iii. 34. Magilus regulus ex Gallia Cisalp. ad Hannibalem venit ad Rhodanum. iii. 44. Galli Cisalpini ad partes Hannibalis transeunt. iii. 66, 7. 68, 8.

Galli, duce Brenno, victo Ptolemæo Ceraunо, contemtis Macedonibus, in mediam irruunt Græciam. ix. 35, 4. eis tunc soli restiterunt Ætoli. ix. 30, 3. Galli, qui Græciam invaserunt, partim ad Delphos internecione deleti sunt, partim in Asiam trajecerunt. i. 6, 5.

Galli, pars eorum qui cum Brenno patria exierant, qui Delphicam declinaverunt cladem, ubi ad Hellespontum pervenerunt, in Thracia haud procul Byzantio consederunt cum rege Comontorio, regiam condiderunt Tulen, Byzantios bello fatigarunt, et gravissima ab eis tributa expresserunt. iv. 45, 10. 46, 5 *sqq.* illud Gallorum regnum, sub postremo eorum rege Cavaro, cum ipsa gente exstinctum a Thracibus est. iv. 46, 4. *cf.* 38, 6.

Gallos (Ægosagas, Αἰγοσάγας. iv. 77, 2.) Attalus ex Europa accivit ad bellum adversus Achæum. v. 78, 4. 111, 2. eorum ope Æolicas et Ionicas urbes, quæ Achæo se tradiderant, recepit Attalus. v. 77. eos in bellis sequebantur uxores et liberi, plaustris vecti. 78, 1. eosdem Attalus, quum lunæ defectum pro ostento habentes progredi ulterius nollent, ad Hellesponti oram remisit, et sedes ibi eis adsignavit. 78. eosdem Prusias, quum effusa licentia civitates ad Hellespontum depopularentur, bello petens, internecione delevit. v. 111.

Galli mille (*equites*) in exercitu Antigoni adv. Cleomenem. ii. 65, 2. Gallici equites (Γαλατικοὶ ἱππεῖς) in exercitu Philippi et Achæorum bello Sociali. v. 3, 2. 17, 4. Galli *s.* Galatæ Rigosages (*sive* Ægosages, *aut* Tectosages) in exercitu Antiochi contra Molonem. v. 53, 3. Galli *s.* Galatæ in Molonis exercitu. v. 53, 8. in exercitu Ptolemæi Philopatoris, mixti Thracibus. v. 65, 10.

Gallorum et Scytharum facinora patrare; ix. 34, 11. *proverbialiter dictum*, ex metu Gallorum, qui sæpe Græcos non solum pristinis temporibus sed etiamnum Polybii ætate anxios tenuit. ii. 35, 9. xxvi. 9, 3.

Galli in Asdrubalis castris temulenti, in modum victimarum jugulantur a Romanis. xi. 2, 1.

in Galliam mittuntur ambo Consules quo anno T. Quintio prorogata est Macedonia provincia. xvii. 11, 1 *sq.* 12, 1.

Bellum cum Gallogræcis *s.* Gallis Asiam incolentibus a Cn. Manlio Cos. gestum, post bellum Antiochicum. xxii. 16—24. iii. 3, 5. victoriam de Gallis relatam Græcæ omnes civitates per Asiam lætæ gratulantur Cn. Manlio. xxii. 24, 2 *sq.* res in Gallogræcia constituunt decem legati cum Cn. Manlio. 27, 12.

Galatiam, *quæ sub Eumene erat*, populatur Pharnaces, sociis utens duobus Galatarum regulis, Carsignato et Gæzotori. xxv. 4, 1 *et* 6. *adde* c. 5, 6. Pace cum Eumene facta prohibetur Pharnaces Galatiam ingredi, et fœdera ejus cum Gallis irrita declarantur. xxvi. 6, 4.

Perseus societatem iniit cum Gallis. xxvi. 9.

Galli (*Gallogræci*) Eumenis regnum invadunt. xxx. 1, 1 *sq.* 2, 8. 3, 2. legatos ad eos mittunt Romani; 3, 7 *sq.* qui tamen lubentes patiuntur, ut Eumenes ab eis prematur. 15, 12 *sq.* eisdem Gallis, Asiam incolentibus, libertatem suis legibus vivendi, et Eumenis imperio se subtrahendi, dat senatus Romanus. xxxi. 2. *cf. cap* 6, 2 *sqq.* Rursus per legatos queruntur Galli de Eumene, incitati etiam a Prusia. xxxiii. 5, 5. *Conf.* Tectosages, Tolistobogii, Trocmi.

Gallia, ἡ Γαλατία, ἡ Κελτική, (*vide mox*;) *et* ἡ Κελτία. vii. 9, 6. *Conf.* Γαλατία, *et Galli.*

Gallia Cisalpina, ἡ τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν Κελτῶν χώρα. ii. 13, 7. *coll.* 14, 3. ἡ ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις καὶ περὶ τὸν Πάδον χώρα. iii. 34, 2. τὰ περὶ τὸν Πάδον πεδία. iii. 39, 10. 47, 4. 56, 3. *coll.* 14, 7. ἡ Κελτική (*scil.* τῆς Ἰταλίας, *cf.* iii. 86, 2. *vel* κατὰ τὴν Ἰταλίαν.) ii. 32, 1. iii. 77, 3. ἡ Γαλατία. ii. 21, 8. 24, 8. iii. 87, 2. 118, 6. Gallia Cisalpina figura, ubertas, hominum frequentia. ii. 14 *seq.* de ejus ubertate *conf.* iii. 87, 1 *et* 3. in ea est Apenninus mons, et Padus fluvius. ii. 16. Ejus populi; *vide* Galli Transpadani *et* Cispadani. Galliam Cisalpinam ingreditur Hannibal. iii. 56.

Gallia Transalpina, ἡ Γαλατία. ii. 22, 6.

Gallogræci. *vide* Galatæ, *et* Galli, Tolistobogii, Tectosages, Trocmi, Ægosages, Rigosages.

Garsyeris, exsul, hortatur Achæum ad sumendum regium nomen et diadema. v. 57, 5. ab Achæo cum exercitu missus ad Pedieniseenses obsidione liberandos,

repellit Selgenses a Pedlenisso, et ipsam Selgam capit. v. 72—74.

Gatalus, dynastes Sarmata, pace inter Eumenem et Pharnacem facta comprehenditur. xxvi. 6, 13.

Gaza, ἡ Γάζα, urbs Cœlesyriæ maritima, ab Ægypto venientibus proxima post Rhincoluram et Raphiam. v. 80, 3 *sq.* eo commeatus convehuntus a Ptolemæo Philopatore ad bellum adv. Antiochum Magnum. v. 68, 2.

Gazenses *vel* Gazæi, οἱ Γαζαῖοι, sicut olim Persis et deinde Alexandro, sic dein Antiocho Magno, urbem oppugnanti, fortiter restiterunt, et fidem regibus Ægypti servarunt. xvi. 40. *cf.* 18, 1. Zeno historicus in historia obsidionis Gazæ verba magis, quam res, curavit. xvi. 18, 1.

Gelias, legatus Phocæensium ad Seleucum, Antiochi M. filium. xxi. 4, 4.

Gelo, Hieronis filius, Syracusarum regis, liberalis in Rhodios. v. 88, 5. pius in patrem, ante quem vita decessit, annos 50 natus. vii. 7, 7. 8, 9. *Particeps regni paterni fuisse videtur; vide* v. 88, 5.

Γενεαλογικὸς τρόπος historiarum scribendarum, *i. e.* de deorum heroumque generationibus. ix. 1, 4.

Genthius, Pleurati filius, rex Illyrici. xxxii. 18, 4. *et* ii. 5, 6. *In scripturam* Γένθιος *per θ constanter consentiunt libri nostri manuscripti; pro quo temere vulgo* Γένθιος *ediderunt. Vide* xxviii. 8, 1. xxix. 5, 7.

eum per legatos ad societatem invitat Perseus. xxviii. 8 *seq.* et Genthius ad extremum persuaderi se patitur ad fœdus adv. Romanos cum Perseo faciendum. xxix. 2 *seq.* legatos cum Perseo ad Rhodios mittit. xxix. 2, 9. 3, 7. *et cap.* 5.

ebriosus et crudelis, fratrem Pleuratum occidit. xxix. 5, 7 *sq.* in triumpho ducitur a L. Anicio. xxx. 13.

Geographia cum historia jungenda. iii. 36. præsertim in rerum bello gestarum historia. v. 21, 4 *sqq.*

res ad Geographiam pertinentes in unum maxime librum congessit Polybius. iii. 37, 1—6. *is est* liber xxxiv historiarum Polybii, *cujus vide Reliquias et Spicilegium.*

de distantiis variorum locorum *vide* xxxiv. 6 *seq.*

extremarum terræ partium cognitio veteribus difficillima. iii. 58. per Alexandri imperium in Asia, et per Romanorum imperium in aliis terræ partibus, multo facilior reddita est ea cognitio itineratoribus. iii. 59.

Geometria, imperatori scitu necessaria. ix. 14, 5. *et cap.* 19—21. *Conf.* Scalarum commetiendarum ratio.

Geometriæ elementa quæ in scholis pueri addiscunt, ἃ παιδικὰ μέτρα. xxxiv. 6, 8.

Gephrus, Γεφροῦς, oppidum Cœlesyriæ, *in Decapoli trans Jordanem, ut videtur;* in deditionem ab Antiocho accipitur. v. 70, 12.

Gerra, τὰ Γέρρα, Cœlesyriæ castellum, contra Brochos castellum; (ad fauces quæ sunt inter Libani et Antilibani radices, in exitu Marsyæ campi;) utrumque in potestate Ptolemæi Philopat. et ejus nomine occupatum a Theodoto Ætolo. v. 46, 1 *sqq. coll.* 45, 8 *sq.* utrumque obsidetur ab Antiocho Magno. 61, 7 *sq. Addenda hæc loca Polybii ad Cellarii Geogr. Antiq. III.* 12. *p.* 431. *et conferendus Strabo lib. I. p.* 50. C. *et p.* 55. D. *qui* Gerra *in Syria ponit.*

Gerræi, Γέρραιοι, cives urbis Arabiæ *felicis, cui nomen Gerra.* xiii. 9. dona mittunt Antiocho M. qui libertatem eis confirmat. *ibid.*

Gertus, Γερτοῦς, (*gen.* Γερτοῦντος) oppidum Phœbatidis in Dassaretia, captum a Scerdilæda, receptum et præsidio occupatum a Philippo. v. 108, 2. *et vs.* 8. *Conf.* Gerces.

Geronium, Γεροώνιον, (*Livio* Geryon *sive* Geronium) Daunize oppidum in Apulia, xxv. M. P. distans a Luceria, captum ab Hannibale. iii. 100, 1 *sqq.*

ad Gerunium Minucius, magister equitum, velitatione superat Hannibalis copias. iii. 101. castra ad Gerunium posita (iii. 101, 2.) ægre defendit Hannibal. iii. 102, 6 *et* 10. in eisdem castris hibernat. iii. 107, 1. v. 108, 9.

Gerus, Γερούς, οὔντος, oppidum Dassaretidis, præsidio occupatum a Philippo. v. 108, 8. *Conf.* Gertus.

Gescon, Gesco, Gisco, ὁ Γίσκων, dux Pœnorum, Lilibæo præfectus, finito bello Siculo milites Carthaginiensium in Africam trajici curat. i. 66. ei bene voluerunt mercenarii rebelles. 68, 13. cum pecunia Tunetem mittitur ad solvenda mercenariis stipendia. 69. adversus eum commilitones suos concitant Spendius et Matho. *ibid.* prehensus in carcerem detruditur a rebellibus. 70, 5. 79, 10 *et* 13. cum aliis captivis mutilatus, cruribus fractis, in foveam conjicitur. 80.

Gesconis (*ejusdemque* Giscouis) filius, Hasdrubal. ix. 11, 3. *Conf.* Giscon.

Gillicas, legatus Carthag. ad Romanos bello Punico tertio. xxxvi. 1, 8.

Giscon, Γίσκων, (*idem nomen cum* Γίσγων) cognomine Strytanus, legatus Carthaginiensium Romam. xxxvi. 1, 8. *Conf.* Gescon.

Gitta, Γίττα, oppidum Palæstinæ. xvi. 41, 4.

Gladiatorii muneris sumtus, triginta talenta. xxxii. 14, 6.

Gladius Romanus præstat Gallico. ii. 30, 8. ad pungendum æque valet ac ad cædendum, quemadmodum Hispaniensis; Gallicus non nisi ad cædendum valet, et vel sic mox inutilis redditur. ii. 33, 5 *sq.* iii. 114, 2 *sq.* vi. 23, 6 *sq.* gladiorum fabrica excellunt Celtiberi. *Fragm. hist.* 14.

neque hastis neque gladiis rem gerebant Romani in pugna Scipionis cum Hannibale, *sed umbonibus atque alis.* xv. 13, 1.

Glandium copia in Gallia Cisalpina. ii. 15, 2.

glandibus ad mare crescentibus pinguescunt thynni. xxxiv. 8, 1 *sqq.*

Glaucia; *vide* Servilius.

Glaucias, Persei legatus ad Genthium. xxviii. 6, 9.

Glaucides, Abydenus, Abydum Philippo tradit, uxores liberosque civium servaturus. xvi. 33, 4 *sq.* 34, 8.

Glaucus, Acarnan, Romanis favens. xxviii. 5, 1.

Glympes, Γλύμπης *sive* Γλυμπεύς, castellum ditionis Argivorum, in confinio agri Argivi et Laconici. v. 20, 4.

frustra invaditur a Lycurgo, rege Lacedæmon. iv. 36, 4 *sq.*

Gonatas; *vide* Antigonus Gonatas.

Gonni, οἱ Γόννοι, Thessaliæ oppidum in aditu Templum. xviii. 10, 2.

Γενομάνοι; *vide* Cenomani.

Gordieum, (i. q. Gordium) Γορδιεῦον, Phrygiæ oppidum. xxii. 20, 8.

Gorgus, Messeniorum legatus ad Philippum. v. 5, 4 *sq.* athletica laude clarus, genere nobilis, *a Philippo concitatus adv. plebem.* vii. 10, 2 *sqq.*

Gorgus Thelphysiæ; *mendosa scriptura* iv. 60, 3. *Vide* Gortyn *vel* Gortyna, Arcadiæ oppidum.

Gorgylus, ὁ Γόργυλος, Laconiæ fluvius, prope Sellasiam. ii. 66, 1 *et* 10.

Gortyn *vel* Gortyna, Γόρτυν, ἡ Γόρτυνα, Arcadiæ oppidum in agro Telphusio. iv. 60, 3. *Mendose vulgo omnes, et nos ipsi,* Γόργυν τὴν τῆς Τελφουσίας, *pro* Γόρτυναν τῆς Τελφουσίας.

Gortyn *vel* Gortyna, Γόρτυν *vel* ἡ Γόρτυνα, τῆς Γορτύνης, urbs Cretæ. xxiii. 15, 1.

Gortynii, οἱ Γορτύνιοι, cum Cnossiis sociis tota dominantur Creta. iv. 53, 3 *sq.* mox orto Gortynæ dissidio seniorum junioramque, seniores cum Cnossiis facientes, ejectis junioribus, urbem Cnossiis tradunt. 53, 7 *sqq.* juniores, urbe ejecti, Phæstiorum portum, et ipsorum etiam Gortynensium portum occupant, indeque eis qui in urbe erant bellum inferunt. 55, 6.

Gortynii Cnossiorum vires quovis modo attennare student. xxiii. 15. eorum lites componunt legati Romani. *ibid.*

adv. Gortynios Cydoniatæ præsidium ab Eumene petunt. xxviii. 13.

Gortynii cum Cnossiis bellum inferunt Rhauciis, et conjurant in eorum exitium. xxxi. 1 *seq.*

Gortyniorum Cosmus, Cydas. xxiii. 15, 1. Gortynius, Zelys. v. 79, 10.

Gorza, ἡ παλαιὰ Γόρζα, oppidum Africæ. i. 74, 3.

Gracchus; *vide* Sempronius.

Graculus, κολοιὸς, *convicium* a Timæo in Agathoclem usurpatum. xii. 15, 2.

Græcia Magna, in inferiori Italia. ii. 39, 1. iii. 118, 2. *vide* Magna Græcia.

Græci, Græcia.

Græcorum in gratiam, historiam suam scripsit Polybius. i. 3, 7 *sq.* iii. 59, 8.

communis calamitas universæ Græciæ (*bello Achaico*) principium simul et finem habuit. iii. 5, 6.

res Græcorum Olymp. CXL. gestas libro iv. et v. exponit Polybius. iii. 118, 11. iv. 1, 3. Græciæ imminet nubes ab Occidente. v. 104, 10. Græcis rebus anno 3. Olympiadis CXL. misceri cœperunt res Italicæ et Libycæ. iv. 28, 5. v. 105, 3 *sq.*

Græcorum ratio castra metandi, et vallo ea muniendi, minus commoda quam Romanorum. vi. 42. xviii. 1. equitum arma Romani ad morem Græcorum in melius mutarunt. vi. 25, 8 *sq.*

apud Græcos non tanta fides et religio jurisjurandi, quam apud Romanos. vi. 56, 13 *sq.* sordida apud eos obtinet munerum captatio. xviii. 17, 7.

Græci omnes, cum Asiam tum Europam incolentes, uno præconio T. Quintii liberi pronunciati. xviii. 29, 15.

Græco scribere sermone ridicule affectavit Postumius Albinus. xl. 6.

Γραικὰ γηρύοντα, Græci senes (exsules ob belli Persici culpam) parum interest, Romæ an in Achaia sepeliantur; dictum Catonis. xxxv. 6, 2.

Grammaticus Isocrates; *vide suo loco.*

Gravis armatura Romanorum. vi. 23.

Gulussa, Masinissæ filius, cum Scipione interest oppugnationi Carthaginis, et agit cum Asdrubale, urbis præfecto.

xxxi. 1 *seq.* *De eodem vide Spicileg. ex lib.* xxxiv. *num.* 10.

Gyges, *mendose vulgo scriptura, orta ex confusione noti nominis regis Lydiæ cum obscuriori nomine vetusti regis Achaiæ. Vide* Ogygus.

Gymnasio Abydi inclusi infantes civium cum nutricibus. xvi. 31, 2.

Gyridas, unus e Senibus (τῶν Γερόντων) Lacedæmoniorum, occisus a factione Ætolica. iv. 35, 5.

Gyrton, Thessaliæ oppidum. Gyrtonius, Heraclides; *quem vide suo loco.*

Gythium, τὸ Γύθιον, portus et navale Lacedæmoniorum. v. 19, 6. Gythio Alexandriam solvit Cleomenes. ii. 69, 11.

H.

Hadrianus ager, *in Piceno*, ἡ Ἀδριανὴ χώρα. Prætutianum Hadrianumque agrum populatur Hannibal. iii. 88, 3.

Hæmus mons; *vide* Æmus.

Haliartus, Ἁλίαρτος, urbs Bœotiæ. xxvii. 5, 3.

Haliartii, Ἁλιάρτιοι, favent Perseo adv. Romanos. xxvii. 1, 8. 5, 3. urbe eorum antiquissima, Persico bello eversa. xxx. 18, 4. pro Haliartiis quum frustra deprecati essent Athenienses apud Romanos, turpi consilio agrum eorumdem sibi deposcunt. xxx. 19.

Hamilcar; *vide* Amilcar.

Hannibal, præfectus præsidii Pœnorum quod Agrigenti obsidetur a Romanis. i. 18. noctu elabitur cum suis. 19.

idem (*vide* i. 23, 4.) præfectus classis, Panormi versatur. i. 21, 6. per imprudentiam plures naves amittit. 21, 9 *sqq.* Pugna navali vincitur a Duilio. 22 *seq.* ægre elabitur, capta navi. 23, 7.

haud multo post in Sardinia, multis navibus amissis, in crucem actus est a suis. i. 24, 5 *sqq.*

ejus filius, Hannibal. i. 43, 4.

Hannibal, filius superioris, ab Himilcone mittitur ad Gallos mercenarios in fide continendos. i. 43, 4.

Hannibal, Amilcaris filius, (*diversus ab eo qui bellum Punicum secundum gessit*) trierarchus Adherbalis, cum subsidio militum intrat Lilybæum, a Romanis obsessum. i. 44. inde cum vacuis navibus ad Adherbalem Drepana abit. i. 46, 1.

Hannibal, (*fortasse alteruter e duobus præcedentibus*) collega datur Barcæ bello Africo, postquam Hannoni demtum est imperium. i. 82, 12. castris exutus ad Tunetem a Mathone, captusque, cruci eidem adfigitur e qua suspensus fuerat Spendius. 86.

M. *Junius Penna?* ad Ariarathem legatus. xxxi. 13, 1.

Junonis sacerdotes Argis cum Olympiorum victoribus contulit Timæus in suis historiis. xii. 12. 1. *Adde* xxiii. 18, 7. Junonis templum Argis diripuit Pharycus. ix. 34, 10.

Junonis templum Lacinii. xxxiv. 11, 9.

Junonis templum prope Cynætham. ix. 17, 1. *si vera conjectura* ὡς ἐπὶ Ἡρείου, *vel* ὡς ἐφ' Ἡρείου, *pro vulgato* ὡς ἐπὶ Πρεπίου.

Jupiter, Marti succensens apud Homerum. xii. 26, 3. Jupiter Homericus a solo Phidia recte expressus est. xxx. 15, 4.

Jovem lapidem jurant Romani ex veteri ritu. iii. 25, 7 *sqq.*

Jovis templum ἄβατον in Arcadia, in quo corpora redduntur umbræ expertia. xvi. 12, 7. Jovis mensæ (*Thebis*) aureas laminas detraxit Zeuxippus Bœotus. xiii. 2, 7.

Jovis Atabyrii templum Agrigenti et Rhodii. ix. 27, 7.

Jovis Capitolini templum, consecratum a L. Junio Bruto et M. Horatio Coss. iii. 22, 1. in eo, in Ædilium ærario servantur tabulæ fœderum. iii. 26, 1.

Cesbedium, Jovis templum prope Selgam. v. 76, 2.

Jovi Homonio (*s.* Homario) communem ædem posuerunt Crotoniatæ, Sybaritæ, Cauloniatæ, quemadmodum Achæi. iii. 39, 6. v. 98, 10.

In Jovis Idæi templo in Creta servantur tabulæ fœderum. xxvii. 16, 3.

Jovis Lycæi ara Messenæ, et columna ad eum posita cum inscriptione in honorem Arcadum. iv. 33, 2.

Jovis Olympii templum Agrigenti. ix. 27, 9. Jovis Olympii templum (τὸ Ὀλυμπιεῖον) Athenis, ornatum ab Antiocho Epiph. xxvi. 10, 12.

Jovis Olympiaci statuam Olympiæ miratur L. Æmilius Paullus Cos. xxx. 15, 3 *sq.* Jovis Olympiaci templum ornat Mummius. xl. 11. 1.

Jus, belli. ii. 58, 10. v. 11, 3 *sq.*

jus gentium violatum a Teuta. ii. 8, 12. a Mantinensibus. ii. 58, 6 *sq.*

juris repetendi formulæ. *Fragm. gramm.* 39.

juris æquabilitas; *vide* Libertas.

Jusjurandum; *vide* Sacramentum.

ejus religio summa apud Romanos, minor apud Græcos. vi. 56, 13 *sq.* exemplum religionis jurisjurandi in legatis captivorum post pugnam Cannensem. vi. 58, 3 *sq. et vs.* 12.

Justi et honesti notitia quomodo oriatur. vi. 5 *extr. et seq.*

Justitiæ initium et finis est Officii notitia et vis. vi. 6, 7.

Justitiæ oculus, quem homines impune non spernunt. xxiv. 8, 8. justitia caussæ spondet victoriam. iii. 10, 1.

Justitium per xxv annos in Bœotia. xxiii. 2, 2.

Juvenes Romæ in judiciis et in salutationibus magnam partem temporis terebant. xxxii. 15, 8. juvenes Romani quo pacto ad subeunda pericula et ad fortitudinem exercitari consueverint. vi. 39.

K.

Kerœas, (*f.* Chæreas,) unus a ducibus Ptolemæi, ad Antiochum M. transit. v. 70, 10. et ab eo Samariæ præficitur. 71, 11.

Cetera nomina in Græco sermone a K incipientia vide sub litera C.

L.

Labæ, Λάβαι, urbs Chattenias in Arabia. xiii. 9, 2.

Labbana. Vide v. 51, 2.

Labeatis, ἡ Λαβεᾶτις, regio Illyriæ in qua urbe Meteon *vel* Medeon. xxix. 2, 5.

Labryna, Λαβρύνα, *vitiosa vulgo scriptura, pro* Larymna, Λάρυμνα. xx. 5, 7.

Labus, (*sive* Labutas) Λάβος (*s.* Λαβούτας) mons ingens, quem trajiciens Antiochus ex Parthia in Hyrcaniam venit. x. 29, 3. 31, 1.

Lacedæmonem, Sparta; Lacedæmonii, Spartani. Laconia, *s.* Laconica regio, ἡ Λακωνική.

Perperam passim in codd. Polybianis Λακεδαιμονία *scribitur pro* Μακεδονία. iv. 1, 5. 29, 1. xxiii. 10, 1. *Sic* Λακεδαιμόνων *pro* Μακεδόνων. ix. 29, 1.

De Rebus Lacedæmoniorum *confer* Cleomenes, Lycurgus, Machanidas, Nabis, *&c.*

Spartæ situs. v. 22, 1 *sqq.* urbs duplo major Megalopoli. ix. 21, 2. Lacedæmonii major populus, quam Achæi proprie sic dicti. ii. 38, 3.

Lacedæmoniorum principatus brevis. i. 2, 3.

Lacedæmonii per Antalcidam pacem fecerunt cum Persarum rege; i. 6, 2. turpem pacem, qua illi Græcas Asiæ civitates Persis prodiderunt. vi. 49, 5. et suum dominatum in Græciæ civitates firmarunt. *ibid. et* iv. 27, 5. Capta per dolum Cadmea, auctorem doli pœnituerunt, nec tamen Cadmeam reddiderunt Thebanis; liberas renunciarunt Græcas civitates, nec tamen Harmostas suos inde revocarunt. iv. 27, 4.

post Leuctricam pugnam arbitrium contentionis cum Thebanis permiserunt Achæis. ii. 39, 8 *sqq.* post eamdem pugnam Messenios fœdere exclusos volunt; sed Achæorum opera comprehenduntur fœdere Messenii, excluduntur Lacedæmonii. iv. 33, 8 *sq.*

Tisamenus, Orestis filius, post reditum Heraclidarum Sparta ejectus. ii. 41, 4. *inde* Heraclidarum regnum Spartæ ad posteros propagatum. iv. 34, 5. 35, 14.

Colonia Lacedæmoniorum, Lyttus Cretæ. iv. 54, 6. *item* Tarentum. viii. 35, 9. eorumdem cognati Selgenses. v. 76, 11.

Lacedæmoniorum rempubl. e variis formis mistam voluit Lycurgus. vi. 3, 8. *et cap.* 10. ei similem esse remp. Cretensium contendunt nonnulli auctores; *a quibus dissentit Polybius*, dissimilia utriusque reip. instituta *exponens* vi. 45 *seq.* Forma reip. a Lycurgo descripta, ad tuendam patriæ libertatem idonea erat; simulac vero extrinsecus voluerunt imperium proferre Spartani, deserenda erant Lycurgi instituta. vi. 48—50. Pulcerrima respub. usi sunt a Lycurgi tempore usque ad Leuctricam pugnam; deinde a tyrannis oppressi. iv. 81, 12 *sqq.*

Tibiam et rhythmum non sine causa Lacedæmonii et Cretenses, loco tubæ, ad bellum adhibuerunt. iv. 20, 6. *μέρος* Lacedæmoniorum nongentis viris constabat, *auctore Polybio. Fragm. hist.* 25. Lacedæmoniorum reges, ex veteri instituto, prædæ bello captæ tertiam partem accipiunt. ii. 62, 1.

Spartanorum regum, Cleombroti et Agesilai contraria consilia. ix. 28, 7 *sq.* Spartam de imperio caput Epaminondas, spe excidit. ix. 8 *seq.*

Spartanorum agrum vastavit Philippus, Amyntæ filius, et oppidorum agrique partem Argivis adtribuit, partim Tegeatis, aliam Megalopolitanis, aliam Messeniis. ix. 28, 5 *sqq. cf. cap.* 33, 8 *sqq.* Isti populi, Spartanorum finitimi, præ ceteris semper impetui eorumdem expositi fuerunt. v. 92, 10.

Lacedæmonius, et Laconica disciplina imbutus, Xanthippus, is qui Regulum vicit. i. 32, 1.

In Laconicam cum exercitu intrat Antigonus *Doson;* ii. 54, 8. ii. 65. et, victo ad Sellasiam Cleomene, Sparta potitus, avitam Lacedæmoniis remp. restituit. ii. 70, 1. (*conf.* Cleomenes.) sociali fœdere eos comprehendit. iv. 9, 4 *sqq.* 15, 4 *et* 6. 16, 5. Brachyllam Bœotum curatorem urbis relinquit. xx. 5, 12. Lacedæmoniis ad commune bellum Sociorum contra Ætolos copias imperat prætor Achæorum; iv. 15, 4 *et* 6. sed illi clam fœdus et societatem cum Ætolis ineunt. iv. 16, 5. 28, 8. et imperatas mittere copias negligunt. 19, 10. regem non habentes, internis seditionibus agitantur; alii Ætolis favent, alii Philippo, qui cum exercitu in propinquo est. Adimantus ephorus cum aliis, qui Macedonibus favent, occiditur. iv. 22.

Philippus, turbis internis se non immiscens, societatem cum Lacedæmoniis firmat. iv. 24. Lacedæmonii, ad copias conscribendas ad bellum Sociale denuo ex decreto Achæorum invitati, iv. 26, 2. sine responso dimittunt legatos, et legatum arcessunt ab Ætolis. 34.

Novi motus Spartæ; trucidantur ephori Philippo favontes; fit fœdus cum Ætolis, novi creantur reges, accepto nuncio de Cleomenis morte. iv. 35. duce Lycurgo rege, Argivis et Achæis bellum inferunt Lacedæmonii, et plura oppida capiunt. 36. ex fœdere auxilia mittunt Eleis. 60, 4 *sqq.* Philippi præsentia territi, omnes rure copias convebunt. 81, 11. duce Lycurgo rege, Messeniam invadunt, sed re infecta redeunt. v. 5, 1. 17, 1 *seq.*

Philippus, ex Ætolia reversus, Spartam petit, et Laconicam usque ad Tænarum populatur. v. 18 *seq.*

Lacedæmonios ad societatem Ætolorum, Romanorum et Attali trahere student Ætoli; contra ad Philippi societatem invitant Acarnanes. ix. 28—39. Illi præferunt Ætolorum partes adv. Philippum et Achæos. x. 41, 2. Laconicam, victo Machanida, impune depræduntur Achæi. xi. 18, 8 *sqq.* eamdem rursus, regnante Nabide, per Philopœmenis stratagema incursant Achæi. xvi. 36 *seq.*

Romam legatos mittunt Lacedæmonii de obsidibus, de vicis Laconiæ, et de veteribus Exsulibus. xx. 12. obsides remittit senatus, excepto Nabidis filio. xx. 13, 4.

Spartanos 80 occidit Philopœmen, muros urbis dejicit, et veteres exsules in urbem reducit. xxii. 23, 2. xxiii. 1, 1 *sq.* 7, 5 *sq.* 11, 7. iidem Veteres Exsules mox legatis Romam missis, eosdem Achæos et Philopœmenem ingrati accusant. xxiii. 11, 7 *sq.* 12, 2 *sq.* xxiv. 4. *conf. c.* 10, 11. Alii legati Lacedæmoniorum a piratis occisi. xxiv. 11.

Sparta in Fœdus Achæorum recipitur. xxv. 1. *et cap.* 2, 1 *sq.* De variis generibus Exsulum Spartanorum deliberant Achæi. xxv. 1, 8 *sqq. et cap.* 3. rursus de eisdem deliberant Achæi. xxvi. 1. et novam legationem utrique Romam mittunt. xxvi. 2. *et cap.* 3, 1. Romanorum responsum. 3, 2 *sqq.*

Lacedæmonii de agro litigant cum Megalopolitanis, arbitris Romanis. xxxi. 9, 7.

controversias et bellum habent cum Achæis, quod componere frustra tentat S. Julius Cæsar, legatus Romanorum. xxxviii. 2 *seq.* xl. 2, 6.

Lacinium, Λακίνιον, promontorium Italiæ *in Bruttiis*, cum celebri Junonis templo. xxiv. 11, 9 *sq.* circa Lacinium fere per biennium hæret Hannibal. xv. 1, 11. eodem loci in columna æneis tabulis inscribi curavit numerum copiarum, quas partim in Hispania reliquit Asdrubali fratri, iii. 33, 18. partim quibus ipse in Italia usus est. iii. 56, 4.

Lacus in Alpibus plures. xxxiv. 10, 19 *sqq.*

Lacus Mæoticus, Τραιμενὸς &c. *vide suo loco.*

Lade, Λάδη, *insula Ioniæ ante Miletum.* xvi. 14, 5. ubi pugnata est pugna navalis inter Philippum et Rhodios. *ibid. et sqq.*

Ladicus, Acarnan, Triphylia a Philippo præfectus. iv. 80, 15.

Ladocea, τὰ Λαδίκεια, locus in agro Megalopolitano, ubi acie victi sunt Achæi a Cleomene. ii. 51, 3. 55, 2.

C. Lælius, a puero sodalis et comes Scipionis Afric. majoris. x. 3, 2. ex eo multa cognovit Polybius ad Scipionem pertinentia. *ibid.* solus consiliorum Scipionis erat conscius. x. 9, 1 *et* 4. classi præfectus. *ibid. et* 12, 2. eidem Scipio tradit nobiliores captivos Romam ducendos. x. 18, 2.

Roma ad Scipionem redit. x. 37, 6. pugnat ad Bæcula 39, 4. interest pugnæ cum Indibili. xi. 32 *seq.* cum Scipione Romam redit. xi. 33, 8.

in Africa, cum Masinissa, castra Syphacis incendit. xiv. 4. victum acie Syphacem persequitur. xiv. 8 *seq.* equitatui præest in pugna Scipionis cum Hannibale. xv. 9, 8. et fortiter rem gerit. *c.* 12. *et* 14, 7 *sq.*

Lamas, Λαμάδος. *vide* Popillius.

Læstrygones, Λαιστρυγόνες, Leontinum campum in Sicilia habitantes. viii. 11, 13.

Lævi; *vide Lai.*

Lagius, a Dæo in carcerem conjectus, mox rursus dimissus. xl. 5, 2 *seqq. conf.* 4, 1.

Lagoras, Cretensis, Nicolai juvenis, ducis Ptolemæi, fauces prope Berytum occupat, contra Antiochi adventum. v. 61, 9.

ejus consilio capitur urbs Sardes. vii. 15 *seqq.* primus ipse murum conscendit. 17, 3. et urbem occupat. c. 18.

Lagus, Ptolemæi pater. ii. 41, 1. v. 67, 10.

Lai, (*s.* Lævi) Λάοι, *forte* Λαῖοι, populus Gallicus, ad Padi fontes habitans. ii. 17, 4.

Lamia, Λαμία, *Thessaliæ oppidum.* xx. 11, 2 *sq.*

pugna ad Lamiam. ix. 29, 2.

Laminis aureis et argenteis vestita omnia in regia Ecbatanæ. x. 27, 10. laminas aureas Jovis aræ detraxit Zeuxippus. xxiii. 2, 7.

Lamius, Ambraciota, Ætolorum legatus Romam missus. xvii. 10, 2.

Lampæi, Λαμπαῖοι, (*al.* Λαμπαιῶται) Cretenses, a Cnossiorum societate ad Lyttios deficiunt. iv. 53, 6. urbe sua excipiunt Lyttios, quorum urbs, civibus in expeditionem profectis, diruta et incensa fuerat a Cnossiis. iv. 54, 5. Lampæi et Polyrrhenii cum Achæo et Philippo societatem ineunt. 55, 1.

Lampetia, Λαμπέτεια, urbs Bruttiorum. xiii. 10, 2.

Lampsacus, ἡ τῶν Λαμψακηνῶν πόλις, occupata ab Antiocho. xxi. 10, 3. 11, 2.

Lampsacenorum legati Lysimachiæ coram Antiocho cum legatis libere agunt. xviii. 35.

Landamis, *mendosa scriptura codicis Bav.* xxxi. 16, 2. *pro* Κάλανδα.

Laodice, soror Andromachi, patris Achæi, uxor Seleuci Callinici, mater Antiochi Magni. iv. 51, 4. viii. 22, 11.

Laodice, Mithridatis filia, Ponti regis, Antiochi M. uxor. V. 43, 1 *sqq.* filium parit Antiocho. v. 55, 2. (*Neptis fuit Seleuci Callinici ex filia, quæ Mithridati nupserat, ut discimus ex Justini lib. XXXVIII. c.* 5, 3. *eodemque Antiochi mariti neptis ex sorore.*)

Laodice, Mithridatis filia, (*soror, et uxor*

tur, natu major superioris) Achæi uxor. viii. 21 *seq.* educata a Logbasi Selgensi. v. 74, 4.

Laodice, Persei sponsa, magna pompa a Rhodiis ad regem deducta. xxvi. 7, 7 *sqq.*

Laodice, filia Antiochi Epiphanis, cum Alexandro, qui ejus frater perhibebatur, Romam adducitur ab Heraclide. xxxiii. 14, 1 *sq.* 16, 6 *sqq.*

Laodicea *ad mare*, Λαοδίκεια, *una e quatuor principibus Syriæ urbibus.* v. 45, 8. (*nisi ibi intelligenda* Laodicea ad Libanum, *quam ad introitum Campi Maryæ sitam Strabo ait; cf. Cellar.* iii. 12. p. 443. *At Polybius*, Antiochum, Laodicea profectum, *nonnisi* trajecto deserto Maryam Campum ingressum esse *scribit.*

Laodiceæ Syriæ Cn. Octavium occidit Leptines. xxxii. 7, 2. Laodicenses, Λαοδικεῖς. xxxii. 7, 3.

Laodicea Phrygiæ, Λαοδίκεια ἡ ἐν Φρυγίᾳ. Ibi diadema et regium titulum sumsit Achæus. v. 57, 5.

Laodicii campi. Sic ex vitiosa lectione vulgo editum erat, pro Ladocea, *quod vide.*

Lapateni, Λαπατηνοί; cum eis de deditione per legatos agit Lucius *nescio quis. Fragm. hist.* 26.

Lepethus, Λέπηθος, *s.* Λέπηθος, *Lapithus*; urbs Cypri. xl. 12, 6.

Laqueo de collo pendente verba facere jubebat lex Zaleuci. xii. 16, 9 *sqq.*

Largitiones Romæ infames, et pro capitali crimine habitæ; apud Pœnos ne turpes quidem habebantur. vi. 56, 3 *sq.*

Larinas ager, ἡ Λαρινᾶτις χώρα, in Apuliæ confinibus. In eo est arx Calela *vel* Calena. iii. 101, 3.

Larissa, ἡ Λάρισσα, Thessaliæ urbs, in potestate Philippi. iv. 66, 7. 67, 6. v. 97, 4. 99, 1 *sqq.* ix. 18, 6. xviii. 2, 3. victo Philippo, eam petit T. Quintius. xviii. 10, 5. 17, 8. chartophylacium ibi habuerat Philippus. xviii. 16, 2.

Larissæi, Λαρισσαῖοι. v. 99, 4.

Larissa Cremaste, Λάρισσα ἡ Κρεμαστή, *in Thessalia, prope Echinum, haud procul a mari.* Eam a Philippo repetunt Ætoli. xviii. 21, 3. *quo e loco aliquot, eamdem* Larissam Cremasten intelligendam esse. xvii. 3, 12. *et* 8, 9. *quamquam ibi non adjectum cognomen.*

Larius lacus, in Alpibus; ἡ Λάριος λίμνη. xxxiv. 10, 21.

Larymna, ἡ Λάρυμνα, opp. Bœotiæ. xx. 5, 7. *Mendose vulgo* Λαβρύνα.

Lasion, ὁ Λασιών, urbs Eleorum, capta a Philippo, Achæis traditur. iv. 72, 7. 73, 1 *sq. Videtur* in Pisatide *fuisse.* iv. 74, 1. Prope eam est Pyrgus, castellum Eleorum ἐν τοῖς Πισατικοῖς, captum a Philippo. v. 102, 6.

Lasys, *s.* Lases, Thespiensium legatus Romam. xxvii. 1, 1.

Latina lingua vetus, multum diversa ab ea, qua utebantur Romani ætate Polybii. iii. 22, 3.

Latini, a Romanis subacti. i. 6, 3. Latini nominis socii in tabulas militares relati bello Gallico Cisalp. 80,000 pedites, 5000 equites. ii. 24, 10.

Latium, ἡ Λατίνη χώρα. Latii oppida maritima antiquis fœderibus Romanorum cum Pœnis comprehensa. iii. 22, 11. 23, 6. 24, 5 *et* 16. in Latio castellum ædificare vetantur Pœni fœdere cum Romanis. iii. 22, 13.

Latronum societas perit, ubi fidem ipsi inter se non servant. iv. 29, 4.

Lattabus, Ætolus, conventum Bœotorum violat. ix. 34, 11.

Laurentinus populus, δῆμος Λαυρεντῖνος, in ora Latii, antiquis Romanorum fœderibus cum Pœnis comprehensus. iii. 22, 11. 24, 16.

Lebadenses legati ad Q. Marcium, Λεβαδεῖς, *ex Lebadia* Bœotiæ, urbem suam Romanis tradunt. xxvii. 1, 4.

Lebecii, *s.* Libicii, Λιβίκιοι, populus Gallicus, circa Padi fontes. ii. 17, 4.

Lechæum, τὸ Λέχαιον, Corinthi portus ab occidente. (*Nonnumquam* Λέχαιον *dant codd. nostri omnes*, ut v. 24, 12. 25, 4.) Eo conveniunt naves Philippi et Achæorum. v. 2, 4. in portum redeunt. 17, 8. 24, 12. *Adde* v. 26, 3.

Lechetæ. Λεχαιῶν regulum *facium!* Indibilem *codices nostri*; *unus* Λεγγητῶν, pro Ἰλλεργητῶν. x. 18, 7.

Lectio. *Vide* Legendi usus.

Legati decem ordinandis provinciis. *Vide* Decem legati.

Legati regum populorumque in senatum Romæ introducuntur a Consulibus. vi. 12, 2. *et, his absentibus*, a prætore. xxiii. 1, 3. *et* xxiv. 1, 8. interdum a tribuno plebis invito prætore. xxx. 4, 6.

legati populorum sociorum in urbem statim intromittuntur; legati populorum quibuscum bellum est Romanis, ultra Tiberim tendere jubentur. xxxv. 2, 3 *sq.* Persei legati Roma et Italia jubentur excedere. xxvii. 7. pariter legatus Ptolemæi Philomet. xxxii. 1, 3.

Legationes *diversorum populorum regumque, a Polybio commemoratæ:*

Achæorum; in Ægyptum destinata. xxv. 7. in Ægyptum missæ. xxviii. 10, 8 *sq. et cap.* 16, 3. *et* 17, 3. xxix. 9, 6.

ad Antiochum Epiphanem. xxix. 9, 6. ad Attalum. xxviii. 10, 7. ad Philippum regem. iv. 15, 1 *sq.* 64, 1 *sqq.* Rhodum. xvi. 35. Romam. xvii. 10, 11. xxiv. 10. xxv. 2, 3 *et* 11. xxvi. 1 *seqq.* xxxi. 6, 1. *et cap.* 8. xxxii. 2. xxxiii. 13. ad Romanum Cos. Q. Marcium. xxviii. 10 *seq.* in Syriam. xxix. 9, 6. *Conf.* Achæi.

Ætolorum; ad Rhodios et Athenienses. xxii. 8, 10. Romam. xvii. 10, 9. xxi. 1. xxii. 6, 11. *et cap.* 9, 7 *sqq.* xxii. 5, 18 *sq.* xxii. 13, 15 *sq.* *et cap.* 14. *Conf.* Ætoli.

Amynandri regis, Romam. xvii. 10, 7.

Antiochi Magni; ad Scipiones. xxi. 10 *seqq.* xxi. 13. Romam. xxii. 8. Antiochi Epiphanis, Romam. xxvii. 17. *et* xxviii. 1. xxviii. 18.

Aravacarum, Romam. xxxv. 2.

Ariarathis, ad Cn. Manlium procos. xxii. 24, 4 *sqq.* Ariarathis filii, Romam. xxxi. 14. xxxii. 8.

Asiæ civitatum, Romam adv. Eumenem. xxxi. 6, 4.

Attali, Romam. *Vide* Attalus, Attali filius.

Atheniensium, ad Attalum. xvi. 25. in Ægyptum. xxviii. 16. Romam, pro Ætolis. xxii. 14. pro Haliartiis et pro se. xxx. 18. ad Scipiones, pro Ætolis. xxi. 2. pro se ad deprecandam mulctam, propter Oropi vastationem impositam. *Spicileg. ex lib.* xxxiii. *conf.* Athenienses.

Bœotorum, ad T. Quintium. xviii. 26. Romam. xxiii. 2, 9.

Carthaginensium. *Vide suo loco, in* Carthago *et* Carthaginienses. *Et sic de ceterorum sive populorum sive regum legationibus, quæ hoc titulo in Indice Casauboniano commemorantur, vide nomina ipsorum populorum regumque, de quorum legationibus agitur; nec opus est eadem hoc loco repetere. Consule etiam, si lubet, Indices Argumentorum ad calcem Tom. IV. nostræ hujus Editionis.*

Romanorum Legationes ad exteras gentes decernuntur mittunturque a Senatu. vi. 13, 6 *sq.* Legatus Romanus per insidias necatur a Teuta regina. ii. 8, 12. legati Romani occiduntur a Gallis. ii. 19, 9. violantur ab Oxybiis. xxxiii. 7. a Pœnis. xv. 2. Cn. Octavius, legatus Romanus, occiditur in Syria. xxxi. 19, 1. Æmilio legato Romano festive illudit Philippus. xvi. 24. *Celebris* legatio C. Popillii in Ægyptum ad Antiochum Epiphanem. xxix. 11. Scipio Africanus, legatus ad regna terrarum orbis componenda, nonnisi quinque servos secum habuit. *Fragm. hist.* 68.

Legendi usus et exercitatio vim habet admirabilem. x. 47, 6 *sqq.*

Leges; *vide* Lex.

Legio Romana, *στρατόπεδον.* Quatuor legiones consulares quotannis legunt Romani, (VI. 19, 6 *sq.*) peditum quamque 4000, equitum 300. i. 16, 2. interdum ped. 4200, interdum 5000; equitum vero alias 200. iii. 107, 10 *sq.* vi. 20, 8 *sq.* Bello Gallico Cisalpino, quatuor legiones in Etruriam missæ sunt, quarum peditum 5200, equitum 300. ii. 24, 3. cum 4 legionibus illis Romanis, erant Sociorum pedites 30,000; equites 2000. *ibid. ve.* 4.

Bello Punico secundo, in pugna ad Trebiam, junctæ erant quatuor legiones consulares, continentes 16,000 pedites Romanos, socios 20,000; equites Romanos sociosque 4000. iii. 72, 11 *sq.* in Pugna Cannensi, ecto junctæ erant legiones Romanæ, quarum cuique adtributus erat suus numerus sociorum. iii. 107, 9.

Sociorum numerus, legioni Romanæ adtributorum, peditum par, equitum plerumque triplex. iii. 107, 12. vi. 26, 7. *conf.* vi. 30, 2. Legio Romana, *στρατόπεδον Ῥωμαϊκόν*, distinguitur a sociis, *συμμάχοις.* ii. 24, 3 *sq.* iii. 107, 12. *et* x. 16, 4. *ubi δύο στρατόπεδα Ῥωμαϊκὰ et δύο στρατόπεδα συμμάχων* conficiunt duas integras legiones consulares.

Quatuor legiones quatuor complent classes; prima legio dicitur prima classis, *et* sic porro; cum quibus M. Regulus et L. Manlius Cos. Africam petunt. i. 26.

Quarta legio a Boiis obsessa in Tannetis vico. iii. 40, 13.

Lembus, *λέμβος*, Illyriorum proprium genus navigii. v. 109, 3.

ante primum Punicum bellum, lembum nullum habuerant Romani. i. 20, 13. lembi, classem Romanam in Siciliam navigantem primo sciti. i. 58, 9.

Lembi centum vehunt 5000 Illyrios. ii. 3, 1. lembis duobus, non amplius, Lissum prætervehi licet Illyriis ex lege fœderis cum Romanis. ii. 12, 3.

lemborum magnum numerum Galli in Rhodano habebant, quibus negotiationem maritimam exercebant. iii. 42, 2. lembis Rhodanum trajicit exercitus Hannibalis. 43, 2.

classem lemborum centum paravit Philippus ad transportandum militem. v. 109. lembi per Isthmum Corinthiacum transvehuntur. *vide* Isthmus.

Lemnus insula, *ἡ Λῆμνος*, cum Dolo, Atheniensibus petentibus datur a senatu Romano. xxx. 18.

Æthalia etiam nominantur. xxxiv. 11, 4.

Lentulus, Λέντλος et Λέντουλος. xviii. 31, 1.

C. *Cornelius* Lentulus, legatus Romanorum ad Ptolemæum juniorem Cyrenen. xxxii. 1, 4.

L. Lentulus, legatus ad res Græciæ et Asiæ inspiciendas. xxxi. 23, 9.

P. *Cornelius* Lentulus, unus ex decem legatis T. Quintio a senatu missis post bellum Philippicum; navigat in Asiam, et Bargylia urbem liberat. xviii. 31, 1. revertitur Selymbriam in Thraciam, et inde Lysimachiam abit ad colloquium cum Antiocho. xviii. 33, 1 *sq. coll.* 32, 3.

P. *Cornelius* Lentulus, frater Servii. xxvii. 2, 12. legatus Roman. ad Attalum et Prusiam. xxxii. 26, 1. xxxiii. 1, 1.

Servius *Cornelius Lentulus*, Chalcidi præficitur a Q. Marcio legato Romanor. xxvii. 2, 8.

Leo. *vide* Leon, *et* Leones.

Leocritus, ad devastandam Galatiam mittitur a Pharnace. xxv. 4, 1 *et* 6.

Leon, præfectus equitatus Macedonici in prælio ad Cynoscephalas. xviii. 5, 2.

Leon, dux copiarum ab Eumene auxilio missarum Cydoniatis Cretensibus adv. Gortynios. xxviii. 13, 2 *sq.*

Leones nonnisi senio confecti lavadunt homines; capti e cruce suspenduntur. *Spicileg. ex lib.* xxxiv. *num.* 11. leonum multitudo in Africa. xli. 3, 5.

leonem, qui Persarum regis equum invaserat, occidit homo Persa, cui rex omnem regionem dono dat, quæ Cappadocia inde denominata est. *Fragm. hist.* 10.

Leonidas, Λεωνίδης, ad mortem voluntariam proficiscitur. ix. 38, 3.

Leonidas, *secundus ejus nominis*, Λεωνίδης, socer Cleombroti, regno Spartæ excidit. iv. 35, 11.

Leontini, Leontinorum oppidum, Leontium, in Sicilia, ἡ τῶν Λεοντίνων πόλις, *ubi occisus est Hieronymus rex Syracusanorum.* Situs et partes urbis. vii. 6.

Leontium, Λεόντιον, urbs Achaiæ, ex xii primum olim fœderatis. ii. 41, 8. cum præda e Pharæensium agro facta, Leontium se recipit Euripidas Ætolus, dux Eleorum. v. 94, 5.

Civis Leontesius *vel* Leontensis, Λεοντήσιος. xxvi. 1, 8.

Leontius, comes Philippi regis, cetratorum præfectus relinquitur ex testamento Antigoni, tutoris Philippi. iv. 87, 8. v. 27, 4. totus est in potestate Apellis, qui ad se omnem potestatem trahere molitur. iv. 87, 9. Leontii et Apellis malas artes intelligit Philippus. v. 1, 8. Leontius conjurat cum Apelle et Megalea, de impediendis consiliis regis. v. 2, 8.

Per Leontii perfidiam Palus oppidum Cephalleniæ, muro jam subruto, non capitur. v. 4. *et* 100, 7. consilium Philippi Thermum pergendi impedire conatur Leontius. v. 7. rebus lætis Philippi dolet Leontius cum Megalea. v. 14, 11. post cœnam Aratum in via publica lapidibus incessit, mox vero e tumultu se subducit. v. 15. deprehenso Megalea, cum regem minus terrere non posset Leontius, sponsorem se dat pro mulcta Megaleæ dicta. 16. Argis eadem patraverat post discessum Antigoni. 16, 6.

seditionem militum concitat adv. Philippum, et Apellem advocat. v. 25 *seq.* postquam Megaleas aufugit, sponsor ejus Leontius in vincula conjicitur, moxque necatur jussu Philippi. 27. merito. v. 100, 7.

Leontius, præfectus præsidii Ægyptiaci Seleuciæ, coactus proditione minorum ducum, urbem Antiocho M. tradit. v. 60, 9 *sq.*

Lepidus; *vide* Æmilius.

Leporis et cuniculi differentia. xii. 3.

Lepreum, Λέπρεον, oppidum Triphyliæ in Peloponneso. iv. 77, 9.

Cives Lepreatæ, Λεπρεᾶται, excedere coacto præsidio Eleorum et Ætolorum, Philippo urbem tradunt. iv. 79, 2. 80 *toto.*

Leptines, Syracusanus, socer Hieronymi. i. 9, 2 *sq.*

Leptines, αὐτόχειρ Cn. Octavii legati Rom. in Syria. xxxii. 4 *extr.* homo fanaticus, Romam missus a Demetrio sotere, remissus a senatu. 6 *seq.*

Leptis, opp. Libyæ, ubi pugnat Matho, dux rebellium, cum Amilcare. i. 87, 7.

Lergetæ, Λεργῆται, *ex codicum nostrorum scriptura* iii. 38, 15. *ubi ex Livio* Ilergetes *scripsimus.*

Leucæ, Λεῦκαι, oppidum Peloponnesi, ditionis Argivorum, *ad sinum Argolicum* inter Prasias et Cyphanta portum; Argivis eripitur a Spartanis. iv. 36, 5. *Confer* Prasiæ *et* Cyphanta.

Leucæ, Λεῦκαι, locus Laconicæ, inter Acrias et Bœarum agrum, *ad oram sinus Laconici.* v. 19, 8. *Hunc locum Strabo, lib. VIII. p.* 368. *inter vicum vel oppidulum, cui Helos nomen et inter Cyparissiam ponit, hisque verbis designat:* ἔστι δὲ καὶ πεδίον καλούμενον Λεύκη. *Confer Liv. XXXV.* 27. *et Polyb.* v. 19, 7.

Leucas *vel* Leucadia, *peninsula cum urbe cognomine*, Acarnaniæ *contigua, et ab*

ea *nonnisi* Dioryeto *separata*, *id* est canali manu facto. *vide* Dioryctus.

Leucadem ex Cephallenia navigat Philippus; inde in Ambracicum sinum. v. 5, 11 *sq.* eodem redit. v. 16, 5. et inde Corinthum repetit. 17, 8. *Adde* xxii. 9, 19.

Scerdilaidi lembi Leucadem adpellunt, et ibi piraticam exercent. v. 95, 1 *sqq.* 101, 1. 108, 1.

Philippus ibi cum classe stans, Romanam classem observat. v. 109, 9.

Leucadem sibi a Romanis, post bellum Philippicum, postulant Ætoli. xviii. 30, 8.

Leuctra, τὰ Λεῦκτρα, oppidum Laconiæ.

Leuctrica pugna, ἡ ἐν Λεύκτροις μάχη. i. 6, 1. Post Leuctricam pugnam contentionum suarum arbitrium Thebani et Spartani Achæis permittunt. ii. 39, 8. a Lycurgo usque ad Leuctricam pugnam pulcerrima repub. usi sunt Lacedæmonii. iv. 81, 12. Leuctricis temporibus, ἐν τοῖς Λευκτρικοῖς καιροῖς, summam gloriam et potentiam adepti sunt Bœoti. xx. 4, 2.

paulo ante Leuctricam pugnam, πρὸ τῶν Λευκτρικῶν, mari hausta est Helice, urbs Achaiæ. ii. 41, 7.

ad Leuctrica tempora postquam in historia sua pervenit Theopompus, subito abrumpit filum, et ad res Philippi transsilit. viii. 13, 3.

Lex apud Romanos servum necat fugitivum. i. 69, 5.

lex de dividendis agris, a C. Flaminio lata, magnorum caussa malorum. ii. 21, 7 *sq.*

legum sanciendarum apud Romanos arbiter erat Populus. vi. 14, 10. 16, 3.

Lycurgi, Zaleuci leges. *Vide* Lycurgus, Zaleucus.

Liba *vel* Libba, ἡ Λίβα *vel* Λίββα, urbs Mesopotamiæ ad Tigrim; *forte eadem cum Lambana vel Labbana*. v. 51, 2.

Libanus mons, ὁ Λίβανος. Marsyas campus, inter Libani et Antilibani radices. v. 45, 9. in Libani et Antilibani confinibus oritur Orontes, per Amyces Campum Antiochiam fluens. v. 59, 10.

Libani montis radices oram maritimam Phœniciæ, circa Platanum et Porphyreonem, in angustum spatium cogunt. v. 69, 1 *sqq. coll.* 68, 6.

Libera civitas; *vide* Civitas, et Democratia.

Liberalia, ab Arcadibus solennibus ludis celebrata, Διονυσιακοῖς αὐλητῶν. iv. 20, 9.

Liberi patris theatrum, τὸ Διονυσιακὸν θέατρον, theatrum ludis scenicis agendis Alexandriæ. xv. 30, 4. *Conf.* Theatrum.

Liberi, pignus fidei. viii. 2, 3.

pro liberis et patria pugnantes Romani, iræ modum ponere nesciunt. vi. 52, 7.

Libertas et juris æquabilitas nulla usquam magis perfecta quam in Achæorum republica. ii. 38, 6.

de Libertate cogitare non possunt quibus Pax sine exceptione summum bonum videtur. iv. 31, 4.

libertas ex Lycurgi legibus diutius Lacedæmoniis, quam ulli alii populo, conservata est. vi. 10, 11.

Liberti habitu incedens Prusias, libertum populi Romani se esse profitetur. xxx. 16.

Libicii; *vide* Lebecii.

Libra Romana. Talentum optimi argenti Attici non minus 80 libris Romanis pendit. xxii. 26, 19.

Libri multi uno filo contexti, faciliores sunt lectu, quam qui separatim res eadem persequuntur. iii. 32, 2.

e Libris commodius et minori periculo discitur, quam proprio usu rerum. xii. 27, 4 *sqq.*

Liburnus mons, τὸ Λίβυρνον. iii. 100, 2. *Fortasse mendosa scriptura, pro* τὸ Τίβυρνον, Tiburnus mons.

Libya. *Vide* Africa. Libycum bellum; *vide* Africum bellum.

Libyna, Λιβύη. Sic vulgo legebatur xxxi. 25, 8. *et* 26, 3. *mendose, ut putavi, pro* Libya, Λιβύη. *Pariter* Libyes, Λίβυες, *vulgo* xxxi. 26, 9 *et* 11. *pro* Libyes, Λίβυες.

Libyphœnices, Λιβυφοίνικες, in præsidiis Pœnorum in Hispania. iii. 33, 15.

L. Licinius Lucullus, Cos. cum A. Postumio. xxxv. 3, 7.

P. Licinius *Crassus* Cos. prælio victus a Perseo, pacem petenti hosti negat, nisi penitus se in potestatem tradat Romanorum. xxvii. 8. princeps legatorum ad Gallogræcos. xxx. 3, 7.

Ligeris amnis, ὁ Λίγηρ; super eum est Corbilo emporium. xxxiv. 10, 6.

Ligures. Λιγυστικά; *et* Λίγυες xxxiv. 10, 18. habitant utrumque latus Apennini montis in superiori Italia. ii. 16, 1. eorum fines. *ibid.* mercenarii Pœnorum. i. 17, 4. 67, 7. iii. 33, 16. Ligures contra Magonem pugnantes, *secus ubi Fragm. hist.* 31.

Ligures bello vexant Massilienses. xxxiii. 4. populi Ligures, Oxybii et Deciatæ, legatos violant Romanorum; bello eos domat Q. Opimius consul. xxxiii. 7 *seq.*

Liguria, ἡ Λιγυστικὴ *et* ἡ Λιγυστίνη. ii. 31, 4. iii. 41, 4. vii. 9, 6 *sq.*

Ligusticum scutum, Λιγυστικὴ βύρσα. xxix. 6, 1.

Ligyrgus mons, mendosa scriptura, pro Oligyrtus *vel* Olygyrtus. iv. 70, 1.

Lilybæum, τὸ Λιλύβαιον, promontorium Siciliæ, ad occasum hibernum, dividens mare Africum a Sardoo. i. 42, 6.

Lilybæum, τὸ Λιλύβαιον, urbs et portus Siciliæ, in potestate Pœnorum. i. 25, 9. 42, 7. pertinaci studio et labore frustra obsidetur oppugnaturque a Romanis. i. 41—48. *et* 53 *seq.* 55, 3 *seq.* Lilybæo præfectus Himilco. i. 42, 12. 53, 5.

ad Lilybæum classis Romana, in ancora stans, partim capitur, partim crematur. i. 53. Lilybæum navigans L. Junius, omnem classem naufragio amittit. 54. Finito primo bello Punico, reliquas suas copias Lilybæum contrahunt Pœni, et inde in Africam trajiciunt. i. 66, 1.

Lilybæi magnos adparatus ad secundum bellum Punicum in Africam transferendum facit Ti. Sempronius. iii. 41, 3. 61, 8 *sq.* Lilybæi classem Romanam in statione locat Cn. Servilius. iii. 96, 13. v. 109, 6. ea classis in Italiam reducitur. iii. 106, 7. de eadem classe decem naves Rhegium missæ, Scerdilædæ succursuræ, Panicum pavorem incutiunt Philippo. v. 110, 2 *sq. et vs.* 9.

Lilybæum Pœni, tertio Punico bello, obsides mittunt Romanis. xxxvi. 2, 6. 3, 6 *sqq.*

Lilybætanus ager, ἡ Λιλυβαίτις χώρα. i 39, 12.

Limax, vi interioris mechanismi gradiens et salivam exspuens, producitur in theatro Athenis. xii. 13, 11.

Limnæa, Λιμναία, urbs Acarnaniæ cum portu, in sinu Ambracico. v. 5, 14. 6, 5. 14, 2.

Limnæus, Asiæ dynasta, dona mittit Rhodiis. v. 90, 1.

Limnæus, Philippi legatus de pace ad T. Quintium. xviii. 17, 4.

Limnæus, Polemocratis filius, obses a Perseo mittitur Genthio. xxix. 3, 6.

Limopsoros, ὁ λεγόμενος λιμόψωρος, morbus castrensis, *quasi dicas* scabiem e fame ortam. iii. 87, 2.

Lingones, populus Gallicus, cis Padum habitans, ad Adriaticum mare, ab oriente Boiorum, supra Senones. ii. 17, 7. Λίγγωνες *cum Cluvero scripsi, cum mendose vulgo legeretur* Αἴγωνες, Ægones.

Lingua; *vide* Latina lingua.

linguarum varietas tumultum excitat in Pœnorum exercitu. i. 67, 3 *sqq.* ἄλλη γ' ἄλλων γλώττα &c. in exercitu Hannibalis. xv. 12, 9.

linteum sublatum, pugnæ inchoandæ signum in exercitu Antigoni. ii. 66, 10.

Lintres ex una arbore in Rhodano, μονόξυλα σκάφη. iii. 42, 2. eis levem armaturam trans fluvium trajicit Hannibal. 43, 2.

Lipara urbs, ejusdem cum insula nominis, ἡ Λιπάρα, ἡ τῶν Λιπαραίων πόλις, οἱ Λιπαραῖοι. Oppugnatur a Romanis. i. 24, 13. capitur. 39, 13. ad eam capitur Cn. Cornelius consul. i. 21, 5 *sqq.*

Liparææ insulæ, *ai* Λιπαραῖαι καλούμεναι νῆσοι, *eædem quæ Æoliæ et Vulcaniæ, quarum una est Liparæ.* i. 25, 4. Pugna navalis ibi commissa. i. 25.

Liparæ, *ai* Λιπάραι. xxxiv. 11, 19.

Lissus, Λίσσος. iii. 16, 3. urbs Illyriæ; *de cujus* situ et arce, Acrolisso, *vide* viii. 15, 3 *sqq.*

ultra Lissum pluribus quam duobus lembis navigare vetantur Illyrii ex fœdere cum Romanis. ii. 12, 3. contra illud fœdus facit Demetrius Pharius cum Scerdilæda. iii. 16, 13. iv. 16, 6.

Lissum et Acrolissum capit Philippus. viii. 15 *seq.* Lissi versatur Genthius, rex Illyriæ. xxviii. 8, 4.

Lissios vulgo perperam et invitis libris ediderant xxxii. 18, 1. *pro* Issiis.

Lissus, Λίσσος, Siciliæ fluvius, Leontinos præterfluens. vii. 6, 5.

Literæ; *vide* Epistola.

Literæ Alphabeti in quinque tabellas relatæ, in usum signorum facibus dandorum. x. 45 *seq.*

C. Livius, Tarenti præfectus, sua incuria et luxuria commisit, ut urbs Hannibali proderetur. viii. 27, 7 *et* 11. 29, 1 *sqq.* in arcem evadit. 32, 6.

C. Livius *Salinator*, vincit classem Antiochi. xxi. 1, 1. legatus ad Prusiam mittitur. xxi. 9, 12.

M. Livius *Salinator* Cos. cum Claudio Nerone Asdrubalem, fratrem Hannibalis, acie vincit. xi. 1 *et* 3.

Lixus, Africæ fluvius. *Spicileg. ex lib. XXXIV. num.* 7.

Lochagus *nomen pr.* viri Ætoli Romam abducti. xxvii. 13, 14.

Locri *vel* Locrenses, (*cogn. Epizephyrii*) civitas Magnæ Græciæ. x. 1, 4. οἱ ἐν Ἰταλίᾳ Λοκροί. xii. 10, 5. 11, 2 *et* 7. Locri Siculos, inferiorem Italiam incolentes, sedibus ejecerunt; xii. 5, 10. doloso fœdere cum vis facto. xii. 6.

Romanis naves commodato præbent, primum in Siciliam trajicientibus. i. 20, 14. Locrorum agrum populatur Amilcar Barca. i. 56, 3.

de Locris bene meritus est Polybius. xii. 5, 1 *sqq.* eorum origo. xii. 5, 4 *sqq.* nobilitas apud eos a feminis derivatur;

centum familiæ; virgines quotannis Ilium mittere; Phialephori; &c. *ibid.* de Locrensium origine sententiam Aristotelis temere insectatus est Timæus. xii. 6 *seqq.* Servos alere non licuisse Locris, contendit Timæus. xii. 6, 7 *sq.*

Leges Locrensium, auctore Zaleuco. xii. 16.

Locri Græciam habitantes, *οἱ κατὰ τὴν Ἑλλάδα Λοκροί.* xii. 10, 2. duplices. xii. 11, 2 *sq.* 12, 5.

Locri tuti non sunt quamdiu Philippus Chalcidem tenet. xvii. 11, 6. liberi renunciantur ex SC. Romanorum. xviii. 29, 5. ita tamen, ut Ætolorum concilio sint adtributi. 30, 9.

regio Locris, *ἡ Λοκρίς.* Ex ea Philippus deducere præsidia jubetur a T. Quintio. xvii. 10, 4.

Logbasis, Selgensis, patriam Achæo prodit. v. 74 *seq.* deprehensus occiditur. 76. hospes fuerat Antiochi illius qui in Thracia est mortuus; et educaverat Laodicen, Achæi uxorem 74, 4 *sq.*

Lotus fluvius; mendose olim scriptura. vide Aous.

Longanus, fluvius Siciliæ, per Mylænum campum decurrens; *ὁ Λογγανὸς καλούμενος ποταμός.* i. 9, 7. *ὁ Λογγανὶς apud Diodorum, mendose, ut videtur.*

Lorgitæ, mendose olim scriptura, pro Lergetes *vel* Ilergetes. iii. 33, 15.

Lorica peditum Romanor. vi. 23, 15. Equites olim loricas non habuerant. 25, 3 *sq.*

Lotophagorum insula, Meninx. i. 39, 2. xxxiv. 3, 12.

Lotus arbor, et ejus fructus. xii. 2.

Lous fluv. *mendose olim scriptura* xxvii. 14, 3. *pro* Aous.

Lucani, *Λευκανοί*, oram inferioris Italiæ incolentes. x. 1, 3. socii Romanor. ii. 24, 12.

Luceria, *Λουκηρία*, Romanorum colonia in Daunia. iii. 88, 5. ejus agrum populatur Hannibal. *ibid.* abest xxv. M. P. a Gerunio. iii. 100, 1 *et* 3.

Lucius; *vide* Æmilius, Cæcilius, Cornelius, Tarquinius, Valerius &c.

Lucius *nescio quis* cum Lapatenis de deditione agit. *Fragm. hist.* 26.

Lucius, *nescio quis*, Romanus, imprudens, receptum sibi nullum reliquum fecit. *Fragm. gramm.* 14.

C. Lucretius, prætor, cum classe stans ad Cephalleniam, naves petit a Rhodiis, quas illi mittunt Chalcidem, quo et ipse venerat. xxvii. 6, 1 *et* 13 *sqq.*

Sp. Lucretius, legatus Romanus cum Cn. Octavio ad res Syriæ et aliorum regum inspiciendas. xxxi. 12, 9. in Cappadociam venit. 13, 4 *sqq.*

Luceri cupiditas in bello magnorum cumen malorum. x. 17, 2 *sqq.*

Lucullus, *Λεύκολλος. Vide* Licinius.

Ludi; *vide* Olympia ludicra; Nemea; Isthmia.

Ludi Circenses L. Anicii. xxx. 13. ludi a L. Æmilio Paulo in Macedonia celebrati. xxxi. 3, 1. ab Antiocho Epiphane, ad Daphnen. xxxi. 4. *Confer mox* Ludicra.

Ludicra puerilia, et lediera virorum, quotannis celebrata apud Arcades. iv. 20, 9. Ludicrum solenne Minervæ celebravit Attalus. iv. 49, 3.

Lunæ defectus Gallis, qui cum Attalo erant, loco ostenti. v. 78, 1 *sq.* lunæ defectu territus Nicias ad Syracusas, inceptum omittit. ix. 19, 1 *sqq.* Lunæ defectus, Persei regno interitum significat. xxix. 6, 8 *sq.*

Lupus ex homine, ut est in fabula Arcadica. vii. 13, 7.

luporum ritu vivit Philippus in Caria. xvi. 24, 4.

Lusi *vel* Lusa, *οἱ Λουσοί*, vel *τὰ Λοῦσα*, (Lussi *Casaub. invitis MStis*) oppidum Arcadiæ, inter Cynæthum et Clitorem; ibi lucus et fanum Dianæ, direptum ab Ætolis. iv. 18, 9 *sqq.* 19, 4. 25, 4. ix. 34, 9.

Lusistæ, *οἱ Λουσιᾶται*, partem sacrorum vasorum dant Ætolis. iv. 18, 11.

Lusitania, *ἡ Λουσιτανὶς et Λουσιτανία.* In ea moratur Asdrubal Gisconis fil. circa Tagi ostium. x. 7, 5. ejus ubertas. xxxiv. 3, 4 *sqq.* ibi thynnorum copia, glande vescentium. 8, 1 *sqq.*

in Lusitanos, *Λουσιτανούς*, expeditionem suscipit M. Marcellus, et urbem Nercobricam capit. xxxv. 2, 2. *Conf. Fragm. histor.* 27.

Lusius, *ὁ Λούσιος*, rivus Megalopolitidis Arcadiæ, influit in Alpheum haud procul Lycos oppido. xvi. 17, 7.

Lussi; *vide* Lusi.

Lustratio exercitus Macedonici. *Spicileg. ex lib.* xxiv. *num.* 1. exercitus Romani. xxii. 24, 9.

lustrationem urbis suæ instituunt Mantinenses post transitum legatorum Cynæthensium. iv. 21, 9.

Lustrum, Φυλλεῖον. Locus sic dictus (*ut videtur*) Megalopoli. ii. 55, 8.

C. Lutatius (*Catulus*) Cos. cum classe in Siciliam abit, et Drepana urbem oppugnat. i. 59. ad Ægusam ins. cum classe Romana adgreditur Punicam, commeatu onustam Erycem devehendo. duce Hannone. i. 60. victor, 50 naves hostium demergit, 70 capit. i. 61. Pacem facit cum Pœnis, duce Amilcare. i. 62. iii. 21, 2 *sqq.* 29, 3. 30, 3.

C. Lutatius, vir consularis, (*superioris filius. Cos. A. U.* 534.) triumvir dividendis agris, prehenditur et captivus tenetur a Gallis Boiis. iii. 40, 9.

Luxus, status reip. in deterius mutat. vi. 57, 5 *sqq.* de peregrino luxu Romam introducto queritur Cato. xxxi. 24. eum fugit Scipio Æmilianus. xxxii. 11, 8 *sqq.*

Lycæus Jupiter; *vide* Jupiter.

Lycaonia, ἡ Λυκαονία. In ea seditionem movet exercitus Achæi, contra Syriam proficiscentis. v. 57, 6.

Lycaoniam a Romanis post bellum Antiochicum Rumeni dari, consentiunt Rhodii. xxii. 5, 14. et datur ei. xxii. 27, 10.

Lycastium, τὸ μαλούμενον Λυκάστιον, regio (*ut videtur, non urbs*) Cretæ. Cnossiis ademta a Gortyniis, et Rauciis adtributa. xxiii. 16, 1.

Lychnidium, Λυχνίδιον, urbs Illyrici, per quam transit via Ignatia. xxxiv. 12, 7. *Nescio an eadem cum Lychnide. Conf.* xviii. 30, 12.

Lychnidius lacus, ἡ Λυχνιδία λίμνη, in Illyria; circa eum sunt civitates Euchelanes, Cerax, Sation, Boei. v. 108, 6.

Lychnis, Λυχνίς, urbs Illyriæ; (*alias* Lychnidus, Λυχνιδός.) xviii. 30, 12. *Conf.* Lychnidium.

Lycia, ἡ Λυκία. Lycia et Caria usque ad Mæandrum Rhodiis dantur a Romanis post bellum Antiochicum. xxii. 7, 7. 27, 8. xxiii. 3, 7. Sed Lycii, intercedentibus apud Romanos Iliensibus, ut socios se adtributos Rhodiis, non ut subditos, autumant; inde gravis contentio. xxiii. 3. et bellum, ad quod Eumenem advocant Rhodii, qui tamen male de Rhodiis in eo bello meretur. xxv. 5, 13. *coll.* xxvii. 66.

Lycii a Rhodiis subiguntur; interim legati Lyciorum Roma redeunt, et Romanorum advenium legati, significantes, non pro munere, sed ut socios et amicos Rhodiis adtributos fuisse Lycios. xxvi. 7. *Denique* prorsus liberi pronunciantur *Lycii* et Cares. xxx. 5, 12 *et* 16. xxxi. 7, 4.

Lyciscus, Acarnanum legatus ad Lacedæmonios pro Philippo adv. Ætolos et Romanos; ejusdem oratio. ix. 32—39.

Lycea, ἡ Λυκέα, Arcadiæ oppidum. xvi. 17, 5 *et* 7.

Lycophron, Rhodiorum legatus Romam adv. Lycios. xxvi. 8, 4.

Lycopolis, ἡ Λύκων πόλις, Ægypti urbs, in qua magnates rebelles obsedit Ptolemæus Epiphanes. xxiii. 16, 1.

Lycopus, Ætolorum legatus Romam, interceptus ab Epirotis. xxii. 8, 11. 9, 7 *sqq.*

Lycortas, Polybii pater, xxiii. 1, 6. confirmavit et aliquantisper durare fecit Fœdus Achaicum. ii. 40, 2. proximus virtute post Philopœmenem. xxiv. 9, 2.

legatus ab Achæis mittitur ad Ptolem. Epiph. cui jusjurandum fœderis daret et ab eo acciperet. xxiii. 1, 6. 7, 1 *sq.* in eo negotio levitatem committit, notatam ab Aristæno prætore. xxiii. 9.

coram Cæcilio Metello defendit ea quæ Spartæ gesta sunt ab Achæis, prætore Philopœmene. xxiii. 10, 8.

cædem Philopœmenis ulciscitur prætor Achæorum, et Messenios in fidem recipit. xxiv. 12. xxv. 1, 1. *Conf. Spicileg. ex lib.* xxiv. *num.* 3.

Lycorta auctore, Spartani in societatem Achæorum recipiuntur. xxv. 1, 6 *sqq.*

rursus legatus nominatur Lycortas ad Ptolemæum Epiphanem, sed morte regis præpeditur legatio. xxv. 7. in deliberatione de Exsulibus Spartanis, non temere cedendum mandato Romanorum censet. xxvi. 1, 2 *sqq.* suspectus videtur Romanis. xxviii. 3, 7. Perseo Romanisque pariter nec opem ferendam, nec resistendum, censet. xxviii. 6, 8.

Ptolemæis auxilia mittenda censet. xxix. 3, 2. 9, 1. dux copiarum auxiliarium, aut saltem Ægyptiacarum, petitur a Ptolemæis. xxix. 3, 5. 10, 7.

Lyctus *et* Lyctii; *vide* Lyttus *et* Lyttii.

Lycurgus, Lacedæmoniorum rex et nomotheta, pulcerrimam instituit rempub. iv. 81, 12. quam e variis miscuit rerumpub. formis. vi. 3, 8. *et cap.* 10 *seq.* avaritia e repub. sublata, omnem simul dissensionem civium seditionemque sustulisse perhibetur. vi. 48, 6 *sq.* varia ejus instituta. vi. 48—50. Lycurgi ratio, ad Pythiæ oracula referendi sua instituta, confertur cum Scipionis Africani majoris ratione. x. 2, 8.

Lycurgus, Lacedæmoniorum tyrannus; post mortem Cleomenis, quamvis non esset ex regia stirpe, corruptione Ephororum rex est creatus, et Herculis propago declaratus. iv. 2, 2. 35, 14.

inita statim cum Ætolis societate, Argolidem incursans, plura Argivorum oppida capit, et jus prædam de Achæis capiendi edicit. iv. 36. Athenæum Megalopolitidis obsidet; iv. 37, 6. capitque. 60, 3. Chilonis vim, in domum ipsius irruentis, effugit. iv. 81, 6 *sq.*

in Messeniam irrumpit. v. 5, 1. re infecta redit, et Tegeam urbem occupat;

sed, arce frustra obsessa, domum redit. v. 17, 1 *sq.* Philippo, Laconicam cum exercitu percurrenti, frustra insidiatur prope Spartam. v. 21 *sqq.* falso crimine apud Ephoros delatus, quasi res novas moliretur, concursu ad domum ipsius facto, in Ætoliam profugit. v. 29, 8 *sq.*

in patriam revocatur ab eisdem ephoris, reditque. v. 91, 1 *sq.* incursionem in Messeniam frustra molitur 92.

Lycus fluvius Asiæ minoris, ὁ Λύκος, quo trajecto Attalus ex Æolide in Mysiam transiit. v. 77, 7.

Lycus fluvius Assyriæ, in Tigrim incidens. v. 51, 4.

Lycus fluvius Phœniciæ. Angustiæ ad Lycum fluvium. v. 68, 9.

Lycus Pharæensis, prætor ditionis patriæ, contra Euripidem Ætolum, ducem Eleorum, feliciter pugnat, et plures nobiles Eleos vivos capit. v. 94. Eleos ex insidiis petens cædit fugatque. v. 95, 7 *sqq.*

Lycus, Rhodiorum dux, Caunios sub imperium redigit. xxx. 5, 14.

Lydia, Λυδία. *Confer* Sardes. In Lydia sedem habet Achæus. v. 57, 4. Lydiæ Satrapa Zeuxis. xxi. 13, 4. Lydiam, post bellum Antiochicum, Eumeni dant Romani. xxii. 27, 9.

Lydi, Λυδοί, jaculatores in acie Antiochi M. ad Raphiam. v. 79, 11. 82, 11.

Lydiadas, Megalopolitanorum tyrannus, sponte deponit tyrannidem. ii. 44, 5. *Vulgo* Lysiadas *edebatur.*

perit bello Cleomenico. ii. 51, 3. oppidum Aliphera Eleis tradiderat. iv. 77, 10.

Lydiadas, Megalopolitanus, Achæorum legatus Romam. xxvi. 1, 8.

Lygdamis, nomen ab Ursino fictum. Vide xxxi. 16, 2.

Lyncestæ, οἱ Λυγκησταί, populus Macedoniæ, per cujus fines transibat via Ignatia. xxxiv. 12, 3.

Lysanias, dynasta Asiaticus, munera mittit Rhodiis terræ motu afflictis. v. 90, 1.

Lysiadas. *Vide* Lydiadas.

Lysias, Antiochi legatus ad T. Quintium et decem legatos Romanorum. xviii. 30, 1—4. 33, 3.

Lysias, *administrator regni Syriaci sub Antiocho Eupatore, Epiphanis filio.* Ab eo Ariarathes repetit recipitque sororis et matris ossa. xxxi. 15, 2 *sqq.* per legatos Romam missos excusare conatur cædem Cn. Octavii. xxxi. 19, 2.

Lysimachia Ætoliæ, ἡ Λυσιμαχία. v. 7, 7.

Lysimachia Thraciæ, in Isthmo Chersonesi Thraciæ, Λυσιμαχία et Λυσιμάχεια. (*Sed in priorem scripturam fere constanter consentiunt nostri codices omnes.*)

Cives Lysimachenses, οἱ Λυσιμαχεῖς. xv. 23, 8 *sq.* xviii. 34, 7.

Victo Lysimacho Thraciæ rege a Seleuco, Lysimachia belli jure cum Chersoneso et Thracia Seleuci facta est; sed eam deinde reges Ægypti sibi vindicarunt tenueruntque. xviii. 34, 4 *sq.* v. 34, 7 *sq.* dein socii Ætolorum erant Lysimachenses, et prætor ab Ætolis missus residebat Lysimachiæ, qui publicis rebus præerat. xv. 23, 8 *sq.* xvii. 3, 11. *coll.* xv. 23, 9. tum ab Ætolorum societate, ejecto prætore Ætolo, abstracta est a Philippo, et præsidio Macedonico occupata. xv. 23, 8 *sq.* xvii. 3, 11. xviii. 34, 5. inde relicta a Philippo, et mox vastata ac pæne deleta a Thracibus. xvii. 4, 5 *sq.* xviii. 34, 7. tum instaurata ab Antiocho, qui eam sibi vindicavit ut ad se ex Seleuci jure, progenitoris sui, pertinentem. xviii. 34, 3 *sqq.* xxi. 12, 7.

Lysimachiæ cum Antiocho congrediuntur legati Romani. xviii. 33 *seq.* Post bellum Antiochicum, Lysimachia Eumeni datur a Romanis. xxii. 5, 14 *sq.* 27, 9.

Lysimachus, rex Thraciæ, mortuus circa Olymp. cxxiv. *lib.* ii. *c.* 41, 2. 71, 5 *sq.* Lysimachus, Cassander et Seleucus, victo Antigono, Syriam universam Seleuci esse decreverunt. v. 67, 8. bello victus est a Seleuco, Syriæ rege; quare totum ejus regnum ad Seleucum et ejus successores pertinere contendit Antiochus Magnus. xviii. 34, 4.

pater fuit Arsinoës, uxoris Ptolemæi Philadelphi. xv. 25, 2. incaute se gessitin expeditione adv. Dromichœten, Odrysarum Thracum regem. *Fragm. grammat.* 14.

Lysimachus, Gallus, Γαλάτης, mille Cardacibus præest in exercitu Antiochi. v. 79, 11.

Lysimachus, filius Ptolemæi Philadelphi, nepos Lysimachi Thraciæ regis ex Arsinoë, necatur. xv. 25, 2.

Lysimachus, tibicen. xxx. 13, 3.

Lysinoë, Λυσινόη, Pisidiæ oppidum, fidei Cn. Manlii se tradit. xxii. 19, 2.

Lysis, οἱ περὶ Λύσιν, (*sic MSti*) legatus Romam, nomine veterum exsulum Lacedæmoniorum. xxiv. 4, 2. *cf.* xxv. 2, 5.

Lyttus, Λύττος, (Lyctus, Λύκτος, xxiv. 53, 3. 54, 6.) urbs Cretæ.

Lyttii, Λύττιοι, *et* Lyctii, Λύκτιοι, xxiii. 15, 1.

Lyttus, colonia Lacedæmoniorum, et cognata Atheniensium. iv. 54, 6. cum Lyttiis bellum gerunt Cnossii, Gortynii et alii Cretæ populi. iv. 53. Lyttus, dum in expeditione absunt cives, capitur et incenditur a Cnossiis. 54. Lyttii, cives haud dubie optimi omnium Cretensium. 54, 6.

Gortynii Diatonium, Cnossiis ademtum, Lyctiis contribuunt. xxiii. 15, 1.

M.

Macar *vel* Macara fluvius. *Vide* Bacara.

Maccæi, Μακκαῖοι, Africæ populus, præsidio relicti in Hispania ab Hannibale. *Forte* Vaccenses, Βακκαῖοι. iii. 33, 15.

Macedones, Macedonia. (*Perperam passim codices nostri* Λακεδαιμονία *habent, pro* Μακεδονία. *Vide* Lacedæmon.)

Macedonum imperium cum Imperio Romano collatum. i. 2, 4 *sqq.* Macedoniæ reges dissolvunt antiquum fœdus Achaicum. ii. 40, 5. 41, 9 *sq.* iv. 1, 5. in Macedonici regni eversione desinit principalis pars historiæ Polybianæ. iii. 1, 9. iii. 3, 8. Macedoniæ partes nonnullas incurrit Scerdilædas. v. 108, 2. Macedoniæ accolæ omnes Romam legatos mittunt, accusantes Philippum. xxiv. 1, 3 *et* 8 *sqq.* Macedones omnes Italia pelluntur. xxvii. 7.

Macedones milites, firmi fortesque in acie; ad insidias, ad nocturnas invasiones, et ad res per dolum gerendas, minus habiles. iv. 8, 11. ad omnia belli munia terra et mari obeunda idonei, et laboris patientissimi. v. 2, 4 *sq. cf.* iii. 6, 12. sarissas in altum erigunt, in signum deditionis. xviii. 9, 10. Macedonum militia, armatura, acies et pugna, cum Romanorum more collata. xviii. 11—15. Macedonici exercitus lustratio, *Spicileg. ex lib.* xxiv. *Conf.* Phalanx.

Macedones, imperiis regum et regiorum ministrorum obnoxii. iv. 76, 2. habent tamen aliquam potestatem libere loquendi cum suis regibus. v. 27, 6. Macedones Græcis civitatibus, inde a Philippi Amynthæ filii temporibus, caussam fuisse servitutis, *contendit* Chlæneas Ætolus, in oratione ad Lacedæmonios. ix. 28 *seqq.* eorumdem Macedonum laudes et in Græcos beneficia prædicat Lyciscus Acarnan. ix. 32 *seqq.* Macedones Græcis pro munimento sunt adv. barbaros. ix. 35, 2 *sqq.* Macedonum reges venationi plurimum studuerunt. xxxii. 15, 3. *Adde Fragm. histor.* 28—30. *et Fragm. gramm.* 84.

Macella, ἡ Μάκελλα, Siciliæ oppidum, vi expugnatur a C. Duillio. i. 24, 2.

Machanidas, Lacedæmoniorum tyrannus, Argivorum finibus imminet. x. 41, 2. pugna ad Mantineam victus a Philopœmene; xi. 11—16. xiii. 6, 1. ab eodem occiditur. xi. 17 *seq.*

Machatas, Μαχατᾶς, Ætolorum legatus Lacedæmonem, Lacedæmonios ad societatem publice cum Ætolis ineundam et ad bellum cum Achæis hortatus, primum re infecta redit; iv. 34. mox reversus, rem conficit. 36, 1 *sqq.* et Eleis idem persuadet. 36, 6.

Machatas, Epirota, filius Charopis. xxvii. 13, 3.

Machatas, Epirota, pater Charopis. *ibid.*

Machinæ Romanor. crematæ a Pœnis ad Lilybæum. i. 48.

Archimedis machinæ. viii. 7 *seqq.*

Adde Corvus, Sambuca, *et simil.*

Macii, mendosa scriptura iii. 33, 15. *Vide* Maccæi, *et* Vaccenses, *et* Βακκαῖοι.

Macra; *vide* Macar, *et* Bacara.

Mæander fluvius, Μαίανδρος. Lycia et Caria usque ad Mæandrum Rhodiis dantur a Romanis. xxii. 7, 7. 27, 8. xxiii. 3, 7.

Mæander Alexandriæ. xv. 30, 6.

Mædi, Μαιδοί, Thracicus populus, Macedoniæ imminens. x. 41, 4.

Mæoticus lacus, Mæotis palus, ἡ Μαιῶτις λίμνη. iv. 39. olim mare, nunc lacus vadosus, cujus aqua dulcis. 40, 8 *sq.* olim prorsus complebatur terra adgesta, 40, 4.

latus Mediæ septemtrionale imminet eis partibus Ponti, quæ ad Mæotidem pertinent. v. 44, 10.

Maga, filius Ptolemæi Evergetæ, et Berenicæ, Magæ filiæ, frater Ptolemæi Philopatoris, a fratre regnum suscipiente occisus opera Sosibii. v. 34, 1. 36, 1. xv. 25, 2.

Maga, pater Berenicæ, uxoris Ptolemæi Evergetæ. xv. 25, 2.

Magi, summo in honore habiti apud suos. xxxiv. 2, 7.

Magilus, regulus, ex Gallia Cisalpina Hannibalem convenit ad Rhodanum. iii. 44.

Magister equitum, dictatori adjunctus pari dignitate. iii. 87, 9.

Magistratus Romæ omnes Consulibus obnoxii sunt, exceptis tribunis plebis. vi. 12, 2. urbanum magistratum capiendi nemini jus est priusquam dena stipendia emerita habeat. vi. 19, 4.

Magistratus variorum populorum,

Vide Adiganes; Bœotarchæ; Cosmopolis, Cosmus; Demiurgi; Hieromnemon; Polemarchi; Prytanes.

Magna Græcia, in Italia. ii. 39, 1. variæ ejus civitates. x. 1, 4. tumultus in ea, ob incensa Pythagoreorum collegia. ii. 39, 1. Tota fere illa Italiæ ora (*παραλία correxi, pro mendose* παλαιὰ) Hannibali se tradit post Cannensem pugnam. iii. 118, 1.

Magnesia, regio Thessaliæ, ἡ *Μαγνησία*; ei imminent Thebæ Phthiæ. v. 99, 3. et Demetrias. xvii. 11, 7.

Incolæ Magnetes, *Μάγνητες*, liberati a Romanis. xviii. 29, 5. 30, 6.

Magnesia, urbs Ioniæ ad Mæandrum; cujus cives, pariter Magnetes, *Μάγνητες*, commeatus et præsertim ficus suppeditant Philippo in Caria versanti, qui eis dein Myuntem urbem donavit. xv. 25, 6 *et* 8.

Magnes, *Μάγνης*, Eurylochus, dux Ptolemæi. v. 65, 2. *ex Magnesia Ioniæ, quæ olim sub regum Ægypti fuerat potestate.*

Magni Campi, τὰ *Μεγάλα πεδία*, in Africa, ubi Pœnos acie vicit Scipio major. xiv. 7 *extr. et seq.* in ea quintis castris cum exercitu pervenit Scipio. 8, 2.

Magnitudo urbium et castrorum ex solo circuitu æstimari non potest. ix. 21.

Magnus, *Μέγας*, cognomen Scipionis Africani superioris. *Vide* P. Cornelius Scipio Afric. major.

Magnus Catabathmus; *vide* Catabathmus.

Mago, frater Hannibalis, juvenis strenuus, interest concilio et pugnæ ad Trebiam. iii. 71, 5 *sq.* agmen claudit in itinere per paludes Etruriæ. 79, 4. mediæ aciei cum Hannibale præest in pugna Cannensi. 114, 7.

res in Hispania administrat post Asdrubalem. ix. 22, 2. *Conf. Adnot. ad Appiani histor. Annibalicam cap.* 20. in Coniis (*vel* Cuneis) cum exercitu versatur ultra Herculis columnas. x. 7, 5. 38, 10. Hasdrubali, Gisconis filio, junctus in castris ad Ilipam, Scipionem castra ponentem adgressus cum Masinissa, repellitur. xi. 21.

Nescio an hic sit Mago, contra quem Ligures pugnasse *legimus in Fragm. hist.* 81.

Mago, *qui commemoratur* in formula Fœderis Hannibalis cum Philippo, vii. 9, 1. *videri poterat esse idem* frater Hannibalis, *de quo modo dictum. Sed ex Liv. XXIII.* 11 *seq. et XXIII.* 32. *coll. cum* 34, *intelligi par est, fuisse alium.* (*conf. Adnot. ad Appiani Annibal. cap.* 20.) *Fuerit igitur fortasse* Mago *is qui* Samnis *est cognominatus*, ix. 25, 1.

Mago, *cognomine* Samnis, *Μάγων ὁ Σαμνίτης*. ix. 25, 4. res in Bruttiis administravit. ix. 25, 1. Hannibalis amicus, *ibid.* et dignitate ei fere æqualis, sed æmulus ob avaritiam. *ibid. ex.* 4 *sqq.*

Idem videtur esse qui commemoratur in formula Fœderis Philippi cum Pœnis. vii. 9, 1. *Conf.* ix. 25, 1. *Adde mox* Mago Bruttius.

Mago, præfectus Novæ Carthaginis. x. 12, 2 *sqq.* capta a Scipione urbe, arcem eidem tradit. 15, 7. captivus Romam ducitur. x. 18, 1 *seq.* 19, 8.

Mago, legatus Pœnorum, Romam missus initio tertii belli Punici. xxxvi. 1, 8. *An idem qui Bruttius cognominatus est? de quo mox. vide* xxxvi. 3, 1.

Mago Bruttius, prudentem orationem habet in senatu Carthaginiensi. xxxvi. 3. *Nescio an idem cum præcedenti. Eumdem hunc putavit esse Reiskius cum eo quem res* Pœnorum in Bruttiis administrasse *legimus* ix. 25, 1. (*vide supra*, Mago Samnis;) *sed vetare videtur ratio temporis, et poterit intelligi illius filius.*

Magus, rex Persarum, a septem Persis occisus. v. 43, 2.

Maharbal, *Μαάρβας*, dux Hispanorum et hastatorum in exercitu Hannibalis, in deditionem accipit 6000 Romanos post pugnam ad Trasimenum lacum. iii. 84. sed fuisse rem in potestate Maharbalis negat Hannibal. 85, 2.

Maharbal 4000 equites C. Centenii partim interficit, partim vivos capit. iii. 86.

Majorum præclare facta tueri, vetus proverbium. xv. 4, 11. Majorum imagines. vi. 53, 4 *sqq.*

Mala majora, quæ timentur, leviorum casuum oblivionem inducant. xxx. 5, 3.

Malea, promontorium Laconicæ, ἡ *Μαλέα et al. Μαλέαι* xxxiv. 7, 12. spatium inde ad Columnas Herculis. 4, 6. ad Istrum. 12, 11.

Ad Maleam, piraticam exercent lembi Scerdilædi. v. 95, 4. 101, 1. naves suas tectas eo mittit Philippus, lembis per Isthmum transvectis. 101, 4. cursus circa Maleam flectit classis Philippi, 109, 5.

Maliacus sinus, ὁ *Μαλιτὼν κόλπος*. Ad eum sita urbs Echinus. ix. 41, 11. ad eum colloquium habet T. Quintius cum Phi-

lippo. xvii. 1, 1. ad eumdem est urbs Phalara. xx. 10, 16.

Mamertini, Campani, mercenarii olim Agathoclis, Messanam urbem per vim et proditionem tenuerunt. i. 7 *seq. de* origine nominis *vide* i. 7, 8. socii et adjutores legionis Romanæ, quæ per vim ac perfidiam Rhegium urbem sibi subjecit. i. 7, 8. iii. 26, 6.

eis contra Syracusanos auxilium ferunt Romani. i. 10 *seq.* haud immerito reprehendendi eo nomine. iii. 26, 6.

Q. Mamilius Cos. cum L. Postumio Agrigentum obsidet et capit. i. 17—19.

Mandonius, Hispaniæ regulus, frater Indibilis. x. 18, 7. ejus uxor, inter obsides quos ab Hispanis exegerant Pœni, in Scipionis venit potestatem. *ibid.* Mandonius cum Indibili ad Scipiones et Romanos transit. x. 35 *seqq.* rursus a Romanis deficit. xi. 29, 2.

Maniacæ Gallorum. ii. 29, 8. 31, 5.

Manipulus, *σπεῖρα*, ordo, vexillum. vi. 24, 5. tres manipuli faciunt cohortem. xi. 23, 1. manipulatim pugnant Illyrii. ii. 3, 2. ii. 66, 5. iii. 19, 5.

Manius. *Vide* Acilius, Curius, Octacilius, Valerius.

Cn. *Manlius Vulso* Consul. Bellum gerit cum Gallogræcis, et aliis Asiæ populis qui cum Antiocho fecerant. xxii. 16—25. propemodum dolo circumvenitur a Gallis Tectosagis. xxii. 22. Ephesi cum decem legatis constituit res Asiæ. xxii. 7, 9. 25, 6 *sqq. et cap.* 27.

L. Manlius *Vulso Longus*, Λεύκιος Μάλλιος, Consul cum M. Regulo, post victoriam navalem in Africam adpellit. i. 26 *seqq.* cum majore parte classis domum redit. 29, 10.

Consul iterum cum C. Atilio, i. 39, 15. oppugnat Lilybæum. 41—48.

L. Manlius, prætor, fugatur a Boiis, et cum quarta legione in Tannetis vico includitur. iii. 40, 11 *sqq.*

L. Manlius *Vulso*, frater et legatus Cnæi Consulis. xxii. 25, 7. 26, 28.

T. Manlius *Torquatus*, Consul cum Q. Fulvio, Boios in deditionem accipit. ii. 31, 8.

Mantinea, ἡ *Μαντίνεια*; *cives* Mantinenses, *Μαντινῆς*.

Antiquissima et maxima urbs Arcadiæ. ii. 56, 6. Argis per Mantineam Spartam redit Cleomenes. ii. 53, 6.

Fœderata cum Achæis Mantinea, sponte deseruerat fœdus, et Ætolis primum, dein Cleomeni se tradiderat; sed quarto anno ante adventum Antigoni *Dosonis* in Peloponnesum per vim capta ab Arato, (iv. 8, 4.) et benigne habita ab Achæis, lubens volens Achæis se jungere visa est; ii. 57. et præsidium ab Achæis petentes Mantinenses obtinuerunt adv. Cleomenis et Ætolorum conatus. ii. 58, 1 *sqq.* Mox vero rursus prærepta urbs est a Cleomene, ii. 46, 2. non invitis civibus, sed invitantibus regem, et præsidium Achæorum obtruncantibus. ii. 58, 4 *sqq.* Inde recepta urbe ab Antigono, advocato ab Achæis. ii. 54, 11 *sq.* bona civium direpta sunt, et libera capita sub hasta vendita; 58, 12. pœna inflicta minore quam pro meritis; 58, 8 *sqq.* quam pœnam immerito et mendaciter exaggeravit Phylarchus historicus. ii. 56.

Mantinenses lustratione purgarunt urbem suam post transitum legatorum Cyhæthensium. iv. 21, 9. ad Mantineam a Philopœmene acie victus est Machanidas. xi. 11 *seqq.*

olim Mantineam Lacedæmonii (*duce Agesipolide I. rege, Pausaniæ filio*) vi captam everterunt, et cives per vicos disperserunt. iv. 27, 6. *Conf. Pausan. VIII.* 8. *p.* 614 *sq.* Mantineam de improviso capturus Epaminondas, spe excidit. ix. 8. Pugna ad Mantineam, victoria ancipiti, ob mortem Epaminondæ. iv. 33, 8.

vetus Respublica Mantinensium. vi. 43, 1.

Mantua, *Μάντουα*, *colonia* Romanorum. xvi. 41, 2. *Gentile* Mantuanus, *Μαντουανός*. *ibid.*

Manus ferrea, machina Archimedis, qua naves Marcelli in altum erectæ subvertebantur. viii. 8.

Manuum plurimarum opera minus efficax, quam unum præstans ingenium. i. 35, 4. viii. 5, 8.

Marathus, *Μάραθος*, oppidum Cœlesyriæ *s.* Phœniciæ, in finibus Arcadiorum. v. 68, 7.

Marcellus. *Vide* M. Claudius.

Marcius. Ancus Marcius rex Ostiam condidit. vi. 2, 9. cum eo regnum administravit L. Tarquinius Priscus. vi. 2, 14.

C. Marcius *Figulus*, classi præest sub Q. Marcio Philippo. xxviii. 14, 3. 15, 10. Consul, in Illyricum mittitur. xxxii. 24, 2.

L. Marcius, Scipionis legatus in pugna ad Ilipam in Hispania. xi. 23, 1.

Q. Marcius *Philippus*, legatus populi Rom. in Macedoniam et Peloponnesum. xxiv. 4, 16. excedere tandem maritimis Thraciæ locis cogit Philippum. 6, 1. in rebus Messeniacis nihil inconsultis Romanis agi vult ab Achæis, sed nil

efficit. xxvi. 2, 12 *sq.* legationem renunciat, et Achæos accusat. xxiv. 10, 4 *sqq.*

denuo legatus, cum A. Atilio, ad explorandum animum populorum Græciæ intuitu belli Persici. xxvii. 1 *seq.*

Consul (*iterum*) ad bellum Persicum missus, auxilia Achæorum per Polybium legatum oblata recusat. xxviii. 10 *seq.* per Polybium vetat, ne Achæi Appio Centoni postulata auxilia mittant. 11, 7. Rhodiorum legationem accipit in urbe Heracleo Macedoniæ. *cap.* 14 *seq.* Achæos per literas hortatur, ut pacem inter Ptolemæos et Antiochum Epiphanem conciliare tentent. xxix. 10, 2 *et* 5. eidem senatus mandaverat, ut ad Ptolemæum Philomet. scriberet de bello cum Antiocho Epiph. pro Cœlesyria. xxviii. 1, 9.

Marcus Cerynensis *vel* Carynensis, Achæus, tyrannum Burræ occidit, et Cerynæ tyrannum abdicare tyrannidem cogit ii 41, 14. primus Prætor creatur Achæorum post instauratum fœdus Achaicum. 43, 2. perit in pugna navali Achæorum, Corcyræis auxilio profectorum, cum Illyriis, ad Paxos; vir de communi Achæorum optime meritus. ii. 10, 5.

Marcus, *prænomen Romanum. Vide* M. Atilius Regulus, M. Claudius Marcellus, M. Fulvius Nobilior, *et alia nomina, quæ in Latina versione plerumque adjecimus, ubi solo prænomine usus est Polybius.*

Marcus *ille qui sit, qui* xxv. 2, 7. *commemoratur, non liquet.*

Alius Marcus *nescio quis*, bello cum Lusitanis liberatus, alio transfert bellum ubi minus fuit periculi. *Fragm. hist.* 27. *Videtur autem* M. Claudius Marcellus *fuisse, de quo vide* xxxv. 2, 1 *sq. et cap.* 3, 4.

Mare ingredi (*id est*, armatam classem parare) primum cogitant Romani. i. 20. *conf.* Classis.

mare nemo trajicit eo solo fine ut trajiciat. iii. 4, 10. mari simile vulgus. xi. 29, 9 *sqq.* xxii. 14, 9 *sqq.* maris imperium penes Pœnos. i. 7, 6. 16, 7. 20, 5 *et* 13. 39, 10.

Mare Ægæum, Atlanticum, Etruscum *&c. vide suo loco, in* Ægæum, Atlanticum *&c.*

Mare externum et magnum, ὁ ἔξω καὶ μεγάλη θάλαττα. iii. 37, 9 *sqq.* 59, 7. *idem quod* Atlanticum et Oceanus. xvi. 29, 6.

Mare *Inferum; vide* Etruscum.

Mare Internum, ὁ ἔσω θάλαττα. iii. 39, 2. *id est M. diterraneum. Confer* Mare Nostrum.

Mare Magnum. iii. 37, 11. *idem quod* Externum, *et* Atlanticum.

Mare mediterraneum; *vide* Mare Internum, *et* Mare Nostrum.

Ejus longitudo. *Spicileg. ex lib.* xxxiv. *num.* 2.

Mare nostrum, *id est* Mediterraneum, ὁ καθ' ἡμᾶς θάλαττα. iii. 37, 9 *sq.* 39, 4. xvi. 29, 6 *sqq.*

Mare *Superum; vide* Adriaticum.

Margarum, Μάργαρον, *mendose. ut videtur, scriptura;* xv. 5, 14. *pro* Ναράγαρα, Naragara, *quod ex Livio restituimus.*

Margites, *pro* indocto et imperito homine. xii. 25, 9.

Marmora, τὴν λιθίαν, ex Hiero, Byzantiis ademto, aufert Prusias. iv. 52, 7.

Maronea, Μαρώνεια, urbs maritima Thraciæ. *Conf.* Ænus.

Maronitæ, Μαρωνῖται, et Ænii, alii ad Eumenis partes inclinant, alii ad Philippi. xxii. 6, 7. 13, 9.

Thracicas civitates (*in his Maroneam et Ænum*) tributa sibi pendere cogit Philippus. xxiii. 6, 1. Exsules Maronitæ (Μαρωνῖται) de Philippo queruntur, ut exsilii sui auctore. 6, 2. 11, 2. postquam Æno et Maronea deducere præsidia jussus est Philippus a senatu Romano; 11, 4. iram in Maronitas effundens rex, ingentem cædem Maroneæ edit. xxiii. 13 *seq.*

dono sibi a Romanis Ænum et Maroneam petit Attalus; cui indulget statim senatus, sed mox, revocato promisso, liberas eas urbes pronunciat. xxx. 3.

Marrucini, Μαρρουκῖνοι, populus Italiæ, socii Romanorum bello Gallico Cisalp. ii. 24, 12.

eorum agrum, τὴν Μαρρουκίνων, devastat Hannibal. iii. 88, 3.

Mars. Marti succenset Jupiter apud Homerum. xii. 26, 3.

per Martem et Quirinum jurarunt Romani in fœdere cum Pœnis. iii. 25, 6.

Marsi, Μάρσοι, socii Romanorum. ii. 24, 12.

Marsyas campus *s.* convallis, ὁ Μαρσύου αὐλών, inter Libani et Antilibani radices. v. 45, 8 *sqq.* 61, 7. in magnam longitudinem extenditur illa vallis, et plura in ea sunt oppida; in exitu sunt duo castella, Gerra et Brochi. v. 46, 1 *sq.*

Martius Campus. xiii. 10, 7. *Vide* Ἄρεως πεδίον.

Massæsyli; *vide* Massæsyli.
Masatat, flumen Africæ. *Spicileg. ex lib.* xxxiv. *num.* 7.
Masati, populus Africæ. *ibid.*
Massanissa, Masinissa; *Μασσανάσσης, Μασσανάσσης, et Μασσανίσσης.* iii. 5, 1. xi. 21, 1. rex Numidarum *Massylorum* in Africa. xxxvii. 3, 1. iii. 33, 15. *et* vii. 19, 1.

cum Numidarum auxiliis adest Asdrubali, Gisconis filio ad Ilipam in Hisp. ubi Scipionem castra ponentem adgressus cum Magone repellitur. xi. 21.

in Africa socius Scipionis, cum Lælio castra Syphacis incendit. xiv. 3 *extr. et seq.* et victum acie Syphacem persequitur. xiv. 8 *seq.* copiis Romanor. adjutus, regnum paternum recipit, et Syphacis regnum suo adjicit. xv. 4, 4. 5, 13. revocatur a Scipione adversus Hannibalem, xv. 4, 3. et ad eum venit. 5, 12. Numidis suis præest in pugna Scipionis cum Hannib. xv. 9, 8. et fortiter rem gerit. 12, 2 *et* 6. 14, 7 *sq.*

comprehenditur formula Pacis Romanorum cum Pœnis. xv. 18, 5. a Romanis augetur. xxi. 9, 7. xxii. 4, 2. contendens cum Pœnis de Emporiis circa Syrtin, juvatur a Romanis. xxxii. 2.

obitus, filii et elogium Masinissæ. xxxvii. 3.

e Masinissa Polybius didicit avaritiam Hannibalis et Magonis Samnitis. ix. 25, 4.

Massæsyli *vel* Massæsyli, *Μασσαισύλιοι vel Μασαισύλιοι*, Africæ populus. In præsidiis Hispaniæ relicti Asdrubali a fratre Hannibale. iii. 33, 15.

eorum rex, Syphax. xvi. 23, 6.

Massilia, ἡ *Μασσαλία*, urbs Galliæ nobilissima, commercium exercens in remotissimas terras et insulas. xxxiv. 6, 7.

a Massilia incipiunt Alpes et pertinent usque ad mare Adriaticum. ii. 14, 6. Supra Massiliam Apenninus mons cum Alpibus coincidit. ii. 14, 8. *et* 16, 1.

prope Massiliam (*ni potius* Placentiam) sedem habent Anamares. ii. 32, 1.

quinto die P. Scipio Pisis Massiliam cum classe pervenit. iii. 41, 4. *cf.* 61, 2. Massiliense ostium Rhodani, *τὸ Μασσαλιωτικὸν στόμα.* 41, 5. Massilienses naves (*ναῦς ταχυπλεούσας Μασσαλιωτικὰς vel Μασσαλιητικὰς*) vim duces erant Cn. Scipioni ad oram Hispaniæ. 95, 6.

Massilienses, *οἱ Μασσαλιῶται*, cum sæpius alias, tum præsertim bello Hannibalico, fidelem Romanis operam præstiterunt. iii. 95, 7. per legatos Romæ queruntur de Liguribus, Antipolin et Nicæam colonias suas obsidentibus. xxxiii. 4. eis consulunt Romani, missis legatis, et domitis Liguribus. *c.* 7 *seq.*

Massyli, *Μασσυλῆς*, Africæ populus. vii. 19, 1. *Eorum rex* Massanissa. iii. 33, 15. Massyli in Pœnorum auxiliis, quæ Hannibal fratri Asdrubali reliquerat ut Hispaniæ essent præsidio. iii. 33, 15.

Mastia, *Μασσία*, Africæ (*ut videtur*) oppidum, Carthagini ab occidente, ultra quod ex fœdere navigare non debuerunt Romani. iii. 24, 2 *et* 4.

Mastiani, *Μασσιανοί*, Hispaniæ populus, ex Hispania in Africam translati ab Hannibale. iii. 33, 9.

Matho, *ὁ Μάθος*, Afer, mercenarius Pœnorum, belli Africi præcipuus dux et incentor. i. 69 *seqq.* 77. 79. ad Tunetem capit Hannibalem et cruci adfigit. 86. prælio victus ab Amilcare, capitur, et omni cruciatus genere necatur. 87 *seq.*

Matiani, *Ματιανοί*, Asiæ populus, a septemtrione Mediæ. v. 44, 9.

Matris Magnæ sacerdotes, Galli, *Γάλλοι.* xxii. 20, 5.

Matronæ; *vide* Mulieres.

Maturius venire, in uno rerum genere, gravius peccatum est, quam tardius. ix. 14, 10.

Mauritani, Oceani accolæ, *Μαυρούσιοι οἱ παρὰ τὸν ὠκεανὸν*, in Hispaniam præsidii caussa transducti ab Hannibale. iii. 33, 15.

Μαυρουσίους ex conject. edidit Valesius xxxix. 1, 9. *pro Μαύρους quod erat in cod.*

Maximorum cognomen unde obtinuerint Fabii. iii. 87, 6.

Medeon. *Vide* Medion, *et* Meteon.

Media, ἡ *Μηδία*; *mendose nonnumquam Μῆδοι in codd. nostris. Vide* v. 40, 6. Medi, *οἱ Μῆδοι.* Mediæ descriptio, præstantia regionis, et fines. v. 44. equis potissimum excellit. *ibid. et* x. 27, 1 *sq.* regia olim, Ecbatana. x. 27, 3 *sqq.*

τὰ Μηδικὰ (*id est* Medicum bellum) *dicitur* bellum Græciæ a Persis illatum. iv. 31, 5.

Mediæ satrapa, Molo. *Vide* Molo. Mediæ, victo Molone, præficitur Diogenes. v. 54, 12.

Medi, in acie Antiochi ad Raphiam. v. 79, 7. 82, 12.

Medicus, nisi caussas adfectionum corporis noverit, recte curare eas non potest. iii. 7, 5.

medicum occidit Theodotus Ætolus, Ptolemæum Philopatorem occisurus. v. 81.

medicus Stratius; *vide suo loco.*

Medimnus Atticus. vi. 39, 13. medimnus Siculus frumenti in Gallia Cisalp. constat quatuor obolis. ii. 15. 1. Romæ constat 15 drachmis. ix. 44, 3.

Mediolanum, τὰ Μεδιόλανον, urbi præcipua Insubrium ii. 34, 10. per vim capta a Cn. Scipione. 34, 13. (*Ibi erant* signa militaria aurea, in Minervæ templo suspensa. ii. 32, 6.)

Medion *vel* Medeon, (*mendose vulgo* Mydonia;) ἡ Μεδίων *vel* Μεδεών; urbs Acarnaniæ, prope Ætoliam. Gentile, οἱ Μεδιώνιοι, Medionii. xviii. 23, 5. ii. 2, 5. urbem oppugnant Ætoli, et jam de titulo manubiarum inter se litigant. ii. 2. Medoniis suppetias fert Agron, rex Illyriæ, et magna clade adficit Ætolos. ii. 3.

Mediterraneum mare; *vide* Mare Internum, *et* Mare Nostrum.

Medo, Berœensis, Persei legatus ad Licinium Cos. xxvii. 8, 5.

Megades Dymæus, bello captus ab Eleis. v. 17, 4. *Sic nempe vulgo ex uno cod. Bav. editum erat; alii plerique cod.* Δωσιάδα, Dioclem, *habent, quod ediderunt.*

Megaleas, regiorum scribarum præfectus relictus Philippo, ex Antigoni testamento. iv. 87, 8. in potestate est Apellis. 87, 9. cum Apelle et Leontio conjurat de impediendis Philippi consiliis. v. 2, 8. felici successu Philippi dolet, Aratum lapidibus incessit, et in vincula conjicitur a Philippo. v. 14, 11 *sq. et cap.* 15. dimittitur, sponsore pro multa se offerente Leontio. 16, 8. eædem Argis patraverat post discessum Antigoni. 16, 6.

seditionem excitat militum adv. Philippum. v. 25. nil sibi opis amplius in Apelle esse videns, profugit Athenas, indeque Thebas, de relicto sponsore Leontio. 26, 14. 27, 1 *sq.* Ætolos per literas hortatur, ut in bello cum Philippo pergant. 28, 4. Thebis accusatus apud magistratum a Philippo, manus sibi infert. 29, 6 *sq.*

Megalopolis, urbs Arcadiæ; (*cujus condendæ auctor Arcadibus fuerat Epaminondas.* v. *Pausan.* viii. 27. p. 654. et ix. 14. p. 739.) *Græce constanter* ἡ Μεγάλη πόλις, *semel* Μεγαλόπολις, iv. 77, 10. *si ibi vera lectio; certe* ii. 55, 1. *ubi* τῆς Μεγαλοπόλεως *editum est, vetustissimi nostri codices* τῆς Μεγάλης πόλεως *dant, ut alias.* Megalopolitani, οἱ Μεγαλοπολῖται. Megalopolitanorum ager, ἡ Μεγαλοπολίτις. ii. 51, 3. iv. 25, 4. Urbs tridui via abest ab Ægio. ii. 55, 1. Duplo minor urbe est quam Lacedæmon, licet circuitum habeat paulo majorem. ix. 21, 2.

Megalopolitanorum tyrannus, Lydiadas, tyrannidem sponte abdicat. ii. 44, 5. Megalopolitani præ ceteris periculo a Lacedæmoniis expositi sunt. 48, 1. Macedonum amici, inde a Philippo Amyntæ filio. 48, 2. *conf.* ix. 29, 7. xvii. 14, 6 *sq.* Auxilium ab Antigono, Philippi tutore, petunt adv. Cleomenem. ii. 48. 50. eis Antigonus tradit castella, a Cleomene in agro Ægyptico et Belminate adv. Achæos exstructa. 54, 3.

In Megalopolin, per exsulum Messeniorum proditionem, irrumpit Cleomenes, et sævit in cives. ii. 55. 64, 1. v. 93, 2. Megalopoli locus est, Colænus dictus, *ni potius* Φυλεύς, *id est* latibulum. ii. 55, 5. qua parte urbem jam antea clam ingressus Philippus virtute civium ejectus erat. *ibid.* Apud Megalopolitanos numquam amicum aut proditorem invenerat Cleomenem. 55, 6. Megalopolitani, qui capta urbe Messenam se receperant, generose aspernantur et repellunt invitationem Cleomenis, domum eos revocantis. 61. prædam Megalopoli a Cleomene captam mirum quantum exaggerat Phylarchus. 62.

Megalopolitani mille, Macedonum more armati, chalcaspides, in acie Antigoni adv. Cleomenem. ii. 65, 3. iv. 69, 4 *sq. adde* v. 91, 7.

Megalopolin Achæos in armis convocat Aratus, ad auxilium Messeniis ferendum adv. Ætolos. iv. 7, 10. 9, 1. eamdem tentant Ætoli cum Illyriis. 25, 4.

Megalopoli et Arcadiæ contributum olim fuerat Aliphera oppidum, quod Lydiadas tyrannus Eleis concessit. iv. 77, 10.

Megalopolitanorum dissidia de instauranda urbe componit Aratus. v. 93. eis leges scripsit Prytanis Peripateticus, missus ab Antigono. 93, 8.

eis iratus est Nabis, tyrannus Laced. xiii. 8, 4 *sqq.*

Megalopoli agitur concilium Achæorum. xxiii. 7, 2. xxiv. 12, 12.

Megalopolitani de agro contendunt cum Lacedæmoniis. xxxi. 9, 7.

eorum tyrannus, Lydiadas. *vide suo loco.*

Megalopolitanus fuit Polybius noster, et alius Polybius, xi. 15, 5. *commemoratus.*

Megara, τὰ Μέγαρα, ἡ τῶν Μεγαρέων πόλις, Achæis contribuitur ab Arato prætore. ii. 43, 5. dein, consentientibus Achæis, Bœotis se junxere Megarenses; ad extremum vero rursus a Bœotis ad Achæos transierunt; quare oppugnata eorum urbs a Bœotis est, sed frustra. xx, 6, 7 *sqq.*

Megarenses inhibent bellum inter Achæos et Bœotos erupturum. xxiii. 2, 17.

Megara præsidium imittit Diæus, prætor Achæorum. xl. 2, 3.

Megaris, *id est* ager Megaricus, ἡ Μεγαρίς. (*cod. Aug.* Μεγαρῖτις.) iv. 67, 7.

Megistus, ὁ Μίγιστος, Mysiæ fluvius, *alias Rhyndacus*. v. 77, 9.

Melambium, τὸ Μελάμβιον, locus in agro Scotussæo. xviii. 3, 6.

Melancomas, Ephesius, cujus opera Achæus cum Ptolemæo consilia communicaverat, Achæum ex arce Sardium liberare studet. viii. 17, 9. 18, 9 *sqq.* 20, 1. 21, 4.

Meleager, Antiochi Epiphanis legatus Romam. xxviii. 1, 1. 18, 1. frater Apollonii, amicus Demetrii. xxxi. 20, 2.

Melitea, Μελίτεια, (*et* Melitæa, Μελιταία) urbs Phthiotidis in Thessalia, quam oppugnaturus Philippus, scalas adplicuit justo breviores. v. 97, 5. ix. 18, 5 *sqq.*

Cives Melitæenses, Μελιταεῖς. *ibid.* Melitæensis Phoxidas. v. 63, 11.

Melitussa, Μελίτουσσα, urbs Illyriæ. xiii. 10, 3.

Memphis, ἡ Μέμφις. v. 61, 4. xxix. 8, 4. Memphi cum legatis Antiochi M. agunt ministri Ptolemæi Philopat. v. 63, 7. 66, 8.

Menalcidas, Lacedæmonius, captivus Alexandriæ, dimittitur in gratiam C. Popillii. xxx. 11, 2. domi Romanis favet. xl. 5, 6.

Mendacii duplex genus. xii. 7, 4 *sq.*

Meneus, *sive* Menneus, *aut* Mennæus, *Arabiæ* (*ut videtur*) *regulus*. v. 71, 2.

Menedemus, Alabandensis, dux partis copiarum Antiochi in Cœlesyria. v. 69, 4. 79, 6. 82, 11.

Menelaium, τὸ Μενελάϊον, locus et mons prope Lacedæmonem, *nomen habens a* Menelai templo. v. 18, 3. 18, 10. 21, 1. 22, 2 *et* 3.

Menestas, *vide* Menestratus.

Menestheus, Apollonii filius, amicus et fugæ comes Demetrii, Seleuci filii. xxxi. 21, 2.

Menestratus, Epirota, (*idem qui* Menestas; *vide* xx. 20, 5.) plebem Ætolorum ad bellum cum Romanis incitaverat. xxii. 14, 13. eum sibi ab Ætolis dedi postulat M? Acilius Consul. xx. 10, 5.

Meninx, Μάνιγξ, Lotophagorum insula. i. 39, 2. xxxiv. 3, 12. Menippus a Philippo mittitur ad defendendam Chalcidem et Euboeam. x. 42, 2.

Menithyllus vulgo invitis codicibus edebatur, pro Menyllus, *quod vide.*

Menochares, a Demetrio Sotere ad Ti. Gracchum missus ad explorandam Romanorum voluntatem. xxxii. 4, 1. ab eodem Romam mittitur. *cap.* 6.

Menœtius, Phalasarnensis ex Creta, a civibus suis occiditur. xxiii. 15, 6.

Mens una sapiens, plurium vincit manus; Euripidis dictum. i. 35, 4. viii. 5, 3.

Menuncii filiam, Pleurato desponsatam, occiso fratre ducit Genthius. xxix. 5, 8.

Menyllus, Alabandensis, Ptolemæi majoris legatus Romam. xxxi. 18. fugam Demetrii, Seleuci filii, adjuvat. 20, 8 *sqq.* 22, 8 *sqq.* Rursus Romam legatus, urbe excedere jubetur. xxxii. 1. *Vulgo* Menithyllus *edebatur, invitis MStis.*

Mercatores Romani, qui Afris commeatus advexerant, in vincula conjecti a Pœnis, liberantur. i. 83, iii. 28, 3.

mercatores Italicos spoliant et captivos abducunt Illyrii. ii. 8, 2.

Mercatus soleunis Thermi. v. 8, 5.

Mercenarii Agathoclis; *vide* Mamertini.

mercenarios Syracusios hostibus objicit Hiero. i. 9.

Mercenariorum bellum cum Pœnis in Africa, Bellum in Africa. i. 13, 3. i. 65—87. Mercenariorum periculosa turba. i. 67. quid cavendum sit eis qui mercenario milite utuntur, docuit bellum Pœnorum Africum. i. 65, 7. *conf. c.* 68. Mercenarii Pœnorum, Sardiniam præsidio tenentes, deficiunt a Pœnis. i. 79.

Mercenariorum Gallicorum perfidia in cives Phœnices, Epiri oppidi. ii. 5. et in alios. ii. 7.

mercenarios ex omnibus gentibus mixtos, in ordine continuit Hannibal. xi. 19.

Mercenariæ Pœnorum copiæ pro alienis pugnant; Romani milites pro rebus suis. vi. 52, 4 *sqq.* Mercenarii milites liberarum Civitatum minus fortiter pugnant, quam Tyrannorum mercenarii. xi. 13.

Mercurii Fanum, Ἑρμαῖον, ad oram Europæam Bospori Thracici, ubi fretum est angustissimum, ponte olim junctum a Dario. iv. 43, 2 *sqq.*

Mercurii Promontorium, Hermæum promont. ἡ Ἑρμαία ἄκρα, prope Carthag. i. 29, 2. 36, 11.

Mergana, ἡ Μεργάνη, Siciliæ oppidum. i. 8, 3. (*alii* Margantia)

Meridiei imago præfertur in pompa Antiochi Epiph. xxxi. 3, 15.

Cn. Merula, Μερόλας *vel* Μερουλᾶς, legatus cum T. Torquato ad reducendum Ptolemæum juniorem in Cypri regnum. xxxi. 18, 9. cum Ptolemæo in Cretam, inde in Africam trajicit. xxxi. 25. ab eodem Alexandriam mittitur ad Ptolemæum seniorem. 26, 3. re infecta Romam redit. 27. Romæ efficit, ut Ptolemæo seniori fœdus renuncietur. xxxi. 1, 2 *sq.*

Mesembriani, *Μεσημβριανοί*, libera civitas Thraciæ, fœdere Eumenis cum Pharnace comprehensa. xxvi. 6, 13.

Mesopotamia, *ἡ Μεσοποταμία*, a meridie Mediæ, juxta Apolloniatidem. v. 44, 6. occupat eam Molo, usque ad Dura oppidum. v. 48, 16.

Messana, *Μεσσήνη vel Μεσσήνα, ἡ τῶν Μεσσηνίων πόλις*, iii. 26, 6. urbs Siciliæ ad fretum. i. 7, 1. a Campanis, mercenariis Agathoclis, occupatur. i. 7. qui Mamertinorum nomen sibi adsciverunt. i. 8, 1. Hi adversus Syracusiorum vim, partim a Carthaginiensibus, partim a Romanis opem petierunt. i. 10, 1 *sq.* Pœnis traditur arx; sed illi mox a factione contraria rursus expelluntur. 11, 4. et Appius Claudius, Consul Romanus, in urbem recipitur. ii, 4 *et* 9 *sqq. Inde*, fugato Hierone Syracusio, et acie victis Pœnis, qui Messanam obsederant, 11, 5 *sqq. et* 12, 1 *sqq. constanter in Romanorum potestate permansit Messana.*

Messanæ L. Junius Consul in Siciliam profectus, incrementum classis accipit. i. 52, 6 *sqq.*

Messapii, *οἱ Μεσσάπιοι*, partem habitant Apuliæ. iii. 88, 4. Apuli et Messapii, (*corrupte olim Mesapyges*) socii Romanorum. ii. 24, 11.

Messena *vel* Messene, urbs Peloponnesi, *ἡ Μεσσήνη vel Μεσσήνα*. Cives *Μεσσήνιοι et Μεσσήνιοι*. (*Per e simplex fere constanter hæc nomina scribit codex Bav. et inde edit.* 1. *et* 2. *ut monui cum ad* iv. 3, 6. *tum passim alibi. Sic vero et* ii. 62, 10. *Μεσσήνη habet idem Bav. et edit.* 1. *et* 2. *ubi adnotare in scholio oblitus sum. Sed* ii. 5, 1. *in Μεσσην. cum duplici ee consentiunt omnes.*)

Messeniorum pristinæ calamitates, bello Aristomenico; et Arcadum in eosdem fides. iv. 33. Messeniis oppida nonnulla, a Spartanis ademta, restituit Philippus Amyntæ filius. ix. 28, 7. xvii. 14, 7.

Messenia regio, *ἡ Μεσσηνία*, sæpe incursata ab Illyriis. ii. 5, 1 *sq.*

Arx Messenæ; *vide* Ithomata.

Messenii exsules, Megalopoli degentes, Cleomenem clam in urbem introducunt. ii. 55, 3. Messenam se receperunt Megalopolitani, urbe eorum capta a Cleomene. 61, 4.

ad Messenen occisus est Demetrius Pharius, cum in eo esset ut urbe per subitam impressionem potiretur. iii. 19, 11.

prope Messeniæ fines est Phigalia, urbs Arcadica, socia Ætolorum, sedes prædonum Messeniam infestantium, quos protexit Dorimachus Ætolus. iv. 3, 5 *sqq.* 31, 1. 76, 6 *sq.* Chironis villam, prope urbem Messenen, spoliant prædones. iv. 4, 1. cum Dorimacho expostulant Messenii. iv. 8, 11 *sqq.* 4, 2 *sqq.* Messenia sola ex omnibus Peloponnesi regionibus bello Cleomenico ab hostili populatione immunis manserat. iv. 5, 5. eamdem incursat Scopas cum multitudine Ætolorum. 6.

Messenii opem ab Achæis petunt adv. Ætolos. iv. 7, 2. 9, 2. intercedentibus Achæis, in societatem recipiuntur ab Epirotis et Philippo. 16, 1. parum digne respondent studio Achæorum. iv. 31, 1 *sq.*

Duorum maximorum Peloponnesi populorum vicini, nimio pacis studio, numquam neque cum Lacedæmoniis inimicitias satis generoso animo exercuerunt, nec amicitiam cum Arcadibus recte coluerunt; unde multæ eorum calamitates. iv. 32. Messeniis Epaminondas auctor fuit sinceræ amicitiæ perpetuo cum Arcadibus colendæ; pariter eosdem admonet Polybius. iv. 32, 10. 33, 11 *sq.*

Messenii classem jungere Philippo jubentur ad Cephalleniam, v. 3, 3. iique morem gerunt. 4, 4 *sq.* Philippum invitant in Messeniam et in Laconicam; sed is morem non gerit, auxilia vero Achæorum eis mittit. 5. Tegeam cum Achæis invitati ad expeditionem Laconicam, sero veniunt; per Argivorum fines Laconicam petunt, sed ad Glympes castris exuuntur a Lycurgo. v. 20, 3 *et* 5. rursus per Argos domum redeunt. 20, 10. Messeniorum castellum, Calamas, proditione capit Lycurgus, ceterum frustra invasionem Messeniæ tentat, cum jungere se non posset Pyrrhiæ, Eleorum prætori. 92.

Apud Messenios democratia obtinuit; et bona clarissimorum virorum, in exilium pulsorum, civibus divisa sunt. vii. 10, 1.

de Messeniorum arce, Ithomata, cum Arato et Demetrio Phario deliberat Philippus. vii. 11. in eosdem sævit idem. viii. 10, 1 *sqq. coll.* vii. 12. violata fide. ix. 30, 2. nec tamen insigni damno adficere illos potuit, licet agrum eorum populatus. viii. 14, 1. *conf.* iii. 19, 11.

Messenii coram senatu Romano litem Achæis movent de Asine et Pylo oppidis. xviii. 25, 7.

cum Messeniis inique egerunt Achæi, prætore Philopœmene. xxiii. 10, 5 *sq.* Messenios a societate Achæorum abstrahere conatur Dinocrates, favente T. Quintio. xxiv. 5. adversus eos frustra

opem a Romanis petunt Achæi. xxiv. 10, 12 *sqq. cf. ve.* 9.

Messenæ cædem Philopœmenis ulciscitur Lycortas, et Messenii rursus tradunt se Achæis. xxiv. 12. xxvi. 2, 12 *sq.* in Fœdus Achaicum ruraus recipiuntur, avulsis tamen nonnullis civitatibus. xxv. 1, 1 *sq.* 3, 3.

Messenii domi manent initio belli Achaici. xl. 3, 3.

Metagonia, τὰ Μεταγώνια, Africæ tractus, in quem Hannibal varios Hispaniæ populos transduci curavit. iii. 33, 12.

Incolæ ejus tractus, οἱ Μεταγωνίται. 33, 13.

Metapa, ἡ Μέταπα, urbs Ætoliæ ad Trichonium lacum, 60 stadiis a Thermo. v. 7, 8. evertitur a Philippo. v. 13, 8.

Metapontus, τὸ Μεταπόντιον; inde præsidium submittitur Romanis in arcem Tarentinam. viii. 36, 1. *Cives*, Metapontii, οἱ Μεταπόντιοι. x. 1, 4.

Metellus; *vide* Cæcilius.

Meteon *s.* Medeon, Μέτιον, urbs Labeatidis in Illyria. xxix. 2, 5. *Conf.* ii. 2, 5.

Methydrium, Μεθύδριον, oppidum agri Megalopolitani. iv. 10, 10. 11, 3. 13, 1.

Methymnæi, Μηθυμναῖοι, *cives Methymnæ, urbis Lesbi insulæ.* xxxiii. 11, 8.

Metrodorus, Philippi dux, cujus dolo Thasam cepit rex. xv. 24, 2 *sq. Conf. Fragm. hist.* 32.

Metrodorus, Persei legatus ad Rhodios. xxix. 3, 7. 5, 1.

Metropolis, Μητρόπολις, urbs Acarnaniæ, ditionis Ætolorum, ad Acheloum, haud procul Conope. Ætoli cum in arcem se recepissent, urbem cremat Philippus. iv. 64, 4.

Micipsa, Masanissæ filius, adoptat fratrem quadriennem Stembalem. xxxvii. 3, 5.

Miccus, Dymæus, proprætor Achæorum. iv. 59, 2.

Micion, Micyon, *s.* Micon, cum Euryclida consiliis suis regit Athenienses, et turpiter blanditur regibus. v. 106, 7.

Miletus, Μίλητος, Ioniæ urbs, condita a Neleo. xvi. 12, 2.

Milesiorum (Μιλησίων) colonia ex parte est Issus. *ibid.* Milesiorum ager, ἡ Μιλησία; in eo est Neptuni templum ad Sinum Bargylieticum. xvi. 12, 1.

Milesii, post prælium ad Laden Philippo coronam offerunt. xvi. 15, 6. Milesiis sacer ager restituitur a Romanis. xxii. 27, 5. Mileto legati missi Alexandriam. xxviii. 16, 5.

Milites. *Vide* Legio.

Militum Romanorum conscriptio. vi. 19 *sq.* eorum cupiditas punita in Ἀσίᾳ urbis incendio. xi. 24, 11. eorum incuria circa artis opera post oppugnationem Corinthi. xl. 7.

Militia Romana. vi. 19—42.

Milium. milii magna copia in Gallia Cisalp. ii. 15, 2.

Milliaria signa, per octona stadia posita. iii. 39, 8.

Milo, dux copiarum Persei. xxix. 6, 6.

Miltiades, Demetrii *Soteris* legatus Romam adv. Ariarathem. xxxii. 20, 3 *sqq.*

Milyas, ἡ Μιλυάς, Asiæ minoris regio, *inter* Pisidiam *et* Lyciam. Eam invadit Garsyeris, dux Achæi; in eadem est urbs Cretopolis. v. 72, 5.

Milyadem Eumeni dant Romani. xxii. 27, 10.

Mincius amnis, Μίγνιος, e lacu Benaco effluens, in Gallia Cisalpina. xxxiv. 10, 19.

Minervæ templum, apud Insubres *Mediolani*, in quo suspensa aurea signa militaria, quæ loco movere nefas. ii. 32, 6.

Minervæ templum in agro Megalopolitano. *Vide* Athenæum.

Minervæ Chalcioecæ fanum (ὁ τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Χαλκιοίκου νεώς, τέμενος, ἱερὸν) Lacedæmone, securitatem præstans omnibus ad illud confugientibus, etiamsi capitis fuisset aliquis condemnatus. iv. 35, 3. ad illud convenire in armis jubetur juventus omnis Lacedæmoniorum. iv. 22, 8. ad idem templum, in solenni pompa ad aram Deæ trucidantur ephori omnes. iv. 35, 2 *sq.*

Minervæ solenne ludicrum celebravit Attalus. iv. 49, 3.

Minervæ statua ænea in arce Aliphera. iv. 78, 3.

Minervæ Itoniæ templum (τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Ἰτωνίας) in Bœotia; xxvi. 5, 2. spoliatum ab Ætolis. iv. 25, 2. in eo publicum edictum suspendit Perseus, quo exsules in patriam revocat. xxvi. 5, 2.

Minervæ templum in summa arce Agrigenti. ix. 27, 7.

in Minervæ templo Rhodi, in honorem populi Romani dedicatur colossus 30 cubitorum. xxxi. 16, 4.

Minervæ Promontorium Campaniæ, τὸ Ἀθήναιον. xxxiv. 11, 5.

M. Minucius, Magister equitum Q. Fabii Dictatoris. iii. 87, 9. obtrectat cunctatori Fabio. 89, 6. frustra ab eodem admonetur. 94, 9 *sq.* ad Geruniam superior velitatione, prægressum captis Hannibalis castris, lætitia et spe exsultat. 101 *seq.* et laudibus tollitur Romæ. 103.

dignitate et potestate par Fabio constituitur, et cum eo dividit legiones. iii. 103, 3 *sqq.* Minucii legionibus, per ducis temeritatem in summum periculum adductis, suppetias venit Fabius. 104 *seq.* Fabio reconciliatur Minucius, et legiones suas rursus cum eo conjungit. 105, 8 *sqq.*

Q. Minucius Thermus, a Cn. Manlio procos. in Syriam mittitur ad accipiendam ab Antiocho fidem. xxii. 26, 28.

Miraculosæ res; in eis narrandis modum utique tenere debet scriptor. xvi. 12, 5 *sqq.* *Conf.* Portentum.

Miades, legatus Pœnorum Romam initio tertii belli Punici. xxxvi. 1, 8.

Misenum promontorium Campaniæ, τὸ Μισηνόν. xxxiv. 11, 5.

Mithridates, rex Cappadociæ ad Pontum, genus repetens ab uno e septem Persis qui Magum occiderant. v. 43, 1 *sq.* ejus filia Laodice nubit Antiocho Magno. *ibid.* alia filia, pariter Laodice nomine, nupta erat Achæo. v. 71, 4. viii. 22, 1.

Mithridates bellum infert Sinopensibus. iv. 56. dona mittit Rhodiis, terræ motu adflictis. v. 90, 1.

Mithridates; sororis filius Antiochi Magni. viii. 25, 3. *nescio an filius superioris. Sic fuerit simul sororis filius, simul uxoris frater Antiochi. Confer* Laodice.

Mithridates, *Pharnacis filius, (ut nobis quidem visum erat,) Ponti regis;* comprehensus pace inter Eumenem et Pharnacem conclusa. xxvi. 6, 3. ex fœdere auxilia mittit Attalo adv. Prusiam. xxxiii. 10, 1.

Mithridates, Armeniæ *minoris* præfectus. xxvi. 6, 11.

Mitylenæi, Μιτυληναῖοι; eis curæ est ut pax concilietur Ætolos inter et Philippum. xi. 5, 1.

Mnasiades, Argivus, plurimarum palmarum athleta, pater Polycratis. v. 64, 6.

Mnasias, Argivus, immerito in proditorum numerum relatus a Demosthene. xvii. 14, 3.

Mnasilochus, Acarnan; quem ab Antiocho sibi tradi postulant Romani. xxi. 14, 7. xxii. 26, 11.

Mnasippus, Coronæus Bœotus, Romanis imperatoribus gratulatur victoriam de Perseo. xxx. 10, 3.

Mnesis, tibicina Alexandrina. xiv. 11, 3.

Moagetes, Cibyræ tyrannus, in Phrygia magna, ad deditionem compellitur a Cn. Manlio. xxii. 17. eidem subjecta erant oppida Syllium et Temenopolis. *ibid. vs.* 11.

Mochyrinum *vel* Mochyrinus, Μοχύρινος *sive* Μοχύριον, *pro* oppidi nomine Cyrenaicæ *habuit Casaubonus; nos cum Reiskio* Μοχυρῖνος viri nomen *esse suspicati sumus.* xxxi. 26, 13.

Mociesus, Μάσιεσος, urbs Cappadociæ. *Cives* Μασιεσεῖς. xxv. 4, 9.

Moderatio animi res præclara. viii. 14, 6.

Modius; *vide* Medimnus.

Mœnia; *vide* Muri.

Mœragenes, corporis custos Ptolemæi Epiphanis, Agathoclis jussu flagris cædendus, miro modo nudus evasit. xv. 27 *seq.*

Molo, Mediæ satrapa, potentissimus sub Antiocho Magno. v. 40, 7. 43, 8. cum fratre Alexandro, Persidis satrapa, defectionem molitur a juvene Antiocho. 41, 1. 43, 5 *sq.* de illa defectione quid faciendum deliberat Antiochus cum Epigene et Hermea. 41 *seq.*

adv. Molonem mittuntur cum exercitu Xeno et Theodotus Hemiolius; v. 42, 5. quos terret Molo, et Apolloniatide potitur. 43, 8. Tigrim trajicere non potest: contra eum mittitur Xenœtas; 45 *seq.* quem simulata fuga decipit, et misera adficit clade. 47 *seq.* mox, trajecto Tigri, Selencia et Susis captis, Mesopotamia, Babylonia et regione ad Erythræum mare potitur. 48, 10 *sqq.*

pugna cum Antiocho victus Molo, sibi ipse manus infert; cadaver ejus cruci adfigitur. v. 53 *seq.* ejus mater et liberi a Neolao fratre occiduntur. 54, 5.

Molossi, Μολοσσοί, Μολοσσοί, populus Epiri, pontem Aoi fluvii intercipiunt ad retardandum iter Persei adv. Aulum Hostilium Cos. in Epiro. xxvii. 14, 3. ad Persei partes traducuntur ab Antinoo, Theodoto et Cephalo. xxx. 7, 2. urbes eorum evertuntur a L. Æmilio. xxx. 15, 5 *sq.*

Molpagoras, demagogus Cianorum, monarchicam usurpat potestatem. xv. 21, 1 *sq.*

Molycria, Μολυκρία. v. 94, 7.

Monarchia, a volentibus concessa, et consilio magis quam vi et metu administrata, Regnum est; quæ contra, Tyrannis. vi. 3, 9 *sq.* 4, 2. *et* 4, 7 *sq.* ex Monarchia, accedente justi honestique notione, oritur Regnum. vi. 5 *extr.* *et* 6 *seq.*

Monarchia, sua natura æquabilitatem juris odit, et quamplurimos sibi subjectos vult habere. xxii. 5, 8.

Monarcharum securitas, in peregrino milite posita. xi. 13, 8.

Monoxyla, μονόξυλα, lintres. iii. 42, 3.

Montani Hispani, ἀρεῖται Ἴβηρες; mendose (*ut videtur*) *scriptura, pro* Oretani.

Mora. Nullum mortalibus tempus lon-

gius atque molestius, quam ubi mora nobis nectitur. iii. 112, 5.

Mora, *μόρα*, Lacedæmoniorum, 900 viris constabat, auctore Polybio. *Fragm. hist.* 25.

Morbus, castrensis; *vide* Limopsorus. *Conf.* Medicus.

morborum caussæ externæ præviduntur et curantur facile, internæ difficilius. xi. 25, 2.

Morcus, Genthii legatus ad Rhodios. xxix. 2, 9. 5, 1.

Mores et leges continent respublicas. vi. 47, 1 *sqq.*

morum diversitas, pro vario cœli influxu. iv. 21, 2.

Mortem sibi consciscere, nullius conscium culpæ, pusilli animi est. xxx. 7, 8. sed, deplorata omni spe salutis, tamen vitæ studio teneri, turpe 8, 3. *Conf. Fragm. gramm.* 75.

Mortem contemnere docet vis doctrinæ et rationis. *Fragm. gramm.* 11.

Mortuorum laudatio apud Romanos pro Rostris. vi. 53 *seq.* mortuorum imagines. vi. 53, 4 *sqq.*

Morsias, *rex Paphlagoniæ.* xxvi. 6, 9.

Motieni, *Μοτιηνοί*, oppidum Hispaniæ, Romanorum colonia. *Fragm. hist.* 33.

Motus varii equitum et exercitationes, a Philopœmene equitum præfecto Achæorum institutæ. x. 21.

motus solertes Scipionis in pugna ad Ilipam adv. Asdrubalem, Gisconis fil. xi. 23.

Mulelacha, Africæ oppidum in promontorio ad mare Atlanticum, *Spicileg. ex lib.* xxxiv. *num.* 7.

Mulieres civitatum Africæ Pœnis subjectarum, mundum suum conferunt in stipendium militum adversus Pœnos. i. 72, 5 *sq.*

mulieribus Alexandrinis dira quæque imprecatur Œnanthe, et illæ vicissim huic. xv. 29, 10 *sqq.*

mulieres Apameuses uxorem Hermeæ lapidibus obruunt. v. 56, 15.

mulieres Hispanæ captivæ, liberaliter habitæ a Scipione. x. 18, 7 *sqq.*

mulieribus Romanis vinum bibere non licet. vi. 2, 3 *sqq.* mulieres Romæ in publico terrore per templa discurrunt, eorumque pavimenta passis crinibus verrunt. ix. 6, 3 *sq.*

mulieris formam habuit machina, qua Nabis usus est ad torquendos divites cives. xiii. 7. mulieres spoliare Charops Epirota consuevit matris opera. xxxi. 21, 18 *sq.*

muliebris sexus natura garrulus. xxxii. 12, 10.

L. Mummius, *Μόμμιος, Achæos debellat* pugna ad Isthmum. iii. 32, 3. non patitur deleri Philopœmenis honores. xl. 8, 3. integrum et humanum se præstitit ergo Achæos. xl. 11.

Mundi quatuor plagæ. iii. 36, 6 *sq.*

Munerum captatio grassatur inter Græcos. xviii. 17, 7.

Munitionum anceps usus. *Fragm. gramm.* 9.

qua parte munitissimæ sunt urbes, ea facillime nonnumquam capiuntur, negligentia oppidanorum. vii. 15, 2 *sq.*

Murgantia, Siciliæ oppidum, *apud Polybium vulgo ἡ Μεργάνη.* i. 8, 3.

Murorum urbis mensura capienda, priusquam scalas adplicare adgrediaris. v. 98. ea mensura quomodo capiatur. ix. 19.

muros urbis obsessæ, cuniculis subfossos, sublicis suffulciebant oppugnatores, deinde incensis sublicis subruebant. v. 4, 6 *sqq.* 100, 4. xvi. 11, 5.

Musæus, Antiochi caduceator ad Scipiones missus. xxi. 13, 1. ab eodem legatus ad Cn. Manlium procos. Ephesi hibernantem. xxii. 24, 3 *et* 8 *et* 11 *sq.*

Museum. *Μουσεῖον*, locus circa Olympum in Macedonia. xxxvii. 1.

Museum Tarenti, ubi convivium de die celebrat Livius, urbis præfectus. viii. 27, 11. 29, 1.

Musicæ studium et exercitium consuetum Arcadibus, necessarium ad molliendum ingenium et mores. iv. 20 *seq.*

Mutina, *ἡ Μουτίνη*, Romanorum colonia; obsidetur a Boiis et Insubribus, et in ea triumviri agris dividendis. iii. 40, 8 *sq. Conf. Fragm. histor.* 33.

Mycenæ, *Μυκῆναι.* xvi. 16, 4.

Mydionia et Mydionii, mendosa olim scriptura, pro Medion *vel* Medeon, *et* Medionii. ii. 2—4. *Vide* Medion.

Mygdonia, *ἡ Μυγδονία, regio Mesopotamiæ*, Antiochia Mygdoniæ, *alias* Nisibis, v. 51, 1.

Myiscus, unus e ducibus copiarum Antiochi M. ad Raphiam. v. 82, 13.

Mylæus campus, *τὸ Μυλαῖον πεδίον*, in Sicilia, per quem decurrit Longanus amnis. i. 10, 7. *Ab eo non differt* Mylaites ager, *ἡ Μυλαΐτις vel Μυλαΐτις χώρα.* i. 23, 2.

Mylasa *vel* Mylassa, urbs Cariæ, *ἡ Μυλασέων vel Μυλασσέων πόλις.* Mylasenses Philippo commeatum suppeditant; urbi frustra insidias struit Philippus. xvi. 24, 6 *sq.*

post bellum Antiochicum, immunes a tributo Mylasenses pronunciantur a Romanis. xxii. 27, 4. urbes Euromensium cum occupassent, acie vincuntur a Rhodiis. xxx. 5, 11 *et* 15.

Myndus, urbs Cariæ, ἡ Μυνδίων πόλις, ad sinum Bargylieticum. xvi. 12, 1. Myndiorum ager, ἡ Μυνδία. xvi. 15, 4.
Myrcal, Pœnus, *subscripsit* formulæ fœderis Hannibalis cum Philippo. vii. 9, 1.
Myrina, ἡ Μύρινα, urbs Æolidis, e qua præsidium suum deducere jubetur Philippus. xviii. 27, 4. *Distinguenda a Myrina Lemni.*
Myrrichus, Bœotus, cujus pecus abigitur ab Achæis. xxiii. 2, 15.
Myrtis, Argivus, immerito proditor vocatus a Demosthene. xvii. 14, 3.
Myrtium, prostibulum Alexandriæ. xiv. 10, 3 *sq.*
Myrto, et ejus filius Nicanor, socii Charopis. xxxii. 21, 9 *sq.* 22, 3.
Mysia, ἡ Μυσία. Mysi, οἱ Μυσοί. Ex Æolide, trajecto Lyco amne, ad Mysorum habitationes pervenit Attalus; ἐπὶ τὰς τῶν Μυσῶν καταυλας. v. 77, 7.
Mysiæ pars, quam in Asia possidebant Byzantii, adimitur his a Prusia. iv. 50, 4. sed eis restituitur pace facta. 52, 9. Mysi a Romanis Eumeni dati, quos ipse sibi subjecerat. xxii. 27, 10.
Mysi, in exercitu Achæi. v. 76, 7. in pompa Antiochi Epiphanis. xxxi. 3, 3.
Myttistratum, τὸ Μυττίστρατον, Siciliæ oppidum munitum, captum a Romanis. i. 24, 11.
Myttonus, homo Afer, cujus opera res in Sicilia administravit Hannibal. ix. 22, 4.
Myus, Μυοῦς, *Ioniæ* oppidum, Magnetibus a Philippo donatum. xvi. 24, 9.

N.

Nabis, in Lacedæmoniorum regno succedit Machanidæ, perditissimus sævissimusque tyrannus. xiii. 6. xvi. 13. ad extorquendam civibus pecuniam, machina utitur forma muliebri, Apegæ uxoris similitudine. xiii. 7. ejus latrocinia, et initium belli cum Achæis. 8.
cum Messeniis, sociis, perfide egit. xvi. 13, 3. *conf.* c. 16 *sq.* Argis per uxorem latrocinia et sævitiam exercet. xvii. 17. *De eodem* Nabide *adde* xxi. 9, 10. *et Fragm hist.* 34.
ejus filius Armenas, Romæ obses moritur. xx. 13, 4. *Conf.* c. 12, 2.
Nadagara, *mendose apud Livium scriptura, pro* Naragara, *quod vide.*
Namnetes *vel* Nannetes, Ναμνῆτες *s.* Ναμνῆται, Galliæ populus. xxxiv. 10, 6.
Naragara, τὰ Ναράγαρα, Africæ oppidum, ubi castra habuit Scipio, haud procul Zama. xv. 5, 14. *Mendose vulgo* Μάγαρα *legebatur.*
Narava, Numida, bello Africo ad Amilcarem et Pœnos transit. i. 78. filiam suam ei despondet Amilcar. *ibid.* fidelem Amilcari et Pœnis operam præstat. *ib. et* 82, 13. 84, 4. 86, 1.
Narbo, ὁ Νάρβων, fluvius Galliæ, ab occasu Rhodani in mare exiens Sardoum. iii. 37, 8 *sq.* 38, 2. xxxiv. 10, 1.
Narbo, Νάρβη, *gen.* Νάρβωνος, nobilis urbs Galliæ, cujus cives cum remotissimis gentibus commercium exercent. xxxiv. 6, 8 *sqq.*
Nasica. *Vide* P. Cornelius.
Nasus, Νῶσος, (*ni Νᾶσος dorica dialecto scripsit Polybius, quemadmodum Livius legit;*) oppidum Acarnaniæ, ademtum Acarnanibus ab Ætolis. ix. 39, 2. *ubi Casaub. in versione* Naxum *posuit ex mendosa apud Livium scriptura.*
Natura animi humani non minus, quam corporis, e rebus contrariis interdum composita est. iv. 8, 7.
Naturæ memorabilia adnotare etiam debet historicus. iv. 40, 1 *sq.*
Navarchia, *i. e.* classis præfectis, pro legatis uti amant Rhodii. xxx. 5, 5. xvii. 1, 4.
Naucratis, ἡ Ναύκρατις, urbs Ægypti. xxiii. 16, 6. xxviii. 17, 10.
Naufragium infandum classis Romanæ ad Camarinam, ex pertinaci audacia consulum M. Æmilii et Servii Fulvii. i. 37. aliud Cn. Servilii et C. Semproni Coss. inter Siciliam et Romam. i. 39. L. Junius Cos. inter Pachynum et Lilybæum totam classem naufragio perdidit, ut ne tabula quidem superesset. i. 54. eamdem tempestatem Punici gubernatores sua peritia et providentia effugiunt. *ibid.* vv. 6 *sq.* *Conf.* Tempestas.
Navis. *Vide* Acatium; Classis; Deceris; Ἐξαδικώρης, Enneris; Hepteris; Hexeris; Hippagines; Lembus; Linter; Monoxylon; Parones; Octeris; Pistris; Quadriremis; Quinqueremis; Ratis; Triemiolia; Triremis; *et similia.*
Actuaria navis quinquaginta remorum, πεντηκόντορος. i. 20, 14. 73, 2. πεντηκοντόκωπος πλοῖον. xxv. 7, 1. cujus pretium æstimatur talenti. *ibid.* vv. 2. actuaria navis triginta remis acta, τριακοντάκωπος. xxii. 26, 3.
Decemalia, decem navium classis. xxiii. 7, 4. xxv. 7, 1.
naves longæ tectæ, νῆες μακραὶ κατάφρακτοι. i. 25, 7. navis rostrata, ἐπίπλους νοῦς. i. 27, 5. oneraria, φορτηγός. i. 82, 6. navis prætoria, ναυαρχίς, xvi. 3, 3.

speculatoria navis, *ex Casauboni interpretatione, πᾶς ταχυπλοΐαν.* iii. 95, 6.

Naves bellicæ a Romanis primum fabricâri cœptæ bello primo Punico, cum nullam antea neque tectam navem habuissent, neque longam omnino, (*id est*, ad bellum instructam,) et ne lembum quidem. i. 20. navis una Pœnorum, quæ litori impacta in potestatem venerat Romanorum, pro exemplo his fuit ad naves bellicas ædificandas. i. 20, 15. navis quæque in classe M. Reguli capiebat 300 remiges, et 120 milites. i. 26, 7. naves Romanorum ad motum minus habiles, quam Pœnorum. i. 22, 3. 51, 6.

naves per Isthmum transductæ, ad Corinthum; iv. 19, 7 *sqq.* v. 101, 4. Tarenti. viii. 36.

Naupactus, *Ναύπακτος, ἡ τῶν Ναυπακτίων πόλις*, urbs Ætoliæ cum portu, ex adverso Panormi, portus Peloponnesi. v. 102, 9. eo cum 40 lembis venit Scerdilædus, cum Ætolis se jungens. iv. 16, 9.

Naupacti agrum, *τὴν Ναυπακτίαν*, populantur Achæi. v. 95, 11. Naupacti congregati Ætoli, de pace agunt cum Philippo et Achæorum legatis. v. 103 *seq.*

Naupactia Cœla, *τὰ Κοῖλα τῆς Ναυπακτίας.* v. 103, 4.

Pharus, ἡ Φάρος, urbs munitissima, ejusdem cum insula nominis, a Romanis capta et diruta, postquam ab eis defecit Demetrius Pharius. iii. 18 *seq.* Fœdere Philippi cum Hannibale cavetur, ne Romani domini maneant Phari. vii. 9, 13.

Pharusii, populus Africæ. *Spicileg. ex lib.* xxxiv. *num.* 7.

Pharycus, spoliavit Junonis templum Argis. ix. 34, 10.

Phaselis, Φασηλὶς, urbs maritima *Ly-*

cia, s. *Pamphyliæ*. xxx. 9, 4 *et* 9. Phaselitæ, *Φασηλῖται. ibid. ve.* 7 *et* 10.

Phasis, *ὁ Φᾶσις*, fluvius Colchidis. Qui ad Phasin navigant, Sinopen ad dextram habent. iv. 56, 5. Ponto, supra regionem quæ Phasi fluvio adluitur, imminet regnum Artabazanis. v. 55, 2.

Phaylus, dux copiarum Achæi sub Garsyeride. v. 72 *seq.*

Pheia, *ἡ Φειὰς καλουμένη νῆσος*, (*mendose vulgo Φλειὰς*) insula Elidis. iv. 9, 9.

Pheneus, *Φενεὸς, Arcadiæ oppidum*, occupatum a Cleomene. ii. 52, 2.

Pheneensium ager, *ἡ Φενεάς*. Ex Psophide per Pheneensium agrum in Stymphaliam proficiscitur Euripides, inde Sicyoniorum agrum invasurus. iv. 68, 1.

Pheræ, urbs Thessaliæ, *αἱ Φεραὶ, ἡ τῶν Φεραίων πόλις*. Prope eam acris incidit velitatio inter copias T. Quintii et Philippi, paucis diebus ante pugnam ad Cynoscephalas. xviii. 2.

Pheræorum et Pharsaliorum agro opportune imminet urbs Larissa. v. 99, 3. *cf.* xviii. 2.

De Pherarum urbe *contendisse coram Romanis Ætolos cum Achæis, temere scripsit Casaub. in vers. Lat. Legat. VI. nobis lib.* xviii. 25, 7. *ubi in Græco tamen recte tenuit Ursini lectionem Ἡραίων. Intellexerat puto Casaubonus* Pharas *vel* Pheras Messeniæ, *de qua vide supra in* Pharæ.

Phiala, præmium peditis qui hostem prostravit, et spolia ei detraxit. vi. 39, 3.

Phialia; *vide* Phigalia.

Phialephoros, *ἡ Φιαληφόρος*, apud Locrenses. xii. 5, 9 *sqq.*

Phibotides urbes; *vide* Phœbatides.

Phidiæ Jovem Homericum expressit. xxx. 15, 4.

Phigalea, Phigalia, Phialia, *Φιγαλία, Φιγαλία, Φιαλία, ἡ τῶν Φιγαλίων vel Φιαλίων πόλις*. iv. 3, 5. *et ve.* 8. iv. 80, 3. Peloponnesi urbs *in Arcadia*, prope fines Messeniorum, cum Ætolis faciens, et in eorum potestate. iv. 3, 6 *sq.* 31, 1.

In ea residet Dorimachus nomine Ætolorum, bellum molliens Messeniis. iv. 3, 4 *sqq.* 6, 10. in eamdem confluunt Ætoli piratæ, qui ex Messenia prædam faciebant. iv. 3, 8. 79, 6 *sq.* in eadem sedem belli figit Scopas cum Ætolis, incursionem in Messeniam faciens. iv. 6, 10 *sq.*

Phialenses, deserentes Ætolos, urbem suam Philippo tradunt; iv. 79, 8 *sqq.* præsidium urbi imponit Philippus. iv. 80, 8. post ereptam Ætolis Phialiam, non recusant Messenii societatem belli Socialis. v. 4, 5.

Philæni aræ, *οἱ Φιλαίνου βωμοὶ*, prope majorem Syrtin, terminus ditionis Pœnorum in Africa. iii. 39, 2. x. 40, 7.

Philænis, femina, de rebus obscœnis scripsit. xii. 13, 1.

Philammon, qui cædi Arsinoës reginæ præfuerat, occiditur a mulierculis cum filio et uxore. xv. 33, 11 *sq. adde c.* 36, 1.

Philemenus cum Nicone Tarentum prodit Hannibali. viii. 26 *seqq.* velut a venatione rediens cum apro, noctu urbem intrat. 31.

Philetærus, Eumenis frater, favet Pythem Thebano. xi. 1. *Adde* xxxii. 23, 6.

Philiades Messenius, pater Neonis et Thrasylochi. xvii. 14, 3 *et* 12.

Philidas, (*vulgo minus recte* Phylidas) dux Ætolorum et Elcorum adv. Philippum, post Euripidam. iv. 77, 6. 78, 1. ipsos socios Eleos diripit. 79, 2. Lepreo, et mox etiam Samico, cedere cogitur Philippo. iv. 80.

Philinus, scriptor historiæ primi Belli Punici, effusum favorem prodit in Pœnos. i. 14. Philini errores. i. 15. iii. 26.

Philinus Corinthius, a Dæo, prætore Achæorum, virgis cæsus. xl. 5, 6.

Philippi, *Φίλιπποι*, urbs Macedoniæ. *Civis* Philippenus, *Φιλιππηνός. Fragm. hist.* 41.

Philippicum bellum, *ὁ Φιλιππικὸς πόλεμος*. iii. 32, 7 *sq.* natum ex bello Hannibalico; tum ex Philippico oritur Antiochicum. *ibid. Vide* Philippus, Demetrii fil.

Philippopolis, *Φιλίππου πόλις*, eadem quæ Thebæ Phthiæ in Thessalia. v. 100, 8.

Philippopolis Thraciæ, *Φιλίππου πόλις*, in Odrysis, qui Philippi præsidium inde expelliunt. xxiv. 6, 5 *sqq.*

Philippenses *Φιλιππηνοὺς a Polybio dici, monuit Stephanus Byzant. in Φίλιπποι. Conf.* v. 100, 8.

Philippus, Amyntæ fil. rex Macedon. beneficia contulit Megalopolitanis, Messeniis, Tegeatis, Argivis, oppida eis restituens quæ Spartani eisdem ademerant. ii. 48, 2. xvii. 14, 6 *sqq. cf.* ix. 28, 7. 33, 8 *sqq.*

multa præparaverat ad bellum adv. Persas. iii. 6, 5 *et* 12 *sqq.* cum victis ad Chæroneam Atheniensibus humanissime egit. v. 10, 1 *sqq.* xvii. 14, 13 *sq.* in eum maledicentissimus est Theopom-

pus. viii. 11—13. Græcis caussa et principium fuit servitutis. ix. 29. defenditur ab ista culpa. ix. 33.

Philippus Demetrii filius, Antigoni Gonatæ nepos, pater Persei; sub tutela est Antigoni *Dosonis patrui*. ii. 45, 2. et ab eo præclare regitur. iv. 87, 6. Alexandri et Philippi Amyntæ filii genere prognatus videri studuit. v. 10, 10.

succedit in regnum, mortuo Antigono. ii. 70, 8. etiam tum puer, annum ætatis septimum decimum nondum egressus. iv. 2, 5. 5, 3. 24, 1. cui Apelles aliique tutores relicti erant ex Antigoni testamento. ii. 67, 8.

ad Philippum legatos mittunt Achæi, de Ætolis conquerentes, et auxilia ab eo ex sociali fœdere postulantes. iv. 15, 1 *sq.* Ætolis, utpote pro more agentibus, non nimis irascitur Philippus. 16, 2 *sqq.* Ad Sociale bellum gerendum cum exercitu Corinthum venit; domum jam reversis Ætolis, inde Tegeam movet, versus Laconicam. iv. 22. non immiscens se Lacedæmoniorum internis seditionibus, societatem cum populo firmat; 23 *seq.* et Corinthum redit, sociorumque de Ætolis querelas audit. 24 *extr. et seq.*

Ægii in concilio avita amicitiæ jura cum Philippo renovant Achæi. iv. 26, 7 *sq.* hibernans Philippus in Macedonia, fœdus facit cum Scerdilæda. iv. 29. Philippus et Achæi fœdus de societate ineunt cum Polyrrheniis et Lampæis Cretensibus. iv. 55, 1 *sq.*

Ætoliam, per Thessaliam et Epirum, petit Philippus. iv. 57, 1. et Ambraciam obsidet. 61. eamque et Phœtias capit. 63. Ad Stratum cum exercitu morantem invitant Achæi, ut trajecto Rhio Elidem invadat. 64, 2. captis nonnullis Ætolorum urbibus, cum ei nunciaretur Dardanios invasionem parare in Macedoniam, domum redit, dein Larissæ in Thessalia hibernat. iv. 64—66. Œniadas, oppidum et arcem cum porta, in Ætolia et Acarnaniæ confinibus, communit. 65, 7 *sqq.* Demetrium Pharium, ad se confugientem, benigne recipit. 66, 4 *sq.*

circa brumam, cum parte exercitus, in Peloponnesum venit. iv. 67, 6 *sqq.* moxque Eleos ad Apelaurum montem vincit. 69. Psophidem et alias eorumdem urbes capit. 70 *seqq.* Apellem prohibet, Achæos in servitutem redigere conantem. 76. et Aratum adv. Apellis calumnias tuetur. *vide* Aratus.

egregia et vere regia Philippi juvenis indoles. iv. 77. 82, 1. ex optimo principe dein in ferum tyrannum mutatus. iv. 77, 4. vii. 12 *seqq* ix. 23, 9.

de solvendo stipendio exercitui Philippi fit decretum Achæorum. v. 1, 11 *sq.* Bellum Sociale mari gerere adgreditur Philippus. v. 2 *seqq.* Cephallæniam petit, ubi per Leontii perfidiam Palynte urbe non potitur. v. 3 *sq.* Thermum Ætoliæ petit, et templum ibi evertit et comburit, vindictæ nimis ferociter indulgens. v. 6 *seqq.*

ex Ætolia reversus, mira celeritate in Laconicam rursus irrumpit, eamque usque ad Tænarum populatur. v. 16 *seqq.* ex Laconica Corinthum redit. 24, 1 *sqq.* Legatis Rhodiorum et Chiorum, ad pacem cum Ætolis faciendam invitantibus, paratum se esse, respondet, si velint Ætoli. 24, 11. in Phocide rei magnæ gerendæ spem habet; 24, 12. sed ea spes irrita est. 26, 1 *et* 16. ex Elatea Phocidis revertens, Sicyonem devehitur, ibique apud Aratum divertit 26, 16. 27, 3. Leontium proditorem occidi curat. 27, 4 *sqq.* inducias facit cum Ætolis, sed pax non convenit. 28 *seq.* hibernat in Macedonia. 30, 1.

Bylazorem urbem Pæoniæ occupat adv. Dardaniorum incursiones. v. 97. Melitæam oppugnaturus, scalas juste breviores adplicat. *ibid.* Thebas Phthiæas expugnat. 99 *seq.* in Peloponnesum cum classe et exercitu reversus, accepto nuncio cladis Romanorum ad Trasimenum lacum, Pacem facit cum Ætolis, et Bello Sociali finem imponit. 101—105.

oppida Illyriæ, Macedoniæ vicina, capta a Scerdilæda, recipit et præsidiis firmat. v. 108. dein classe Illyriam petens, (et ipsi Italiæ inhians, instigatus a Demetrio Phario, v. 108, 4 *sq.*) Apolloniæ Panico territus, re infecta, non sine ignominia, in Macedoniam redit. v. 109 *seq.*

Fœdus facit Philippus cum Hannibale et Pœnis; iii. 2, 3. cujus formula *exhibetur* vii. 9.

adversus Messenios primum pravos mores nudavit. vii. 12, 1. *conf.* c. 10, 2. adamatus antea omnibus Græcis, 12, 4 *sqq.* a Cretensibus πρεσβύτατος insulæ electus. 12, 9. deinde exosus omnibus, 12, 10 *sqq.* Natura bonus, procedente ætate in vitia incidit. x. 26, 7 *sq.* quoties Demetrio Phario et Taurione consultoribus usus est, pessimus fuit Philippus; quoties Arato aut Chrysogono, optimus. vii. 13 *seq.* ix. 23, 9. v. 12, 5 *sqq.*

Aratum veneno necat. viii. 14. Lie-

sum et Acrolissum capit, et multas Illyriorum urbes in deditionem accipit. 16 *seq.*

Cum Ætoli, Romani et Attalus fœdus fecissent contra Philippum et Achæos; ix. 30, 6 *sq.* (ad quam societatem etiam Lacedæmonios invitarunt Ætoli. ix. 28 *seqq.*) Philippus Echinum urbem, quæ in Ætolorum erat potestate, oppugnavit cepitque; ix. 41 *seq.* et Achæis aliisque sociis, opem ejus contra illos implorantibus, strenue providit. x. 41 *seq.* postquam Argis, ubi hiemavit, effrenatæ libidini indulsisset. x. 26.

iterum Thermum Ætoliæ et Apollinis ibi templum vastat. xi. 4. per legatos (*in concilio nescio quo, fortasse Achæorum*) declarat, paratum se esse ad pacem cum Ætolis æquis conditionibus faciendam. xi. 7, 9 *sq.*

Pacem cum Ætolis facit *Phœnicæ* in Epiro. xiii. 1. *coll.* xv. 23, 8. xvii. 1, 14.

Heraclidis opera classem Rhodiorum in ipsorum portu incendio corrumpit. xiii. 4, 1—3. *et cap.* 5, 1—3. Cretenses ad bellum adv. Rhodios concitaverat. xiii. 4, 2. 5, 1. Bellum in Thracia gerit. xiii. 10, 6—9.

Philippus, conjuratione facta cum Antiocho M. de partiendo Ptolemæi Epiphanis regno, Cariam, Chium et Samum ad se rapit. iii. 2, 8. xv. 20. licet pacem fecisset cum Ætolis, tamen Cium urbem, sociam Ætolorum, copiis cum Prusia genero junctis, expugnat capitque. xv. 21—23. xvii. 3, 12. 4, 7. Rhodios dolosa legatione decipit. xv. 22, 5. *et* 23, 1 *sqq.* Thasios violata fide subigit. xv. 24. Paulo ante id tempus Lysimachiam, Ætolorum sociam, sibi subjecerat; moxque Calchedonem. xv. 23, 8. xvii. 3, 11.

Pergamenum agrum et loca sacra vastat, Attalo ægre e manibus ejus elapso. xvi. 1. Sami classem habuit. xvi. 2, 4 *et* 9. Pugna navali ad Chium victus ab Attalo et Rhodiis, victoriam sibi tribuit. xvi. 2—8. Cariam invadit. xvi. 11 *seq.* iii. 2, 8.

Philippo bellum indicunt Romani, ni a Græcis injuria lacessendis absistat. xvi. 27. Ille forti et constanti animo persequitur incepta. 28. Abydum oppugnat expugnatque. 29—34. legatum Romanum, ad Abydum secum expostulantem, non audit, sed ut juvenem ridet. xvi. 34. Achæos concitare studet ad bellum cum Romanis. xvi. 38.

Ex Epiri faucibus propere se recipere coactus Philippus a T. Flaminino; plurimas Thessaliæ urbes vastavit. xvii. 3, 9. xviii. 6, 4. xxvii. 13, 2.

Colloquium instituit cum Tito, et cum Ætolorum, Rhodiorum et Attali legatis ad sinum Maliacum. xvii. 1—9. jocis ludit adversarios. 4, 4 *sqq.* induciis pactis, legatos Romam mittunt partes omnes. 10 *seq.* Bellum cum Philippo durare decernit senatus. 12. a Philippi societate Achæos ad Romanorum partes traduxit Aristænus. 13, 8 *sq.*

Pugna ad Cynoscephalas victus Philippus; xviii. 4—10. in Macedoniam profugit, combustis Larissæ chartis regiis. xviii. 17, 1 *sq.* pactis induciis. xviii 17, 4 *sqq.* denuo colloquitur cum Quintio ad Tempe de pacis conditionibus. 19—21. conditiones Titi accipit Philippus, et filium suum Demetrium obsidem dat. 22. Pax Philippo data a Quintio confirmatur Romæ. 25. Senatusconsultum de Pace. 27.

Bello Antiochico fidelem Romanis operam præstat Philippus; cujus gratia Demetrius fil. et ceteri obsides ei restituuntur, tributum remittitur, et plures urbes reddantur. xx. 13. xxi. 9, 9.

Philippus queritur apud Romanos ereptam sibi ab Ætolis Athamaniam et Dolopiam; et frustra impedire conatur pacem Ætolis datam. xxii. 14, 4.

cum Philippo contendunt Thessali, Parrhæbi, Athamanes, et Eumenes, judicibus Romanis. xxiii. 4 *sq. et cap.* 11, 1 *sq.* Maroneæ cædem edit Philippus; et Casandrum, cujus opera in ea re usus erat, veneno tollit. xxiii. 13 *seq.* Romanis jam tum infensus, Demetrium filium Romam mittit ad purganda crimina. 14, 7 *sq.* xxiv. 1. Byzantiis adv. Thraciæ reguli os auxilia promittit. xxiii. 14, 12.

ad accusandum Philippum multæ legationes Romam conveniunt. xxiv. 1. Demetrii caussa patri veniam dant Romani. 2. inde Philippi et Persei, majoris filiorum, odium in Demetrium, et insidiæ. *cap.* 3 *et* 7. Prusiæ auxilia miserat ad bellum cum Eumene. xxiv. 1, 4. 3, 1. invitus ex Thraciæ urbibus excedit tandem. xxiv. 6. Thracibus mediterraneis bellum facit, Philippopolin præsidio munit, quod tamen paullo post ab Odrysis expellitur. *ibid.*

veluti furiis agitatus, insana consilia capit; Macedonas in Emathiam transducit; civium suo jussu olim interfectorum liberos custodiæ tradit; simultate mutua filiorum cruciatur. xxiv. 8.

Alia nonnulla ad Philippum pertinentia *vide in Fragm. histor.* 42—45.

Philippus, Achæorum legatus in Macedon. ad gratulandam Romanis victoriam de Perseo. xxx. 10, 8.

Philippus, Antiochi M. σύντροφος, elephantis præfectus ad Raphiam. v. 82, 8.

Philippus, Persei legatus Rhodum. xxvii. 4, 3 *sqq.*

Philo, Agathoclis adulator, ministri Ptolemæi Eupatoris et Epiphanis. xiv. 11, 1. *inter* cognatos Agathoclis *refertur* xv. 30, 5. occiditur in tumultu. xv. 33, 1 *sqq.*

Philo, Chalcidensis. Eum Romanis dedere jubetur Antiochus ex pacis lege. xxi. 14, 7. xxii. 26, 11.

Philo Cnossius, Neocretibus præest in exercitu Ptolemæi Philopatoris. v. 65, 7.

Philo, Thessalus, pacis conditiones a Metello adfert Dicæo, quas ille respuit. xl. 4, 3 *sqq.*

Philocles, amicus Philippi, Demetrium Philippi filium Romam comitatur. xxiii. 14, 7. xxiv. 1, 5. jam antea Romam a Philippo fuerat missus, occasione belli Prusiæ cum Eumene. xxiv. 3, 2. ejusdem opera insidias Mylasensibus frustra struxerat Philippus. xvi. 24, 7.

Philocrates, Rhodiorum legatus Romam. xxx. 4, 1. 5, 1.

Philodemus, Argivus, Hieronymi legatus ad Hannibalem. vii. 2, 2 *sqq.*

Philomelienses, Φιλομηλεῖς; *cives urbis Phrygiæ majoris, cui* Philomelium *nomen.* xxii. 18, 4.

Philomelus et Onomarchus templum Delphicum spoliant; tyrannos illos tollit Philippus Amyntæ fil. ix. 32, 4 *sqq.*

Philophron, Rhodiorum legatus ad X. legatos Romanos post bellum Antiochicum. xxiii. 3, 2. eidem non placet ut Rhodii rebus Persei se immisceant. xxvii. 11, 2. Romanis favet. xxviii. 2, 3. 14, 3. Romam legatus mittitur, ad deprecandam iram Romanorum post bellum Persicum. xxx. 4, 1 *sqq. et cap.* 19, 4 *sq.*

Philopœmen, Megalopolitanus, promotor et consummator fœderis Achaici. ii. 40, 2. juvenis, prudenter fortiterque rem gerit in pugna Antigoni cum Cleomene ad Sellasiam. ii. 67—69. de Philopœmene tres libros separatim edidit Polybius. x. 24, 5 *sq.*

nobilissimo Arcadiæ genere ortus, institutus est a Cleandro Mantinensi, &c. x. 25, 1 *sqq.* Præfectus equitum creatus Achæorum, corruptam disciplinam restituit, et perpetuis exercitationibus equites suos præstantiores hostibus reddidit. x. 25, 6 *sqq. et cap.* 21 *et* 22. *quæ duo capita post cap.* 25. *repoui debuerant, et ad* Philopœmenem *referri, non ad Scipionem.*

Prætor Achæorum, xi. 10, 7. ad armorum cultum hortatur Achæos, et disciplinam omnem militarem restituit. xi. 8—10. ipse moribus simplicibus utens, et magna apud suos auctoritate. xi. 10, 1—7. Milites in itinere adsuefacit ad parce utendum cibariis. *Fragm. hist.* 46. Machanidam, Lacedæmoniorum tyrannum, acie ad Mantineam vincit. xi. 11 *seqq.* et fugientem sua manu confodit. 18.

rursus Prætor Philopœmenes, in unum diem juventute omni Achæorum, insciis omnibus, Tegeam convocata, incursionem in Laconicam facit, et hostes insidiis circumvenit. xvi. 36 *sq.*

rursus Prætor, octoginta Spartanos ad Compasium occidit, muros Spartæ dejecit, et veteres exsules in urbem reduxit. xxii. 23, 2. *coll.* xxiii. 1, 1. 7, 5 *sq.* qua causa Romæ accusatur. xxiii. 1, 1. simul ipse legatos Romam mittit. 1, 4. Achæis facultatem dat, res a Bœotis per vim repetendi. xxiii. 2, 13. in renovanda societate cum Ptolemæo Epiphane levitatem committit. 9, 11. a Philopœmene in repub. dissident Aristænus et Diophanes. xxiii. 10.

rem Lacedæmone gestam Philopœmen defendit coram Q. Cæcilio. xxiii. 10, 8. Infensus est ei T. Quinctius. xxiv. 5, 2. et frustra ab eo petit, ut gentis concilium sibi cogatur. 5, 15 *sqq.*

Moritur Philop. eodem anno cum Hannibale et Scipione. xxiv. 9. *conf. Spicileg. ex lib.* xxiv. *num.* 2. captus a Messeniis et interfectus. xxiv. 12, 13. annos 70 natus. *Fragm. gramm.* 31 *et* 34. *Conf. Valesii* xxiv. 9, 3. Cædem Philopœmenis Messenæ ulciscitur Lycortas. xxiv. 12. *Conf. Spicileg. ex lib.* xxiv. *num.* 3.

Philopœmen et Aristænus inter se collati. xxv. 9.

Philosophi tres, Athenis Romam legati. *Spicileg. ex lib.* xxxiii.

Philostratus, præfectus quinqueremis Rhodiæ, in pugna ad Chium. xvi. 5, 1 *sqq.*

Philostratus, *Molossus Epirota* (*ut videtur*) A. Hostilium Cos. per Epirum proficiscentem Perseo prodere molitur. xxvii. 14.

Philoteria, ἡ Φιλοτερίς, oppidum Cœlesyriæ ad lacum *Tiberiadis*, in quem

Jordanes influit. v. 70, 3 *sq.* eam in deditionem accipit Antiochus M. *ibid.*

Philotis, mater Charopis Epirotæ, cujus opera ille mulieres spoliare consueverat. xxxi. 21, 13 *sq.*

Philoxenus, *dithyrambicus poëta et musicus; de quo vide Suidam, et auctores laudatos a Fabric. Bibl. Græc. T. I. p. 686 sq. et Albert. ad Hesych. in Δοίλωνα.* Carmina ejus modosque vulgo addiscunt Arcades. iv. 20, 9.

Phlegræi campi, circa Capuam et Nolam, ab Etruscis olim possessi. iii. 17, 1 *sq.* iii. 91, 7.

Phlias corrupte vulgo legebatur. iv. 9, 9. *pro* Pheias, *quod vide.*

Phlius, Φλιοῦς, *gen.* Φλιοῦντος, oppidum Peloponnesi, *inter Sicyoniam et Argolidem;* occupatur a Cleomene. ii. 52, 2.

Phliasiorum tyrannus, τῶν Φλιασίων, Cleonymus, tyrannide abdicata, Achæis se jungit. ii. 44, 6.

Phliasiorum ager, ἡ Φλιασία; in eo ad Dioscurium castra ponit Philippus. iv. 67, 9.

Phocæa, Φώκαια, civitas Æolica, ab Achæi partibus ad Attalum transit. v. 77, 4.

Phocæenses, Φωκαιῆς, alii cum Antiocho, alii cum Romanis facientes, legatos mittunt ad Seleucum, Antiochi filium. xxi. 4. Phocæensibus post bellum Antiochicum pristinas leges et agrum reddunt Romani. xxii. 27, 7.

Phocis, ἡ Φωκίς. Phocenses, Φωκῆς.

Phocenses fœdere Antigoni cum Achæis comprehensi. iv. 9, 4. 15, 1 *sq.* queruntur de vi ab Ætolis facta. iv. 25, 2.

in Phocide rem quamdam magni momenti gerere se posse, sperat Philippus. v. 24, 12. sed irrita ea spes fuit. 26, 1 *et* 16. e Phocide ad Philippum mittuntur literæ Megalæ, eiam ad Ætolos scriptæ. v. 28, 4.

Phocidem adv. Ætolos tuetur Philippus. x 42, 2. Phocide et Locride e vestigio deducere præsidia tenetur Philippus per inducias cum T. Quintio pactas. xvii. 10, 4. Phocenses tuti non sunt, quamdiu Philippus Chalcidem tenet. xvii. 11, 6. liberi renuncian ur ex SC. Romanorum. xviii. 29, 6. ita tamen, ut Ætolorum concilio sint contributi. 30, 9.

in Phocide Patrenses præsertim magnam cladem passi sunt bello Achaico. xl. 3, 4. *scil.* in pugna qua Metellus Achæos vicit. (*conf. c.* 6, 11.) et Diæum cum exercitu oppressit. *Spicileg. ex lib.* xl.

Phœbatides urbes, Illyrici, *ai* Φοιβάτιδες πόλεις, *alii codices* Φιβάτιδες. v. 108, 2.

Phœbidas, Lacedæmonius, Cadmeam per dolum occupat. iv. 27, 4.

Phœnice, ἡ Φοινίκη, urbs Epiri munitissima et opulentissima. ii. 5, 8. 8, 4. xxxii. 22, 2. proditione mercenariorum Gallorum capitur ab Illyriis. ii. 5.

Romanorum legati ibi cum Epirotis agunt de Philippo. xvi. 27, 4. Phœnice ex Epiro Romam mittuntur legati. xxxii. 24. *conf. c.* 22, 1 *sq.*

Phœnice, Φοινίκη, *perperam Casaubonus ediderat* iv. 68, 1. *pro* Φοινικὴ, *id est,* Phœnicensium ager.

Phœnicia *vel* Phœnice, regio Asiæ, ἡ Φοινίκη. *Interdum communi* Cœlesyriæ *nomine comprehenditur* Phœnicia; *ut* v. 80, 3. *et sæpius alias; alias utrumque nomen conjungitur, ut* v. 66, 6. viii. 19, 11. xxviii. 1, 2.

inter Ciliciam et Phœniciam sita est Seleucia ad Mare. v. 59, 4 *sq.*

Antiochus Phœniciæ et Cœlesyriæ manus injicit. iii. 2, 8. Phœniciam et Cœlesyr. ex Ptolemæi Lagi jure ad reges Ægypti pertinere, contendunt Legati Ptolemæi Philopat. adv. Antiochum Magnum. v. 67, 10. *Conf.* Cœlesyria.

Phœteæ, Φοιτιῶται, *sive* Phœtiæ, Φοιτίαι, *Acarnaniæ* oppidum in potestate Ætolorum, captum a Philippo. iv. 62, 7. *et vs.* 10.

Phœteum; *vide* Phyteum.

Φωλιὰς, lustrum, latibulum, spelunca; locus sic dictus in urbe Megalopoli prope murum. ix. 18, 1. ii. 55, 5.

Phorunna, ἡ Φόρουννα, oppidum Thraciæ. ix. 45, 4.

Phoxidas, Achæus, dux Græcorum mercenariorum Ptolemæi Philopat. v. 65, 8 *sq.* 85, 2 *sqq. Conf. Artic. seq.*

Phoxidas, Melitæensis, centuriat copias Ægyptiacas. v. 68, 11. *Videtur idem esse cum superiore. Conf.* Achæi Phthiotæ.

Phrixa, ἡ Φρίξα, oppidum Triphyliæ. iv. 77, 9. in deditionem accipitur a Philippo. iv. 80, 13.

Phrygia ad Hellespontum, Φρυγία ἡ ἐφ' Ἑλλησπόντου. xxii. 5, 14. *distinguitur* a Phrygia Majori. xxii. 27, 10. utraque regno Eumenis adjicitur a Romanis post bellum Antiochicum. *ibid.*

Phthiotæ; *vide* Achæi Phthiotæ.

Phthiotis; *vide* Eretria Phthiotidis, *et* Thebæ Phthiæ.

Phylarchus, historicus, contraria scribit Arato, et multas tragœdias facit de casu Mantinensium, et de Aristomacho Argivo. ii. 56—59. *conf.* ii. 56, 1. Alia

in eodem Phylarcho reprehendit Polybius ii 60—63.

Phylidas; *vide* Philidas.

Phylomachus (*aliis* Phyromachus, *et* Pyromachus) statuarius, Æsculapii signum in templo Pergameno confecit. xxxii. 25, 4. *Conf. Hardnin. ad Plin.* xxxiv. 8, (19,) 20. *T. II. p.* 656.

Physcon. xxxiv. 14, 6. *Vide* Ptolemæus.

Physsias, nobilis Eleus, bello captus a Lyco, prætore Achæorum. v. 94, 6.

Phytæum, Phyteum, *vel* Phœteum, Φύτιον, Φύτειον *vel* Φοίτειον, Ætoliæ oppidum, in media Ætolia. v. 7, 7. xi. 4, 4. *Conf.* iv. 62, 7.

Phyxium. τὸ Φύξιον, locus Elidis. v. 95, 8.

Picenus ager, ἡ Πικεντίνη χώρα, devictis Senonibus ademtus, civibus Romanis divisus. ii. 22, 7. Picenum populatur Hannibal, τὴν τῶν Πικεντίνων χώραν. iii. 86, 9.

Pictones, Πίκτωνες, populus Galliæ. xxxiv. 10, 6.

Pieriam vastat Scopas prætor Ætolorum, τὰ πρὸδον τὰ κατὰ τὴν Πιερίαν. iv. 62, 1. *MSti* τὸν τέρμονα (*alii* τὸν τέρμονον) τὸν κατὰ τὴν Πιερίαν.

Pignora fidei. *Vide* Fides.

Pilum Romanum, ὁ ὀβελός. vi. 23, 8 *sqq.* i. 40, 13. Triarii, pro pilo, hasta utuntur. vi. 23, 16.

Pinarus, ὁ Πίναρος, Ciliciæ fluvius. xii. 17, 3. *mendose* Πύναρον *vocant editi.*

Pindari laudatio Pacis, parum honesta. iv. 31, 5 *sqq.*

Piræeus, Πειραιεύς, portus Athenarum. xvi. 26, 2 *et* 4.

Piratæ, *vide* Ætoli *et* Illyrii. *Adde Fragm. Gramm.* 83.

Pisa *vel* Pisæ, ἡ Πίσα *et al.* Πίσαι, prima urbs Etruriæ, a Liguria venientibus. ii. 16, 2. e Sardinia Pisas adpellit C. Atilius Cos. ii. 27, 1. 28, 1. P. Scipio, Liguriæ oram legens, quinto die Pisis Massiliam venit. iii. 41, 4. Pisas inde redit. iii. 56, 5.

Pisæi equites, ἱππεῖς Πισαῖοι. *Sic olim legebatur* xxxi. 3, 6. *pro quo* Νισαῖοι, Nisæi, *edidimus.*

Pisatis, Pisæus ager, ἡ Πισᾶτις γῆ, pars Elidis in Peloponneso. iv. 74, 1. *Conf.* Olympia.

Pisces sub terra, in Galliæ campis versus Pyrenæum montem. xxxiv. 10, 4.

Piscium vitam vivere, proverbium. xv. 20, 3.

Pisidia, ἡ Πισιδική. Eam populatur Achæus. v. 57, 7. Pisidiæ incolas ad arma secum sociandа adv. Selgenses hortatur Garsyeris, nomine Achæi. v. 72, 9. 73, 3. *ubi commemorantur Pisidiam incolentes* Etennenses, Sidetæ, Pedlenissenses, Selgenses.

Pisidiam post bellum Antiochicum Eumeni dari a Romanis, consentiunt Rhodii. xxi. 5, 14. et datur ei Milyas, *quæ Pisidiæ accensebatur.* xxii. 27, 10.

Pisseum. Πισσαῖον, Pelagoniæ oppidum, direptum a Scerdilæda. v. 108. 1. *Conf. Artic. seq.*

Pissantini, Πισσαντῖνοι, populus Illyricus, cujus oppidum Orgyssum Scerdilædæ eripuit Philippus. v. 108, 8. *Nil videntur hi commune cum* Pisseo *habere supra memorato, quod Pelagoniæ vicinus, id est parvum oppidum vocat Polybius.*

Placentia, Πλακεντία, ἡ τῶν Πλακεντίνων πόλις, colonia Romanorum ad Padum in Gallia Cispadana. iii. 40, 5. 66, 9. Prope *Placentiam* (*sic legendum videtur pro vulgato* Massiliam) erat sedes Anamarum. ii. 32, 1.

ad Placentiam castra ponit Scipio. iii. 66, 9. eodem se recipiunt qui e pugna ad Trebiam evaserunt. 74, 6.

Placentiam convenire exercitum jubet Consul, Liguribus bellum illaturus. xxxiii. 8, 1.

Plagæ quatuor mundi. iii. 36, 6 *sq.* historiam legentes, cogitatione convertere oculos debemus in eam mundi terræque plagam, ubi quæque res gesta est. iii. 36, 4 *sq.*

Platanus, Πλάτανος, oppidum Phœniciæ: fauces ad Platanum. v. 68, 6.

Plato conversionem rerumpub. ex alio genere in aliud adcurate explicavit. vi. 5, 1. rempub. Cretensium similem esse ait reipub. Laconicæ. vi. 45, 1. Platonis respub. 47, 7 *sqq.*

Fabula Arcadica a Platone citata, de hominibus in lupos mutatis. vii. 13, 7. ejusdem dictum, (beatos fore homines, si philosophi regnarent) ad historiæ scriptionem adplicat Polybius. xii. 28, 2. *conf. cap.* 27.

Plator, dux Illyriorum, quos Philippus subsidio misit Cretensibus. iv. 55, 2.

Pleiades, *vide* Vergiliæ.

Pleuratus, Illyriæ rex, pater Agronis; ii. 2, 4. *et Scerdilædæ. Vide* ii. 5, 6.

Pleuratus, *Scerdilædæ filius, Pleuratī nepos, pater Genthii,* (*vide* ii. 5, 6.) Πλευρᾶτος *vel* Πλευράτους, cum Scerdilæda copias educit adv. populos Epiri, Philippi socios. x. 41, 4. ei parent Dalmatæ. xxxii. 18, 3 *sq.* eidem a T. Quintio dantur Lychnis et Parthini, Illyriæ civitates, quæ in Philippi fuerant potestate. xviii. 30, 12. xxi. 9, 7. xxii. 4, 3.

Pleuratus, *Pleurati filius,* Genthii frater, a fratre occiditur. xxix. 5, 8.

Pleuratus, exsul Illyricus, Persei legatus ad Genthium regem. xxviii. 8, 1.
Plumis incensis Romani e cuniculis pelluntur ad Ambraciam. xxii. 11, 15 *sq.*
Pœnæ militares. vi. 37 *seq.* *Conf.* Desertores.
Pœni. *Vide* Carthaginienses.
Poësis tribus partibus constat, historia, dispositione, fabula. xxxiv. 4, 1 *sqq.* Homeri poësis, est scriptio philosophica. xxxiv. 4, 4 *sqq.*
Poëtæ in fabularum exitu deo ex machina utuntur. iii. 48, 4. poëtas et fabularum scriptores testes advocare rerum ignotarum, turpe est. iv. 40, 2.
Polemarchi, πολίμαρχοι, magistratus civitatum Peloponnesi, qui claves urbis in sua potestate habent, et interdiu in stationes ad portas versantur, iv. 17, 2. Eosdem ix. 17, 3. *vocat τοὺς ἄρχοντας τοὺς διδομένους τηρεῖν τὰς πύλας.*
Cynæthensium polemarchi urbem Ætolis prodiderunt. iv. 17, 3.
Polemarchorum curia, τὸ Πολεμάρχων *vel* Πολεμαρχεῖον, Phigaliæ. iv. 79, 5.
Polemarchus, Arsinoënsis, Ætolorum legatus Romam. xvii. 10, 8.
Polemocles, Rhodiorum navarchus adv. Byzantios missus. iv. 52, 2. cum classe in Cretam mittitur petentibus Cnossiis. 53, 1. ab Eleuthernæis Cretensibus incusatur occidisse Timarchum, civem Eleuthernæum. 53, 2.
Polemocrates, pater Limnæi. xxix. 3, 6.
Poliasium, τὸ Πολιάσιον, locus *nescio quis* Laconicæ. xvi. 16, 2.
Polichna, ἡ Πολίχνα, oppidum ditionis Argivorum, captum a Lycurgo, Spartæ rege. iv. 36, 5. *Confer* Prasiæ.
Politicum virum res inter homines gestas scire juvat. ix. 1, 4.
Polyænus, *Achæus*, bello Persico, temporis rationem habendam censet respectu Romanorum. xxviii. 6, 8.
Polyænus, Cyparissensis, comes Philopœmenis Machanidam persequentis. xi. 18, 2.
Polyaratus, Rhodius, cum Dinone frustra Rhodios ad Persei partes a Romanis abstrahere conatur. xxvii. 6. *conf. c.* 11, 2. Ptolemæos Popillius jubet Polyaratum Romam mittere. xxix. 11, 9. Rhodum, et post varia fata Romam tandem transportatur. xxx. 9.
Polybius, Megalopolitanus, *diversus a nostro, ac fortasse avus ejus sive patruus;* unus e ducibus Achæorum sub Philopœmene, in pugna ad Mantineam cum Machanida. xi. 15, 5.
Polybius *noster*, Megalopolitanus, historiarum scriptor; Lycortæ filius. xxiii. 1, 6. *De eo confer* Testimonia Veterum de Vita et Scriptis Polybii. *Vide etiam quæ notantur in Attic.* Historia, *ad Polybium pertinentia. Tum quæ* de Polybio *passim Strabo commemorat, et in eo vel laudat vel reprehendit, collecta habes* libro xxiiv.
Historiam suam Polybius scripsit in usum maxime Græcorum. i. 3, 7 *sq.* historiæ suæ molem, cum xl libris constet, excusat. iii. 32, 1 *sqq.* visendi studio et veritatis cognoscendæ, iter per Alpes suscepit. iii. 48, 3. eodem consilio Africam, Hispaniam, Galliam peragravit, et Atlanticum quoque navigat oceanum. iii. 59, 7. eas res in historia sua descripsit, quæ partim ipsius, partim patrum memoria acciderunt; quarum aliis ipse interfuit, alias a testibus oculatis accepit. iv. 2, 2.
Polybii ætate terra et mari omnia patebant, et pleræque artes ita erant perfectæ, ut certa quadam via ac ratione addisci præcepta earum possent. ix. 2, 5. x. 47, 12.
Tactici Commentarii. ix. 20, 4. Pyrsiarum ratio a Polybio emendata. x. 45, 6 *sqq.*
de Locris bene meritus est. xii. 5, 1—3. Zenonem Rhodium de errore in ipsius historia commisso amice admonet; et ab aliis, ut idem sibi faciant, postulat. xvi. 20, 5 *sqq.*
legatus nominatur ad Ptolem. Epiph. cum Lycorta et Arato, licet tunc nondum ea ætate esset Polybius, qua ex lege alias respub. capessi posset; neque vero locum habuit ea legatio. xxv. 7.
Polybium ridet Posidonius scribentem, 300 urbes Celtiberiæ eversas esse a Ti. Graccho. xxvi. 4.
suspectus videtur Romanis. xxviii. 3, 7. Præfectus equitum nominatur Achæorum, prætore Archone. xxviii. 6, 9. pro restituendis Eumenis honoribus verba facit. *cap.* 7, 8 *sqq.* legatus mittitur ad Q. Marcium Philippum Cos. in Thessaliam, ut auxilia ei offerret Achæorum, quæ ille tamen non accepit. 10 *seq.* sed in castris Romanis manens Polybius, rebus tunc gestis interfuit. 11, 6. Appio Centoni, jussu consulis, negat auxilia Achæorum, quæ ille postulavit. 11, 7 *sqq.*
per singulos annos, quæ apud quemque populum quoque anno gesta sunt, descripsit Polybius; incipiens cujusque anni historiam a Rebus in Italia gestis. xxviii. 14, 9 *sqq.*
Ptolemæis fratribus auxilia adv. Antiochum mittenda censet. xxix. 8, 2. 9, 1 *sqq.* Equitum auxiliarium præfectum

ab Achæis petunt Ptolemæi Polybium; 8, 5. saltem suarum copiarum ducem, si auxilia non mitterent Achæi. 10, 7.

Romæ inter exsules (ob belli Persici culpam vel suspicionem) versans, (*conf.* xxxii. 9, 5.) Demetrio Seleuci filio, Romæ obsidi, suadet ut fuga in Syriam evadere et regnum ibi capessere conetur. xxxi. 19—24. venationem singulariter amat. xxxi. 22, 3. xxxii. 15, 8. pro Polybio maxime et Stratio, exsulibus Romæ, deprecantur legati Achæorum. xxxii. 7, 14.

consuetudinis Polybii cum Scipione initium, incrementum et perpetuitas. xxxii. 9 *seq.* Fabius et Scipio, fratres, cum ceteri Græci exsules per Italiæ civitates distribuerentur, apud prætorem effecerant, ut Polybio Romæ manere liceret. xxxii. 9, 5.

libertas ei datur Roma domum redeundi cum ceteris exsulibus; ampliora ille petit pro exsulibus, sed ridetur a Catone. xxxv. 6.

Scipione res in Africa gerente, classe ab eo accepta, scrutandi illius partis orbis terrarum caussa circumvectus est. *Spicileg. ex lib.* xxxiv. *num.* 7. cum Masanissa conversatus est. ix. 25, 4. adest Scipioni in eversione Carthaginis. xxxix. 8, 6.

Corinthi expugnationi interest, aut paullo post supervenit. xl. 7, 1. *Conf. Testim. de Vita Polyb. num.* 2. *adde Spicileg. reliq. libri* xl. Philopœmenis honores vindicat. xl. 8. *item* Arati et Achæi. *ibid. vs.* 10. de Diæi bonis nihil eorum, quæ ei a legatis Romanis oblata sunt, accipit. xl. 9, 1. Achaiæ statum ordinat ex mandato decem legatorum Romanorum. xl. 10. honoribus a popularibus suis cumulatur. *ibid. vs.* 4 *sqq.* statuæ ei positæ.

regnante Ptolemæo Evergeta Physcone in Ægypto fuit. xxxiv. 14, 6. Sardibus in Asia collocutus est cum Chiomara, Ortiaginis uxore, Gallorum reguli. xxii. 21, 12. *quod poterat adjici ad caput de Peregrinationibus Polybii, in Testim. Vet. de ejus Vita.*

Separatim a sua historia scripsit Vitam Philopœmenis, tribus libris. x. 24, 5 *seq.*

Polycletus, Cyrenensis, Hieronymi legatus ad Hannibalem. vii. 2, 2 *sqq.*

Polycrates, Argivus, Mnasiadæ filius, hortatur milites Ptolemæi Philopat. v. 63, 5 *sqq.* equites exercet. 65, 5. eisdem præest in prælio ad Raphiam. 82, 3. 84, 8.

Cypro præficitur, et fideliter eam administrat. xviii. 38, 5 *sq.* ejus cognatæ, cum consolari vellent Œnanthen, Agathoclis matrem, male ab ea accipiuntur. xv. 29, 10.

e Cypro reversus, Scopam accusat. xviii. 37, 1. Anacleteria Ptolemæi Epiph. parat, et magnam Alexandriæ potestatem obtinet. 38, 3 *sqq.* sed procedente tempore in omne genus libidinis prolabitur. *ibid.* Rebelles optimates Ægyptiacos in potestatem regis redigit. xxiii. 16, 3 *sq.* ejus pravo consilio juvenis rex nullam partem rei militaris attingit. xxiii. 16, 7.

Polycritus, Neptuni templum Mantineæ spoliavit. ix. 34, 10.

Polymedes Ægiensis, bello capitur ab Eleis. v. 17, 4.

Polyphantas, cum copiis mittitur a Philippo ad defendendam Phocidem et Bœotiam. x. 42, 2.

Polyphontes, Lacedæmonius, effugit eadem factam a factione Ætolica, et ad Philippum evadit. iv. 22, 12.

Polyrrhenii, Πολυρρήνιοι, Cretenses, a Cnossiorum societate ad Lyttios deficiunt. iv. 53, 6. quingentos (*s.* trecentos) Cretenses Philippo et Achæis auxilio mittunt. iv. 55, 5 *sqq.* 62, 1.

Polyxenidas, Rhodius, dux Cretensium in exercitu Antiochi, Labum montem superantis. x. 29, 6.

Pompa magnifica Antiochi Epiphanis. xxxi. 3.

Pompidas, exsul Thebanus, Chalcide apud legatos Romanos accusat Neonem et Hippiam eorumque socios. xxvii. 2, 1 *sqq.*

Pons fluvio Bacaræ *s.* Macari impositus a Mathone, et urbs ad pontem exstructa. i. 75, 5. pons Alphei a Philippo instauratus. iv. 77, 5. pons Tiberis ab Horatio Coclite rescissus. vi. 55.

Pontus Euxinus, ὁ Πόντος, Πόντος Εὔξεινος. a navigantibus in Pontum vectigalia exigunt Byzantii. iii. 2, 5. ostium Ponti in potestate est Byzantiorum, iv. 38, 2 *sq.* et gratias illis merito habent Græci omnes; 38, 10. quibus regiones ad Pontum sitæ multa, cum ad necessarios vitæ usus, tum ad lautitiam, suppeditant. iv. 38, 3 *sq.* Pontica salsamenta. xxxi. 24, 1.

Ponti ambitus; ejusdem duo ostia, Bosporus Thracicus et Cimmerius. iv. 39, 1 *sqq.* mensura Ponti a Bosporo Thrac. ad Cimmerium. *Spicileg. ex lib. XXXIV. num.* 5. cur continuo effluat Pontus, duplex caussa. iv. 39, 7 *sqq.* olim opplebitur. 40, 4 *sqq.* et instar lacus et paludis erit, sicut Mæotis palus. 42. Ponto, supra regionem quæ Phasi fluvio adluitur, superne imminet regnum Artabazanis. v. 55, 2.

Ponti regnum, apud Polybium vocatur Cappadocia ad Pontum. v. 43, 1 *sq.*

C. Popillius (*vel* Popilius) *Lænas*, ab A. Hostilio procos. legatus mittitur ad Thebanos, Achæos, Ætolos et Acarnanes, belli Persici caussa. xxviii. 3—5. legatus a senatu in Ægyptum missus, Antiochum Epiphanem, Syriæ regem, circulo inscribit. xxix. 11. copias Antiochi Cypro ejicit. *ibid. ve.* 10. Ptolemæos fratres jubet Polyaratum Rhodium Romam mittere. xxix. 11, 9. xxx. 9, 2. ejus rogatu Menalcidas e custodia dimittitur a Ptolemæis. xxx. 11, 2.

Popillius Lænas, Ποπίλλιος Λαινάτος, legatus Romanorum in Liguriam. xxxiii. 7, 1.

Populus arbor. Populorum arborum lacrymæ. ii. 16, 13.

Populus Romanus; *vide* Romani, et Romanorum Respublica.

Popularis status; *vide* Democratia.

Populi potestas in repub. Romanorum. vi. 14. populus Romæ obnoxius est senatui. 17.

M. Porcius Cato, Μάρκος Πόρκιος Κάτων. xl. 6, 5. consul, in Hispania, uno die muros omnium cis-Bætin urbium dirui jubet. *Reliq. lib.* XIX. Indignatur ob peregrinum luxum, Romam introductum. xxxi. 24. ejus duplex dictum festivum, in Achæos exsules domum dimittendos, et in Polybium majora postulare conantem. xxxv. 6.

ejusdem judicium honorificum de Scipione Æmiliano, in Africa militante. xxxvi. 6, 6.

reprehensio Postumii Albini, Græce historiam scribentis, et tamen imperitiam sermonis deprecantis. xl. 6.

Porcorum magna copia in Italia, maxime in ora maritima Etruriæ et Galliæ Cisalpinæ. ii. 15, 2 *sq.* xii. 4. buccinæ ibi convocantur porcorum greges. xii. 4, 11 *sqq.*

Porphyreon, Πορφυρεών, Phœniciæ oppidum. Angustiæ ad Porphyreonem. v. 68, 6. De eisdem angustiis, a Nicolao Ptolemæi duce obsessis, *conf.* v. 69, 1.

Porta Persis, Sardibus. vii. 17, 6. Porta Tegeatis Messenæ. xvi. 17, 3. porta Temenis, Tarenti. vii. 27, 7. 30, 2.

Adde Pylæ.

Portenta ante pugnam Cannensem. iii. 112, 3. Portenta et prodigia referre in sua historia dedignatus est Polybius. *Testim. Vet. de Polyb.*

Porticus, ἡ στοὰ, *vinearum series longior, opus vimeis contextum.* i. 48, 2. ix. 41, 1. *et* 3. xxii. 11, 6 *sqq. Fragm. græcum.* 102.

Porticus Scythica, *ni potius* Tychica, Syracusis. viii. 5, 2.

Posidonius videt Polybium, scribentem trecentas urbes everssas esse in Celtiberia a Ti. Graccho. xxvi. 4.

Aulus Postumius, Cos. cum Cn. Fulvio, anno urbis 565. ii. 11, 1. *Sed mendosum est prænomen, et* Lucius *scribendum,* Αὐλίου, *pro vulgato* Ἄλλου, *ut docuit Pighius in Annal. Rom. T. II. p.* 108. *Vide infra in* L. Postumius

A. Postumius *Albinus*, (*idem qui Consul fuerat A. U.* 574.) legatus mittitur ad Dardanios et Thessalos adv. Persæum et Bastarnas. xxvi. 9.

A. Postumius *Albinus*, prætor urbanus. xxxiii. 1, 5. legatus ad pacem componendam inter Attalum et Prusiam. xxxiii. 11. Consul cum L. Lucullo. xxxv. 3, 7. homo vanus, Græcarum literarum ridicule studiosus. xl. 6.

L. Postumius *Albinus*, *idemque Magellus cognomine*, Consul cum Q. Mamilio, obsidet capitque Agrigentum. i. 17—19.

Idem Lucius Postumius, *cui in Polybianis libris perperam prænomen* Aulus *datur*, consul *iterum* cum Cn. Fulvio. ii. 11. 1. (*cf. Pigh. Annal. Rom. ad A. U.* CDXCI. *et* DXXIV.) plures civitates Illyrici in deditionem accipit, et duram pacem Teutæ et Illyriis imponit. ii. 11 *seq.*

L. Postumius *Albinus*, prætor, mittitur in Galliam Cisalpinam. iii. 106, 6. cum universo exercitu occidione deletur. 118, 6.

Pothine, Πόθινη, celebris tibicina Alexandrina. xiv. 11, 3 *sq.*

Pothion, Πόθιον, Rhodiorum prytanis. xxiii. 3, 10.

Prædæ tertia pars apud Lacedæmonios regibus cedebat. ii. 62, 1. apud Romanos præda divendita æqualiter dividitur, prudenti instituto. x. 15, 4 *sqq. et cap.* 16 *seq.* Prædæ cupiditas sæpe victoriam jam partam perdidit. x. 17, 4.

Præfecti sociorum. vi. 26, 5 *sq.* eorum potestas infligendarum pœnarum. 37, 8. Præfectus turmæ equitum. vi. 25, 1 *sq.*

Præmiorum (*scil.* honorum) et pœnarum apud Romanos arbiter est populus. vi. 14, 4—8.

Præmia militaria vi. 39. *Fragm. hist.* 47.

Præneste, ἡ Πραινεστῖνων πόλις, una ex urbibus Italiæ, in quas impune exsulatum abire licet civi Romano, capitalis criminis reo. vi. 14, 8.

Præparatio *v.* Introductio Polybii ad

principalem suam historiam, duobus libris comprehensa. i. 3. ii. 14, 1. 16, 14. 37, 2. 71, 7. ejusdem Præparationis pars prior. i. 5—12. pars posterior. *lib.* i. *cap.* 13. *usque ad finem libri* ii. summa rerum, parte posteriori contentarum. i. 13. Præparationem suam omni ex parte sibi similem facere vult Polybius. ii. 37, 3.

Præsens abest, et apertis oculis cæcutit Timæus. xii. 24, 6.

Præsidia validiora mercenariorum, præsertim barbarorum, in urbes nùmquam sunt recipienda. ii. 7, 12. ix. 37, 9. *Conf.* Mercenarii.

Prætextus distinguendus a caussa. iii. 6, 6 *sqq.*

Prætor urbanus Romæ, absentibus consulibus, legatos exterarum gentium et regum in senatum introducebat. xxi. 1, 3. *et* xxiv. 1, 8.

Prætores Achæorum quotannis primum duo, mox nonnisi unus. ii. 43, 1 *sq.* Prætoria comitia Achæorum, circa Pleiadum ortum, initio æstatis; Ætolorum autumno. iv. 37, 2 *sq.* (*coll.* iii. 16, 7. 17, 1.) v. 1, 1. 80, 7.

Ætolorum prætor, quo die nominatur, eodem magistratum init. ii. 3, 1.

Prætorium in castris Romanis. vi. 27, 1. 41, 2. custodia prætorii. vi. 33, 12. 35, 2.

Prætutianus ager, ἡ Πραιτεττιανή. iii. 87, 3.

Pragmatica historia; *vide* Historia.

Prasiæ, αἱ Πρασίαι, (*sive* Πρασιαί) oppidum ditionis Argivorum, captum a Lycurgo rege Spart. iv. 36, 5. *De quo oppido vide auctores laudatos a Cellario in Geogr. Antiq. lib. II. cap.* 13. *p.* 1198. *et a Dukero ad Thucyd.* ii. 56. *Laconicæ illud quidem accensetur, cum ante hoc tempus de quo Polybius nunc agit, a Thucydide loco citato, tum post a Ptolemæo et Pausania. Sed credi Polybio potest, fuisse illud nunc in potestate Argivorum, his vero ademtum a Lycurgo, et Spartanis rursus vindicatum. Quod vero Thucydidis etiam ætate Lacedæmoniorum fuerat, fuit fortasse in illorum numero oppidorum, quæ, Lacedæmoniis ademta et Argivis adtributa esse a Philippa Amyntæ filio, Polybius scribit* ix. 29, 7. xvii. 14, 6—8. *Eadem ratio illius oppidi est, cui* Cyphanta *nomen, quod eodem loco apud Polybium commemoratur.*

Pratio, Rhodiorum legatus ad Antiochum Epiph. in Ægyptum, de pace cum Ptolemæis facienda. xxviii. 19, 1.

Πρέπιον. *Mendosa scriptura* ix. 17, 1. ὡς ἐπὶ Πρεπίου, *pro* ἐπ' ἄρκτου, *vel* ἐφ' Ἡρείου.

Prienenses, Πριηνεῖς, *cives Prienes, Ioniæ urbis;* pecuniam, ab Oroferne depositam, Ariarathi tradere nolunt; male idcirco ab eo multati. xxxiii. 12.

Prinassus, ἡ Πρινασσὸς, Cariæ urbs, a Philippo obsessa et capta. xvi. 11. *Cives* Prinassenses, Πρινασσεῖς. *ibid. vs.* 5.

Principes, in legione Romana, 1200 numero. vi. 22, 7 *et* 9. eodem modo armati quo hastati. 23, 16. eorum sedes in castris. 29, 6 *sqq.* ministerium castrense. 33, 3 *sqq.*

Principium, caussa et prætextus, quid differant. iii. 6 *seq.*

principiis obstari facile potest. iii. 7, 7.

Principium, dimidium totius; quin et ad ipsum finem pertinet. v. 32, 1 *sqq.*

Prion, ὁ τόπος ὁ Πρίων καλούμενος, *id est Serra;* collis in Africa, ubi concisus est exercitus Spondii et Autariti. i. 85, 7.

Prion, locus Sardibus, ubi urbs arci jungitur. viii. 15, 6.

Pristes, πρίστεις, navigiorum genus; cum lembis numerantur. xv. 2, 9. sed majora erant lembis. xvii. 1, 1.

Proagoræ, Megalopolitani, armenta abigit Nabis. xiii. 8, 7.

Proander, Ætolus, amicum se Romanorum simulat. xxviii. 4, 3 *sq.*

Prodigia ante pugnam Cannensem. iii. 118, 8. prodigia animis militum religionem injecerunt. *Fragm. gramm.* 3. Prodigia in hist. sua referre dedignatus est Polyb. *Testim. Vet. de Polyb.*

Proditio simulata urbis Phanotensium. v. 96, 4 *sqq.*

Proditor quis censendus sit, quis non? xvii. 13—15. multos immerito in Proditorum numero nominavit Demosthenes. xvii. 14. Proditores sæpe ab eisdem ipsis, qui eorum opera sunt usi, merita pœna adficiuntur. 15, 8 *sqq.* sic, qui Cynætham Ætolis prodiderant, primi ipsi ab Ætolis interfecti sunt. iv. 18, 7.

Proditor patriæ Logbasis Selgensis. v. 74. proditor Philippi, Apelles. *vide suo loco.* proditor gentis Achæorum, Callicrates. *vide suo loco.*

Prolaus; vide Proslaus.

Promontoria præcipua Europæ recensentur ab Eratosthene et Polybio. xxxiv. 7, 11 *sq.*

promontoria Siciliæ tria. i. 42.

Promontorium Hermæum, *vide* Mercurii promontorium. Promont. Pulcrum, Argennum, *&c. vide* Pulcrum, Argennum *&c.*

Pronni, *si* Πρόννα, oppidum Cephallenia cum portu. Illud ægre obsideri posse videns Philippus, Paluntem pergit. v. 3, 3 *sq.*

Propontis, ἡ Προποντίς, per Bosporum Thracium jungitur Ponto. iv. 39, 2 *et* 4. 43, 1. per Hellespontum intratur in Propontidem. xvi. 29, 7 *sq.* Propontidis fauces, ad Sestum et Abydum. iv. 44, 6. Adv. Thracum regulos ad Propontidem, auxilia Byzantiis promittit Philippus. xxiii. 14, 12.

Propus, Πρόπους, eminens collis in Oligyrto monte Arcadiæ. iv. 10, 6.

Proserpinæ et Cereris ædes, Thesmophorium, Alexandriæ. xv. 29, 8.

Proslaus, Sicyonius, arci Psophidis præficitur ab Achæis. iv. 73, 9. *Suspectum nomen Reiskio.* (Prolaus, *Eleus, memoratur apud Pausan. p.* 378.)

Proverbia et sententiolæ proverbiales, *quæ a Polybio citantur vel usurpantur:*

In sola Sicilia, velut in Acetabulo, *καθάπερ ἐν ἀξυβάφῳ*, gloriam quæsivit Timoleon. xii. 23, 7.

in Amentiam et in nihilum abit Audacia nimia. *τολμῶν περιττὸν, εἰς τὸ μηδὲν καταντᾷ.* iv. 34, 2.

nihil ad Bacchum. xi. 7, 3.

multa in Bello vana *πολλὰ κενὰ τοῦ πολέμου.* xxix. 6, 10.

hastam simul et Caduceum mittere. *καὶ τὸ δόρυ καὶ τὸ κηρύκειον ἅμα πέμπειν.* iv. 52, 2.

in Care faciendum periculum. *δεῖ ἐν Καρὶ τὸν πεῖραν γίγνεσθαι.* x. 32, 1.

qui utrumque Cornu tenet, bovem in potestate habet. *ἐπικρίνων τῶν κεράτων πρατῶν, ὑποχείριον ἴσχει τὸν βοῦν.* vii. 11, 3.

cum Cretense cretissare. *πρὸς Κρῆτα κρητίζειν.* viii. 21, 5.

Cygni cantum edere. *τὸ κύκνειον ἐξηχεῖν vel ἐξᾴδειν.* xxx. 4, 7. xxxi. 20, 1.

quod Dextra manu datur, læva accipere. *τὸ δίδόμενον τῇ δεξιᾷ, δέχεσθαι τῇ λαιᾷ χειρί.* xxxviii. 2, 9.

occurrat Forti qui mage fortis erat. *ἀνδρὶ ἀνὴρ, ἄλλου κρείττονος ἀντέχειν.* xv. 16, 6.

non solum Frenum, sed etiam sessorem accipere. *οὐ μόνον τὸν χαλινὸν δεδέχθαι, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐπιβάτην.* xxi. 12, 9.

initium, dimidium totius. Dimidium facti, qui bene cœpit, habet. Ἀρχὴ δὲ τοῦ ἔργου ἥμισυ. v. 32, 1.

est aliquis Justitiæ oculus. *ἔστι τις Δίκης ὀφθαλμός.* xxiv. 8, 3.

Lupi vitam vivere. *λύκου βίον ζῆν.* xvi. 24, 4.

ex homine Lupus. *λύκος ἐξ ἀνθρώπου.* vii. 13, 7.

Majorum præclare facta tueri. *διαφυλάξαι πατρίων εὖ κείμενα ἔργα.* xv. 4, 11.

Malum malo senare. *κακὸν κακῷ ἰᾶσθαι* v. 11, 1.

relicto virorum conclavi, Mulierum foribus insultare. *ἐπιστάντα τὴν ἀνδρωνῖτιν, εἰς τὴν γυναικωνῖτιν παρέσται. Fragm. hist.* 27.

Occasio præceps. *καιρὸς ἅμις.* v 7, 4.

amentia est cum malitia conjuncta, putare, si tu Oculos claudas, ne alterum quidem videre. *ἄνοια μετὰ κακίας, τὸ δοκεῖν, ἐὰν σὺ αὐτὸς ἀπαμύσῃ, μηδὲ τοὺς φίλους ὁρᾶν.* iv. 27, 7.

stultus est, mactato sobolem qui Patre relinquit. *νήπιος, ὃς πατέρα κτείνας, υἱοὺς καταλείπει.* xxiv. 8, 10.

Piscium vitam æmulari. *περιφθόνιον τὸν λεγόμενον τῶν ἰχθύων βίον.* xv. 20, 3.

Scytharum et Gallorum facta patrare. *Σκυθῶν ἔργα καὶ Γαλατῶν ἐπιτελεῖν.* ix. 34, 11.

Vani vana agitant. *κενὰ κενὰ λογίζονται.* xxxiii. 3, 3.

indigenæ Ventorum stationes norunt. *ἐπιχώριοι τὰς τῶν ἀνέμων στάσεις γιγνώσκουσι.* ix. 25, 3.

Prudentia et industria quantum præstent imprudentiæ et ignaviæ, cognitum in Rhodiis. v. 88, 3. prudentia Imperatoria, quantum præstet militari temeritati. iii. 105, 9.

prudentissimi interdum capiuntur ab improbis. viii. 1.

Prusias, rex Bithyniæ, *cognomine Zielas, pater Prusiæ τοῦ Κυνηγοῦ. Vide* xxxvii. 2, 1.

Rhodii Prusiam ad belli societatem adv. Byzant. invitant. iv. 47, 7. Prusias, in Byzantios iratus, accipit invitationem. iv. 49. *cf.* iii. 2, 5. iv. 48, 13. Hieron et Mysiam Byzantiis adimit. iv. 50. ex Hiero ligna, marmora, tegulas aufert. 52, 7 *sq.* Byzantii contra Prusiam advocant patruum ejus, Tiboetem, in Macedonia exsulantem. 50, 1 *et* 8 *sq.*

Pacis conditiones inter Prusiam et Byzantios conclusæ. iv. 52, 6.

Prusias dona mittit Rhodiis, terræ motu adflictis. v. 90, 1. *Idem* internecione delet Gallos Ægosages, quos Attalus in Asiam invitaverat. v. 111. *coll. cap.* 77 *seq. De* Prusia (*nescio* patre, *an* filio) *agitur etiam Fragm. hist.* 48 *sq.*

Prusias, (ὁ Κυνηγὸς *cognominatus, i. e. Venator*) *filius superioris*, rex Bithyniæ. *Vide* xxxvii. 2, 1.

Philippi, Macedoniæ regis, gener. xv. 22, 1 *sq. coll.* 23, 10. *et* xvii. 4, 7. Philippi auxilio Cium, Bithyniæ urbem,

Ætolorum sociam, expugnavit sibique subjecit. xv. 21—23. xvii. 4, 7.

solicitationem Antiochi, per literas admonitus a Scipione, respuit, et Romanorum amplectitur partes. xxi. 9.

Bellum gerit cum Eumene, ad quod auxilia ei mittit Philippus. iii. 3, 6. xxiii. 18, 8. xxiv. 1, 4. 3, 1 *seq.*

confecto eo bello, socius fuit Prusiæ Eumenis adv. Pharnacem: certe in formula fœderis xxvi. 6, 3. ab una parte *nominantur* Eumenes, Prusias, et Ariarathes; ab altera parte Pharnaces.

post bellum Persicum, liberti habitu Romanum senatum salutat. xxx. 16. per legatos accusat Eumenem Romæ. xxxi. 6, 2. 9, 3. rursus. xxxii. 3. *et cap.* 5, 5.

Attalum acie vincit, templa circa Pergamum diripit, et regionem vastat. xxxii. 25. *conf.* 26, 2. in reditu exercitus ejus fame et morbis laboravit. 25, 14. intervenientibus Romanis, pacem cum Attalo facere cogitur. xxxiii. 10 *seq.*

humile hominis ingenium, et effeminati mores. xxxvii. 2. abalienati ab eo subditi, defectionem spectabant. *ibid. ve.* 7.

Prytanes Rhodiorum. xiii. 5, 1. xv. 23, 4. xxix. 4, 4. *Fragm. histor.* 53. per sex menses gerunt magistratum. xxvii. 6, 2. eorum curia, Prytaneum, Πρυτανεῖον. xv. 23, 3. xvi. 15, 8. xxiii. 3, 10.

Prytanis, philosophus Peripateticus, leges scripsit Megalopolitanis. v. 93, 8.

Psophis, ἡ Ψωφὶς, urbs antiqua et munitissima Arcadiæ, Eleis contributa; iv. 70, 2 *sqq.* 68, 1. 69, 2. propugnaculum Eleorum adv. Achæos, et arx belli. iv. 71, 2. capitur a Philippo; 71 *sq.* Achæis ab eodem traditur. 72, 6.

Psophidii, οἱ Ψωφίδιοι. iv. 71, 13. 72, 8.

Ptolemæi, reges Ægypti. *De* Ptolemæo *nescio quo, agitur Fragm. histor.* 55.

Ptolemæus *primus*, Lagi filius, moritur Olymp. CXXIV. *lib.* ii. *c.* 41, 2. *et* 71, 5 *sq.*

disceptatur, utrum ad eum, an ad Seleucum, pertinuerit Cœlesyria, ob devictum Antigonum. v. 67.

Ptolemæus Philadelphus, secundus Ægypti rex, filiæ suæ Berenicæ, Antiochi Syriæ regis uxori, Nili aquam bibendam mittit. *Fragm. hist.* 54.

pincerna ejus, Cleino puella; cui plures statuas rex posuit Alexandriæ. xiv. 2.

uxor, Arsinoë, Lysimachi filia, Thraciæ regis; filius ex Arsinoë, Lysimachus. xv. 25, 2.

Ptolemæus Evergetes, propter casum Berenices, *sororis suæ*, iratus Seleuco *Callinico*, Syriam bello petit, et Seleucia urbe potitur. v. 58, 10 *sq.*

frater ejus, Lysimachus, Arsinoës filius. xv. 25, 2. Uxor, Berenice, Magæ filia; filii duo, Ptolemæus Philopator, et Maga. xv. 25, 2.

amicus Achæorum, multa in eos beneficia contulerat. ii. 47, 2. *adde* xxix. 9, 14. dein deserens Achæos, Cleomenem opibus juvat, Antigono *Doson* eum oppositurus. ii. 51, 2. de ejus societate cum Cleomene, falsa et absurda perhibet Phylarchus. ii. 63. extremo regni ejus tempore Alexandriam venit Cleomenes. v. 35, 1.

mortuo Evergetæ successit filius Philopator. ii. 71, 3. v. 34, 1.

Ptolemæus Philopator, circa Olymp. cxl. succedit patri Evergetæ. ii. 71, 3. iv. 2, 8. v. 34, 1. *coll.* 35, 1. Fratrem Magam et Berenicen matrem occidit; negligens et socors princeps, aditu difficilis, amoribus et compotationibus indulgens. v. 34, 1. 36, 1. xv. 25, 2. (*conf. infra.*) eo regnante, perit Alexandriæ Cleomenes. v. 35—39. principem regni ministrum habuit Sosibium. v. 35, 7.

ab eo per legatos petunt Achæi et Philippus, ne Ætolos ulla re juvet contra socios. iv. 30, 8. Rhodiis deprecantibus, libertatem concedit Andromacho, patri Achæi. iv. 51.

ei Antiochus M. bellum infert de Cœlesyriæ possessione. i. 3, 1. iii. 2, 4. iv. 2, 11. v. 1, 5. v. 3, 1. 36—87. (*Conf.* Cœlesyria, *et* Antiochus M.) denunciatur Antiocho, Ptolemæum consilia communicare cum Achæo rebelle. v. 42, 8. 57, 2. viii. 17, 9 *sq.* a Ptolemæo ad Antiochum desciscit Theodotus, Syriæ præfectus. v. 40. *et* 61 *seq.* Antiochum Ptolemæus primo legationibus differt; v. 63 *seqq.* dein prælio vincit ad Raphiam. 86. Cœlesyriæ civitates, quas ceperat Antiochus, omnes se ei tradunt, et miris modis ei blandiuntur. *ibid.* Pacem petenti Antiocho dat Ptolemæus, et fœdus cum ei facit. 87.

Ptolemæum occisurus Theodotus, medicum occidit. v. 81. soror *et uxor* Ptolemæi, Arsinoë, expeditioni in Cœlesyriam susceptæ interest. v. 83, 8. *de* eadem *vide* xv. 25, 2.

dona Ptolemæus mittit Rhodiis, terræ motu adflictis. v. 89. per legatos invitat Philippum ad pacem faciendam cum Ætolis. v. 100, 9. Athenienses turpiter ei blandiuntur. v. 106, 7 *sq.* a Ptolemæo Romani per legationem frumentum petunt. ix. 44.

ad perditum vitæ genus vertitur. xiv. 12. unde bellum intestinum ei conflatur ab Ægyptiis. iii. 2, 4. v. 107. xiv. 12, 4.

sodalis ejus, Agathocles. xiv. 11, 1.

amica, Agathoclea, sub cujus fuit imperio rex. xiv. 11, 5.

Ptolemæus *Epiphanes*, Philopatoris filius, parvulus succedit patri; et statim de ejus regno dividendo pactum inter se ineunt Philippus et Antiochus *Magnus*. iii. 2, 8. xv. 20.

aula ejus turbatur seditionibus procerum, tutorum pupilli, Sosibii, Agathoclis, et Tlepolemi. xv. 25 *seqq.* xvi. 21 *seq.*

Ptolemæi dux Scopas subigit Judæam, ab Antiocho præreptam. xvi. 39, 1. sed is mox prælio victus ad Panium ab Antiocho, tota rursus Judæa et Cœlesyria pellitur. xvi. 39, 3 *sqq. et cap.* 40. *Adde* 39, 3. *et* 40, 1.

Philippus a Romanis jubetur reddere Ptolemæo urbes, quas post Philopatoris mortem Ægyptiis ademerat. xvii. 1, 14. Antiochum legati Romani jubent Ptolemæo cedere urbibus ditionis ejus, quas in Asia occupasset. xviii. 33, 5. respondet Antiochus, se cum Ptolemæo non solum amicitiam, sed et affinitatem contracturum. 34, 10.

regis inauguratio, ἀναλητήρια. xviii. 38. per legatum renovat Ptolemæus societatem cum Achæis; et Lycortas ad eumdem mittitur legatus. xxiii. 1, 5 *sqq.* 7, 1 *sq. et cap.* 9 *toto.* laudatur juvenis rex, ut eximius venator. xxiii. 1, 9.

Ptolemæus optimates regni rebelles Lycopoli obsessos, et in deditionem acceptos, e curru revinctos trahit, cruciatosque necat. xxiii. 16.

nullam partem rei militaris attingit, ex pravo Polycratis consilio. xxiii. 16, 7.

Achæis, per legatum, decem naves offert; inde legati Achæorum in Ægyptum nominantur, Lycortas, Polybius, et Aratus; sed morte regis præpeditur ea legatio. xxv. 7.

ejus uxor, Cleopatra, Antiochi M. filia. xxviii. 17, 9.

Ptolemæus *Philometor*, *filius Ptolemæi Epiphanis*, frater natu major Ptolemæi Physconis.

ejus nomine Ptolemæus Megalopolitanus Cyprum gubernat. xxvii. 12.

cum Antiocho Epiphane, Syriæ rege, de Cœlesyria contendit Philometor, et ea caussa legationem Romam mittit. xxvii. 17. xxviii. 1.

post anacleteria regis, legatos ad eum mittunt Achæi ad renovandam amicitiam. xxviii. 10, 8. *si ibi* junior Ptolemæus, *Physcon, intelligendus; quod ex cap.* 16, 1 *sqq. coll.* 19, 4. *adparere videtur.*

Ægypto pæne tota, excepta Alexandria, ab Antiocho occupata, *Ptolemæus Philometor in Antiochi venerat potestatem*, et junior fratrum interim rex habebatur Alexandriæ; sed major frater, *Philometor*, ab Antiocho in regnum est restitutus intercedentibus Græcorum legationibus. xxviii. 16 *seqq.* 19, 4. *Inde Philometor* regnat simul cum minore fratre; (*qui Evergetes II et dein Physcon est cognominatus;*) et ambo auxilia petunt ab Achæis adv. Antiochum. xxix. 8 *seq.*

postquam Ægyptum denuo invasit Antiochus Epiphanes, excedere hunc jubet Popillius, legatus Romanorum; atque ita servata est Ægyptus fratribus Ptolemæis. xxix. 11. Ptolemæi fratres, per legatos, gratias agunt Romanis pro beneficio. xxx. 11.

Dissidentibus inter se fratribus, cum Philometor a minore fratre Physcone fuisset regno pulsus; rerum mox rursus potitus Philometor, quamvis in potestate habuerit fratrem, eumque exosum Alexandrinis videret, tamen ei pepercit; xxxi. 18, 4 *seq. coll.* xl. 12, 5. et regnum cum eo ita partitus est, ut Cyrenæ regnum ei relinqueret. xxxi. 18, 4 *sq.* qua divisione non contentus Ptolemæus minor, Romam profectus, a senatu petiit, ut Cypri regnum sibi adjiceretur. xxxi. 18. mox idem, Romanis legatis comitatus, Roma proficiscitur, Cypri regnum ex decreto senatus repetiturus: sed nec Cyprum obtinet, et ex ipsa etiam Cyrenaica, acie victus a Cyrenæis, ejicitur. xxxi. 18, 9 *sq. et cap.* 25—27.

Physcone denuo apud senatum Rom. per legatos de fratre conquerente, legati Philometoris Italia excedere jubentur, tolliturque fœdus Romanorum cum Philometore. xxxii. 1. rursus ipse Physcon Romam venit, de fratre conquerens; et a senatu cum legatis et quinque quinqueremibus dimittitur, in Cypri regnum restituendus, cum commendatione ad socios in Græcia et Asia. xxxiii. 5. Physconem, Cypri regnum occupare molientem, captivum capiens frater Philometor, rursus non solum nullo malo adfecit, sed etiam beneficiis cumulavit, et filiam ei in matrimonium promisit. xl. 12, 6.

Philometor in Syria, cujus rex etiam est salutatus, moritur ex vulnere, in prælio (*adv. Alexandrum Balam*) ac-

cepto. xl. 12, 1. clemens princeps et benignus, sed mollis et luxuriæ deditus. 12, 2 *sqq.*

Ptolemæus, Evergetes *II.* et Physcon cognominatus. xxxiv. 14, 6. *Vide paulo ante in* Ptolemæo Philometore, *cujus* frater minor *hic erat. Ceterum hic utique videtur intelligendus* xxviii. 16, 1 *et* 6. *et cap.* 17, 9 *et* 13. *Nam manifeste distingui videtur a* majore fratre, *qui cap.* 19, 4. *memoratur. Quare etiam* Anacleteria xxviii. 10, 8 *sq. videntur ad eumdem* juniorem fratrem *pertinere. conf. c.* 19, 13. *Adde* xxix. 1, 1. *et vs.* 4.

simul regnat cum fratre, et cum eo auxilia ab Achæis petit. xxix. 8. cum seditionibus vexarotur, sæpe plebem militibus objecit, et interfecit. xxxiv. 14, 6 *sq.* tyrannicum magis quam regium habuit animum. xxxi. 26, 14.

eo regnante (*solo, post fratris mortem,*) Alexandriæ fuit Polybius. xxxiv. 14, 6.

Ptolemæus, Ceraunus, rex Macedoniæ, moritur circa Olymp. cxxiv. *lib.* ii. *c.* 41, 2. victus a Gallis. ix. 35, 4.

Ptolemæus, Aëropi fil. præest equitibus Antiochi in pugna ad Panium. xvi. 18, 8.

Ptolemæus, Agesandri (*vel* Agesarchi) filius, Megalopolitanus, præfectus Cypri sub Ptolemæo Epiphane et Philometore, diligenter et fideliter res administrat, ad extremum vero ad flagitiosam et libidinosam vitam deflexit. xxvii. 12. xviii. 38, 6 *et* 8.

Ptolemæus, Alexandriæ præfectus sub Ptolemæo Philopat. quo tempore periit Cleomenes. v. 39, 3.

Ptolemæus, Eumenis filius, minister Ptolemæi Epiphanis. xviii. 55, 8 *sqq.*

Ptolemæus, unus ex Philippi ministris, sodalis Leontii et Megaleæ, seditionem excitat adversus Philippum. v. 25, 1. 26, 8. *e quibus locis intelligi etiam videtur, fuisse eumdem* agomati præfectum. Supplicio adficitur. v. 29, 6.

Ptolemæus, Ptolemæi Physconis legatus, cum fratre Comano Romam mittus. xxxi. 27, 2. *Fortasse idem cum sequente.*

Ptolemæus rhetor, legatus Ptolemæi Physconis ad Antiochum Epiphanem. xxviii. 16. *Non diversus videtur a superiore.*

Ptolemæus, Sosibii filius, ex aula Macedonica Alexandriam reversus, perhibit Alexandrinos, et obtrectat Ptolemæo, regni administratori sub Ptolemæo Epiphane. xvi. 22.

Ptolemæus Sympetesis (*vel* Sympetesius,) genere Ægyptius, Cyrenarum regno a Ptolemæo Physcone, per ipsius absentiam, præfectus; dein defectionis Cyrenæorum particeps. xxxi. 26, 6 *sq.*

Ptolemæus, Thraseæ filius, dux phalangis in exercitu Ptolemæi Philopatoris. v. 65, 3 *sq.*

Ptolemais, ἡ Πτολεμαΐς, urbs Cœlesyriæ (*s. Phœniciæ, aut Palæstinæ*) *ad mare, olim* Acco. Ptolemaidem et Tyrum Theodotus Ætolus, Ptolemæi præfectus Cœlesyriæ, Antiocho M. tradit. iv. 37, 5. v. 62, 2 *sq.* in ea Theodotus obsessus fuerat a Nicolao. v. 61, 5 *sqq.* ibidem hiemat Antiochus. v. 71, 12.

Publius. *Sic nude plerumque* Scipiones *vocat Polybius, quibus id prænomen fuit. Ceterum vide Fragm. hist.* 50 *seqq.*

Pueri annorum 12. cum patribus in senatum Romæ admissi perhibentur, cum de bello Pun. II. deliberaretur. iii. 20, 3.

pueri Alexandriæ et Carthagine, in turbis publicis, non minus tumultuantur quam viri. xv. 30, 10.

puerum delicatum Romani nonnulli, Scipionis Æmiliani ætate, talento emerunt. xxxii. 11, 5. *adde* xxxi. 24, 2.

puerilia ludicra solennia, apud Arcadas. iv. 20, 9.

Pugilibus solertibus similes Pœni et Romani ad Erycem in Sicilia. i. 57, 1 *sqq.*

Pugnæ *variæ, paulo uberius a Polybio descriptæ.*

pugna Hannonis cum Romanis ad Agrigentum. i. 19, 7 *sqq.* C. Duilii pugna navalis ad Mylas in Sicilia. i. 22 *seq.* C. Atilii auceps pugna navalis ad Tyndaridem. 25. M. Reguli triplex prælium navale ad Ecnomum. 26 *seqq.* M. Reguli pugna cum Pœnis in Africa, duce Xanthippo. 34. Metelli et Asdrubalis ad Panormum. 40. Romanor. et Pœnor. ad Lilybæi mœnia. 45. C. Claudii infelix pugna Navalis ad Drepana cum Adherbale. 49—51. pugna Navalis C. Lutatii ad Ægusam cum Hannone. 60 *seq.*

pugna Navalis Achæorum cum Illyriis ad Paxos. ii. 10. Romanorum pugna cum Gallis Insubribus, Boiis et Gæsatis ad Fæsulam. ii. 25. Romanorum cum eisdem Gallis ad Telamonem, ubi acies bifrons Gallorum. 28. Antigoni *Doson.* et Achæorum cum Cleomene, ad Selasiam. 65 *seqq.*

prælium equestre Scipionis et Hannibalis ad Ticinum flum. iii. 65. pugna Sempronii et Hannib. ad Trebiam. 72

seqq. ad Trasimenum lacum in Etruria. 84. pugna navalis Cn. Scipionis et Asdrubalis ad Iberi fluvii ostia. 96. pugna Cannensis. 113 *seqq.*

Philippi cum Lycurgo ad Spartam. v. 22 *seq.* Antiochi M. cum Molone. v. 53 *seq.* Antiochi et Nicolai in ora Phœniciæ ad Libani montis radices; simul pugna navalis in proximo mari. 69. pugna ad Raphiam, Antiochi M. cum Ptolemæo Philopatore. 84.

Scipionis cum Asdrubale, Hamilc. filio, ad Bœcula in Hispania. x. 39. Antiochi cum Bactrianis, ad Arium fluv. x. 49.

Asdrubalis, fratris Hannibalis, cum Livio et Nerone Cons. in Italia. xi. 1. Philopœmenis cum Machanida, ad Mantineam. xi. 11 *seqq.* Scipionis Afric. maj. ad Ilipam in Hispania, primum cum Magone et Masinissa; 21. dein, cum Asdrubale, Gisconis filio. 22 *seqq.*

Alexandri et Darii in Cilicia. xii. 17 *seqq.*

Scipionis cum Syphace et Asdrubale, Gisconis filio, in Magnis Campis in Africa. xiv. 8.

Scipionis cum Hannibale, ad Zamam. xv. 9 *seqq.*

pugna Navalis ad Chium, Philippi cum Attalo et Rhodiis. xvi. 3 *seqq.* ad Laden, Philippi cum Rhodiis. xvi. 14 *seqq.* Antiochi M. et Scopæ, ad Panium montem Cœlesyriæ. 18 *seq.*

Ti. Flaminini cum Philippo, ad Cynoscephalas. xviii. 5 *seqq.*

Pulcer campus, τὸ Καλὸν πεδίον, inter Euphratem et Tigrim, *in Armenia;* in quo est urbs Armosata. viii. 25, 1.

Pulcrum Promontorium, τὸ Καλὸν ἀκρωτήριον prope Carthaginem. iii. 22, 5. 23, 1 *et* 4. 24, 1.

Punica versutia utitur Hannibal. iii. 78, 2.

Punica bella. *vide* Carthago *et* Carthaginienses. *Punicum bellum primum; conf.* Sicilia *et* Siculum bellum. *Punicum bellum secundum; conf.* Hannibal, *et* Hannibalicum bellum. *Tertium Punicum bellum; vide* P. Cornelius Scipio Æmilianus.

Puniceus pannus, pugnæ signum. ii. 66, 11.

L. Pupius, Λεύκιος Πόπιος, legatus Romanorum ad Ligures. xxxiii. 7, 1.

Puteoli, Δικαίαρχια, urbs Campaniæ, ad mare. *Cives* Puteolani, Δικαιαρχῖται. iii. 91, 4.

Puteos in Parthia corrumpit Arsaces, ad Antiochi adventum. x. 28, 5 *sq.*

Pylæ, αἱ Πύλαι, *eædem quæ* Thermopylæ, in Thessalia. x. 41, 5. Intra Pylas exercitum ducere Antigonum vetant Ætolii. ii. 53, 8. rursus Philippum, x. 41, 5.

Pylæ Amanicæ, *al* Ἀμανίδες Πύλαι. xii. 17, 2.

Pylæ Ciliciæ, *al* Κιλίκιαι Πύλαι. xii. 9, 3. 17, 2.

Pylon, ἡ Πυλών, locus in Via Ignatia, ubi Illyria distinguitur a Macedonia. xxxiv. 12, 7.

Pylus, ἡ Πύλος, opp. maritimum Messeniæ, frustra oppugnatum a Scerdilæda et Demetrio Phario. iv. 16, 7. 25, 4. ix. 38, 8. Messeniorum legati coram senatu Romano cum Achæis contendunt de Pylo. xviii. 25, 7.

Pyrenæus mons, ὁ Πυρήνη. xxxiv. 7 *et* 10, 1. iii. 35, 2. τὰ Πυρηναῖα ὄρη. iii. 35, 7. 37, 9, 39, 4.

eum transit Hannibal. iii. 35, 7. 40, 1. 41, 6.

Pyrenæi montis terminus ad mare mediterraneum est ἀκτή, *id est,* scopuli in mare procurrentes. iii. 39, 4.

Pyrgus, ὁ Πύργος, oppidum Triphyliæ. iv. 77, 9. in deditionem accipitur a Philippo. 80, 13.

Πύργος ὁ ἐν τοῖς Πιερικοῖς, castellum Eleorum, prope Lasionem, captum a Philippo. v. 102, 6.

Πύργος *mendose codices* xii. 17, 3. *pro* Πύναιος.

Pyrrheum, τὸ Πύρρειον, Pyrrhi regia domus Ambraciæ. xxii. 10, 2. *conf.* 15, 9.

Pyrrhi Castra, ὁ Πύρρου καλούμενος χάραξ, locus Laconiæ, a Pyrrho nomen habens, Achillis filio. v. 19, 4.

Pyrrhias Ætolus, dux missus Eleis ab Ætolis, Achaiam populatur. v. 30, 2. incursionem in Messeniam facit, cum Lycurgo copias conjuncturus; sed mox repulsus, in Elidem redit. v. 91, 3. 92. in ejus locum, alium ducem ab Ætolis petunt Elei. 94, 5.

Pyrrhichus; *vide* Pyrrichus.

Pyrrhus, Epiri rex, a Tarentinis in Italiam invitatus; i. 6, 5. a Romanis Italia pellitur. i. 6, 7. biennio ante cladem Gallorum Delphicam, in Italiam trajecit. ii. 20, 6. circa Olymp. CXXIV. ii. 41, 11.

circa Pyrrhi transitum in Italiam, postremum Fœdus ante bellum Siculum ictum est inter Pœnos Romanosque; et de ipso Pyrrho agebatur illo fœdere. iii. 25.

ex Bello cum Pyrrho, perfecti athletæ certaminum bellicorum evaserunt Romani. ii. 20, 9 *sq.*

Pyrrhus, sicut et Alexander ejusque successores, bella non insidiis gessit,

sed aperto marte. xvii. 3, 6. in bello cum Romanis usus est armis militibusque Italicis; et alternatim manipulos in acie locavit more Romanorum instructos, et manipulos in phalangis modum. xviii. 11, 10. in Argos urbem irrumpens, imprudens nullum sibi receptum reliquum fecerat. *Fragm. gramm.* 14.

Pyrrhi filia, Nereis; ejusdem ex ea nepos, Hieronymus, rex Syracusarum, Hieronis filius. vii. 4, 5. Pyrrhi regia fuerat Ambracia urbs. xxii. 15, 9. *conf.* Pyrrheum. Pyrrhi hepteris; qua dein vectus est Hannibal superior, in pugna navali cum Duilio. i. 23, 4.

Pyrrichus, amicus olim Philippi, ab eodem occisus, et liberi ejusdem in vincula conjecti. xxiv. 8, 8 *sq.*

Pyrsæ, *ai πυρσίαι*, earumque varia genera. x. 43—46.

Pythagoreorum collegia, in Magna Græcia incensa. ii. 39, 1 *sq.*

Pytheas, itinerator et Geographus, quem ut fabulatorem reprehendit Polybius. xxxiv. 5. *et cap.* 10, 7.

Pytheas, Thebanus, *alterâ fax belli Achaici.* xl. 1. cum uxore et liberis, relicta patria, in Peloponnesum profugit. xl. 3, 10.

Pythia; cur ad ejus oracula Lycurgus omnia sua instituta retulerit. x. 2, 8 *sqq.*

Pythiadas, Erythræi maris præfectus. v. 46, 7 *et* 11.

Pythias, Pellenensis, Psophidi præficitur ab Achæis. iv. 72, 9.

Pythion, cum Damocle missus ad speculanda Romanorum consilia. xiii. 5, 7.

Pythionici sepulcrum Tarenti. viii. 30, 9.

Pytho, Prusiæ legatus Romam. xxxi. 6, 1 *sqq.*

Pythodorus, Lampsacenorum legatus Lysimachiam ad Romanos. xviii. 35, 2.

Q.

Quadi. *Sic enim Casaub. Vide* Cadi.

Quadriremis Punica, singulari arte fabrefacta, subsidens in aggere ad Lilybæum, capitur a Romanis. i. 47, 5 *sqq.* quadriremes Rhodiæ. xvi. 7, 2. 31, 3.

Quæstor urbanus Romæ, excepto sumtu quem facit consul, nullum sumtum facere absque SCto potest. vi. 13, 2. Quæstoris locus in castris; 31, 1. in castris duplicibus, ubi ambo consules castra juncta habent. 32, 4. custodia nocturna quæstorii. 35, 4.

Quinctius; *vide* T. Quintius.

Quinqueremis, *πεντήρης, πεντηρικὸν σκάφος.* Quinqueremes 100, triremes 10, in prima classe Romanorum. i. 20, 9. quinqueremium 200 classis Romanæ, privatorum sumtu parata; naves fabricatæ ad exemplar quinqueremis captæ Hannibalis Rhodii. i. 59.

Quinqueremibus potissimum, non triremibus, mari gestum est primum Bellum Punicum. Romani eo bello 700 quinqueremes amiserunt, Pœni 500. i. 63 *seq.* Etiam Græci sub ea tempora quinqueremibus maxime navibus, atque etiam majoribus, utebantur, et triremes inter apertas et minores naves numerabant. xvi. 2, 9 *sq. conf.* 3, 3 *sqq.* 5, 1 *et* 4. 7, 1.

T. Quintius Crispinus, Consul cum M. Marcello, a Pœnis intercipitur. x. 32, 1 *sqq.*

T. Quintius (*vel* Quinctius) *Flamininus*, *Τίτος Κοίντιος, et plerumque nude Τίτος*, (Consul cum Cn. Domitio. xxii. 15, 13.) colloquium cum Philippo habet in ora sinus Maliaci. xvii. 1—9. imperium ei in Macedonia prorogatur. xvii. 12, 2. non major 30 annis, singulari prudentia administrat omnia. 12, 3 *sqq.*

ad Cynoscephalas vincit fugatque. Philippum. xviii. 1—10. inducias ei concedit et colloquium ad Tempe. 17—22. Quintii abstinentiam, suspectam Ætolis, defendit Polybius. c. 17 *extr. et seq.* Corinthi in Isthmicis ludis per præconem recitat SCtum de Pace Philippo data, et de libertate Græcis restituta. xviii. 29.

Brachyllæ Bœoti cædem se non impediturum promittit. xviii. 26, 10 *sqq.* Romæ operam dat, ut Bœoti jubeantur recipere Zeuxippum exsulem, cædis illius auctorem. xxiii. 2, 4. arcano colloquio Demetrium, Philippi filium, Romam legatum, demulcet, et spem regni ei facit. xxiv. 3, 7 *sqq.* Romæ cum Q. Cæcilio et Appio Claudio judicat controversiam de exsulibus Spartanorum. xxiv. 4, 8 *sqq.*

legatus ad Prusiam et Seleucum. xxiv. 5, 1. amicus Dinocratis Messenii, infensus Philopœmeni. 5, 2 *sq.* frustra petit ab Achæis, ut sibi concilium gentis cogatur. 5, 15 *sqq.*

Quintus, *nescio quis*, cum Canuleio legatus in Ægyptum fuerat tempore Ptolemæorum fratrum, Philometoris et Physconis. xxxi. 18, 4.

Quintus, *nescio an idem cum superiore*, legatus mittitur ad bellum Rhodiorum cum Cretensibus componendum. xxxiii. 14, 4.

Quintus, *qui memoratur* xxxv. 4, 2. *est* Q. Fulvius Nobilior.
Quirinus; *vid.* Ἐνάλιος.

R.

Rabbatamana, (*s.* Rabboth-Ammon,) τὰ Ῥαββαθάμανα, urbs Arabiæ, vi expuguata ab Antiocho. v. 71.
Ragæ, Ῥαγαί; *an sic legendum pro* Ταγαί? x. 29, 3.
Raphia, ἡ Ῥαφία, primum oppidum Cœlesyriæ, quod occurrit Rhinocolura ex Ægypto venientibus. v. 80, 3. Pugna ad Raphiam, inter Antiochum M. et Ptolemæum Philopat. v. 82 *seqq.* Raphiam ex pugna se confert Antiochus; v. 85, 13. accedente vero Ptolemæo, Gazam se recipit. 86, 2 *sq.* Raphia potitur Ptolemæus. 86, 8.
Rates, σχεδίαι, trajiciendo Rhodano. iii. 42, 8.
Raucus *vel* Rhaucus; Ῥαῦκος, Cretæ urbs. xxxi. 1, 1. Raucii, Rhaucii, Ῥαύκιοι. Rauciis Lycastium, Cnossiis ademtum, adtribuunt Gortynii. xiii. 15, 1. Gortynii et Cnossii bellum gerunt cum Rauciis, et in eorum perniciem conjurant. xxxi. 1, 1.
Receptum nobis reliquum faciamus, nec peribimus. Ἀναδεχώμεθα γίγνεσθαι, καὶ σφαλείμεθα. *Fragm. gramm.* 14.
Reges; *conf.* Monarchia, *et* Regnum.
Reges, amicos et inimicos non nisi utilitate æstimant. ii. 47, 5. *cf. Fragm. gramm.* 81. in Regum adolescentia plurimum valet delectus amicorum et comitum. vii. 14, 6.
Regis et Tyranni discrimen. v, 11, 6. ex Monarcha, invidioso nomine, sensim fit Rex. vi. 6, 10 *sq.* ex Regibus fiunt Tyranni. vi. 7.
apud Lacedæmonios, reges perpetuum imperium habent. vi. 45, 5. Carthaginiensium reges; vi. 51, 2. *quos* Suffetes *vocant Romani scriptores.* iii. 33, 3. 41, 6.
Reges omnium gentium prohibentur Italia. xxx. 17, 6.
Regnum, una e tribus reip. formis. vi. 3, 5. differt inter regnum et tyrannidem. vi. 3, 9 *sq.* 4, 2. v. 11, 6. oritur ex Monarchia. v. 5 *extr. et cap. 6 seq.*
Regula historiæ, veritas. xii. 7.
Regulus; *vide* Atilius.
Religionis anxia cura Romanorum, inventa ad coërcendam multitudinem. vi. 56, 6 *sqq.*
Remiges classis Romanæ exercentur in terra. i. 21, 1 *sq.* Remiges 300 in quaque navi, cum 120 militibus. i. 26, 7. phalangitas Macedonicos ad remigium exercuit Philippus. v. 2, 4 *et* 11.
Reprehendere alios facilius est, quam se ipsum ab erroribus præstare immunem. xii. 25, 10.
Res maximæ a parvis sæpe initiis oriuntur. iii. 7, 7. multis res secundissimæ, quibus illi uti nesciverunt, perniciosissimæ evaserunt; contra, aliis res adversæ, generoso animo latæ, maximas utilitates adtulere. iii. 4, 5.
res Græciæ Italicis et Libycis immiscere cœptæ. v. 105, 4.
Respublica Romana. lib. vi. *vide* Romana Respublica.
Rerum publicarum variæ formæ. vi. 3—10. tres formæ præcipuæ: regnum, aristocratia, democratia. vi. 3. Ista vero distributio haud satis adcurata. 3, 6 *sqq.* Optima resp. illa est, quæ ex tribus illis formis mixta. 3, 7. cujus generis est Romanorum respublica. vi. 11, 6 *sqq.*
Rerumpublicarum ex alio in aliud genus conversiones adcurate explicavit Plato. vi. 5, 1.
Rerumpublicarum veteribus celebratarum collatio cum Romana republ. vi. 43—56. *Vide suis locis*, Lacedæmonii, Cretenses, Mantinenses, *&c.*
Duæ res rempublicam continent; Leges, et Mores. vi. 47, 1.
respublicæ habent suum tempus crescendi, vigendi florendique, et decrescendi. vi. 51.
Oriuntur jurgia in republ. ubi sumtus deficiunt. v. 93, 2 *sqq.*
Rex; *vide* Reges, *et* Regnum.
Rhæti, Ῥαιτοί; per eos patet transitus Alpium. xxxiv. 10, 18.
Rhaucus; *vide* Raucus.
Rhegium, Ῥήγιον, (*et* ἡ Ῥηγίνων πόλις, x. 1, 1.) ad fretum Siculum, ex adverso Messanæ. i. 7, 1. obsidetur a Dionysio seniore. i. 6, 2. vi subigitur a præsidio Romano. i. 6 *extr. et seq.* adjutoribus Mamertinis. i. 7, 8. iii. 26, 6. Mox Romani, pœna capta de perfidis, urbem Rheginis restituunt. i. 7.
Rhegio quinqueremes Romanas Apolloniam petere nunciatur Philippo. v. 110, 3 *et* 9. Roma discedens Hannibal, Regium petiit; ix. 7, 10. et Rheginos propemodum sedibus suis ejicit. 9, 4.
a Rhegio usque Tarentum, ora Italiæ importuosa. x. 1, 1.
Rhigosages; *vide* Rigosages.
Rhinocolura *vel* Rhincorura, τὰ Ῥινόκολουρα, Ῥινοκόρουρα, extrema urbs Ægypti versus Cœlesyriam. v. 80, 3.
Rhium, τὸ Ῥίον, promontorium Achaiæ

ad fauces sinus Corinthiaci, cum portu vel commoda statione navium, unde in adversam Ætoliam trajicitur. iv. 10, 4 *sqq.* 12, 6.

Philippum invitant Ætoli, ut ad Rhium conveniat ad colloquium de Pace; sed ipsi ad dictam diem non adsunt. iv. 26, 5. v. 28, 3. 29, 3.

Rhium Ætolicum, τὸ Ῥίον Αἰτωλικὸν, *promontorium Ætoliæ ad easdem fauces sinus Corinthiaci, oppositum Rhio Achaiæ, alias* Antirrhium *dictum.* v. 94, 8. *Idem* Rhium Ætolicum *intelligendum* 6, 8.

Rhium, ipsum fretum, inter utrumque promontorium interjectum. iv. 64, 2. *Confer Melam* ii. 3.

Rhodanus fluvius, ὁ Ῥοδανός. Ejus fontes et cursus. iii. 47, 2 *sq.* eum respicit alterum Latus Alpium. ii. 15. quinque Rhodani ostia statuit Timæus, duo Polybius; xxxiv. 10, 5. quorum id, quod prius est ab Italia venientibus, Massiliense vocatur. iii. 41, 5. Rhodani accolæ negotiationem maritimam exercent, lembis utentes. 111.

inter Rhodanum et Alpes, prope ipsum Rhodanum, sedes habebant Galli Gæsatæ. ii. 22, 1. 34, 2. ad Rhodanum pervenit Hannibal. iii. 47, 1. longitudo viæ ab Hannib. confectæ ab Emporiis Hisp. ad Rhodanum, &c. iii. 39, 7 *sq.* Rhodanum trajicit Hannibal. 42 *seq. et* 46. ad Rhodanum, Numidæ Hannibalis equites fugantur ab equitibus Scipionis. 45. Juxta Rhodanum progreditur Hannibal. 47, 1.

Rhodii; *vide* Rhodus.

Rhoden, Phocæensium legatus ad Seleucum, Antiochi M. filium. xxxi. 4, 4.

Rhodope, ἡ Ῥοδόπη, mons Thraciæ. xxxiv. 10, 15.

Rhodophon, Rhodius, cum Romanis faciendum censet bello Persico. xxvii. 6, 3. xxviii. 2, 3. legatus Romam mittitur de societate. xxx. 5, 4.

Rhodus, ἡ Ῥόδος. Rhodii, οἱ Ῥόδιοι. Argivorum colonia. xxii. 7, 11. Eorum ditio in opposita continente; *vide* Perea. Rhodiorum colonia, Agrigentum. ix. 27, 8.

Rhodii persequuntur Demetrium Pharium, Cyclades insulas populantem. iv. 19, 8. mare tenere videntur imperium. iv. 47, 1.

Rhodii et Prusias bellum faciunt Byzantiis, portorii causa quod illi exigebant a navigantibus in Pontum. iii. 2, 5. iv. 47 *et* 49 *seq.* Pacem cum eisdem faciunt. 52. a Ptolemæo petunt libertatem Andromachi, patris Achæi. 51.

Chœsiis auxilia mittunt. iv. 53, 1 *sqq.* Sinopensibus, a Mithridate bello petitis, omne genus subsidiorum mittunt, 56, 3 *sq.*

Rhodiorum et Chiorum legati, cum Philippo agunt de pace cum Ætolis facienda, et finiendo Bello Sociali. v. 24, 11. rursus. v. 100, 9. Rhodiis intercedentibus, Ptolemæus Philopator Antiochum M. legationibus differt. v. 63, 5.

Rhodii terræ motu afflicti, brevi jacturam sarciunt, opibus regum, principum et civitatum adjuti. v. 88—90.

Rhodiorum populus, coronatus a populo Syracusiorum; statua Rhodi dedicata. v. 88, 8.

Rhodiorum classem in portu incendit Heraclides ex Philippi mandato. xiii. 3, 1. *et cap.* 4 *seq.* dolosa legatione decepti a Philippo, hostem eum declarant. xv. 22 *extr. et seq.* Rhodii classem sociant, cum Attalo in Pugna ad Chium adv. Philippum. xvi. 2 *seqq.* et in Pugna ad Laden. xvi. 41 *seq.* Rhodiorum legati, Athenienses ad bellum inferendum Philippo hortantur; Rhodiorum populo Athenienses coronam et jus æquum civitatis decernunt. xvi. 26, 8 *sqq.* Rhodii, invitati ab Achæis ad pacem cum Philippo faciendam, nihil inconsultis Romanis faciendum censent. xvi. 35. Eorum postulata in colloquio Philippi cum T. Quintio. xvii. 2, 3 *sq.* 6, 1 *sqq.*

Rhodii declarant Antiocho, se classem ejus præternavigare non passuros. xviii. 24, 11. deliberant cum Romanis de pace Antiocho danda. xxi. 8, 4 *sq.* Romam legatos mittunt, ejusdem pacis caussa. xxi. 14, 12. xxii. 5 *seq.* 7, 10 *sqq.* pro Ætolis intercedunt, et pacem eis impetrant. xxii. 8, 10. 12, 1 *et* 9. 13, 7. 14, 1 *et* 5.

Fœdere Romanorum cum Antiocho comprehenduntur. xxiii. 26, 16 *sq.* Rhodiis Romani, post bellum Antiochicum, Lyciam Cariamque dant usque ad Mæandrum. xxii. 7, 7. 27, 2. iii. 3, 7. At Lycii, socios tantum, non subditos Rhodiorum declaratos se esse a Romanis contendebant; unde gravis inter Lycios Rhodioseque contentio et bellum. xxiii. 3. nonnulla etiam Rhodiorum castella ab Eumenis subditis infestabantur, non invito Romæ, et Lyciis etiam favente. xxv. 5, 12. *coll.* xxvii. 6, 5 *sq. quo ex posteriori loco prior aliter interpretandus.* Lycios bello vincunt Rhodii; xxvi. 7, 2. sed Romani, offensi Rhodiis, quod Perseo spectatum Laodicen magna pompa adduxissent, per legatos eis significant, Lycios eis non pro

munere, sed ut socios et amicos, fuisse adtributos. xxvi. 7 *seq.*

Romanis Rhodii omnia officia spondent ad bellum Persicum. xxvii. 3, 2 *sqq.* et legatis Persei suum erga Romanos voluntatem declarant. xxvii. 4. Rhodiis Lucretius per aliptam literas et mandata mittit. xxvii. 6, 1. illi, licet Dino et Polyaratus ad Persei partes eos traducere conarentur, tamen fidem Romanis servant, et postulatas naves mittunt. *cap.* 6 *seq.*

Rhodii alii Romanis, alii Perseo favent; impetrant tamen a Romanis facultatem frumentum e Sicilia exportandi. xxviii. 2. simul legatos Romam mittunt, simul alios ad Q. Marcium Cos. et ad præfectum classis. xxviii. 14 *seq.*

Alexandriam legatos mittunt, ad dirimendum bellum Antiochi Epiphanis cum Ptolemæis fratribus. xxviii. 15, 15. 19, 1 *sqq.*

legatos mittunt Romam et ad Persenm de dirimendo bello. xxix. 4. Persei et Genthii legatis benigne respondent, pollicentes, se bello finem impositnros. *cap.* 5, 1 *sqq.* cum Cretensibus omnibus, missis legatis, amicitiam renovant. *cap.* 4, 6 *sq.* legati, victo Perseo Romam advenientes, cum ludibrio accipiuntur. xxix. 7.

Novis legationibus et donis iram Romanorum deprecantur, et societatem fœdusque cum eis jungere frustra student; xxx. 4 *seq.* postquam consulto per 140 annos, amici licet Romanorum, Fœdus de Societate cum eis facere noluerant. xxx. 5, 6 *sq.*

Cannii et Mylassenses descisount a Rhodiis; et mox quidem ab eis *rursus* subiguntur, sed per idem tempus advenit decretum senatus Romani, quo Cares et Lycii omnes liberi prorsus renunciantur: cui decreto parentes Rhodii, regionibus istis penitus excesserunt, et ditissimos reditus amiserunt. xxx. 5, 12 *et* 16. xxxi. 7, 4 *sqq.*

Nova legatione, frustra societatem Romanorum petunt. xxx. 1. Tandem illam obtinent, patrocinante Ti. Graccho. xxxi. 7, 18. Calyndam ut tenere sibi liceat, petunt obtinentque et Colossum Romanis in æde Minervæ decernunt. xxxi. 16 *seq.*

bellum habent cum Cretensibus. xxxiii. 14, 3 *sq.* ad quod bellum auxilia petierunt ab Achæis. *cap.* 15.

apud Rhodios navarchus, *i. e.* classis præfectus, potestatem habuit societatis sanciendæ, etiam absque diserto decreto in eam rem facto. xxx. 5, 5. quare navarchis pro legatis nonnunquam usi sunt, *ut loc. cit. et* xvii. 1, 4.

Rhodiorum classis præfectus, Pausistratum, Pamphilidam, Eudemum, *alios: vide suo loco. De Prytanibus, vide* Prytanes. *Adde Fragm. hist.* 53.

Rhositeles, Sicyonius, Achæorum legatus ad Ptolemæum Epiphanem. xxiii. 1, 6. *Sositeles volucrat Reiskius.*

Rhynchus, Ῥύγχος, locus circa Stratum Ætoliæ. vi. 59. 6.

Rhyndacus, Mysiæ fluvius; *Polybio* Mégistus, Μίγιστος. v. 77, 9.

Rhytum, ῥυτὸν, poculi genus. xiv. 11, 2.

Rigosages Galli, Γαλάται Ῥιγόσαγες. *Sic MSti omnes, et superiores editiones in Græcis: pro quo Casaub. in Lat. versione* Tectosages *posuit, quod a nobis in Græcum etiam contextum receptum est;* v. 53, 3. *vereor tamen, ne temere. Rectius fortasse fuerat* Αἰγόσαγες, *ni ipsum* Ῥιγόσαγες *tueri debuit. Vide* v. 77, 2.

Rizo, ὁ Ῥίζων, fluvius et opp. Illyrici, quo se fuga recipit Teuta. ii. 11, 16.

Roma urbs a Gallis capta. i. 6, 2. ii. 18, 2. Romæ trepidant omnes ad nuncium de Hannibalis adventu in Galliam Cisalpinam; iii. 61, 7. *versus*, post cladem ad Trasimenum lacum; iii. 85. *versus*, ante pugnam Cannensem; iii. 112, 7 *sq. et* post pugnam. iii. 118. *versus*, ad Hannibalis adventum a Capua, cum is quinque M. P. a Roma castra poneret. ix. 5 *seq.* rursus, *nescio qua occasione. Fragm. gramm.* 97.

Romæ, *i. e.* Romano populo, colossus erectus Rhodi in æde Minervæ. xxxi. 16, 4. *Adde mox* Romana Resp. *et* Romani.

Romana respublica. *De Reipub. Romanæ Forma ex* professo commentatus est Polybius *libro VI.* ad quam partem sui operis ille provocat i. 64, 2. x. 16, 7. xxi. 10, 11. eamdem promittit iii. 2, 6. 118, 11. *conf.* v. 111, 10. *Vide autem potissimum Reliquias ex lib VI. cap.* 11—18.

Ipsa forma et constitutio reipublicæ maximum Romanis momentum attulit ad dominatum Italiæ Siciliæque, post clades bello Hannibalico acceptas, recuperandum, Hispaniamque et Galliam suæ ditioni subjiciendam, denique, victis Pœnis, ad cogitandum de totius terrarum orbis imperio. iii. 2, 6. Romana resp. ex clade Cannensi brevi se recepit. iii. 118, 9. e variis mixta formis. vi. 3, 3. *et cap.* 11 *seqq.* et omnium commodissima, ipsa ex se malis suis parans remedia. vi. 18. Quænam conversiones

illam maneant. vi. 9, 12 *sqq.* futura reip. Rom. ruina. vi. 57.

Romanæ reip. cum aliis rebuspublicis collatio. vi. 43—56.

Romani, *et* Romanorum Imperium. Eorum imperium cum imperio Persarum et Græcorum collatum. i. 2. eorum prima cum exercitu trajectio ex Italia. i. 5, 1. *et cap.* 11 *sq.* prima classis bellica. i. 20.

eorum magnitudo animi et mira audacia in rebus gerendis. i. 20, 11. 55, 3 *sqq.* 59. viii. 3. contra mare et cœlum ipsum pugnare audent. i. 37. Pervicaces inprimis et terribiles sunt in rebus adversis. xxvii. 8, 8 *sq.* iii. 75, 8.

Romanis Sicilia cedunt Pœni. i. 63. *vide* Sicilia, *et ibi* Siculum Bellum.

Romanorum potentia non casu et fortuna, sed consilio et virtute parta. i. 3, 7 *sqq.* 64, 9. xviii. 11, 4 *sq.*

Romani Pœnis bello Africo fidem servant; commeatus eis advehere permittunt suis mercatoribus; a mercenariis in Sardiniam invitati, cum a Pœnis illi defecissent, respuunt conditionem. i. 83. sed ab eisdem mercenariis, cum a Sardis Sardinia essent ejecti, denuo invitati, Sardiniam sibi subjicere adgressi sunt, et Pœnos, ut eam sibi permitterent, coëgerunt. i. 88. iii. 10.

primum cum exercitu in Illyricum et in illas Europæ partes trajiciunt. i. 13, 4. ii. 2—12. prima legatio ad Ætolos et Achæos, tum ad Corinthios et ad Athenienses. ii. 12, 4 *sqq.* Isthmiorum ludorum participes fiunt Romani. ii. 12, 8.

Romanorum imperio quo pacto subjectæ fuerint partes omnes cognitæ orbis terrarum, docet Polybii historia. iii. 1. eorum dominatio fugienda ne et vituperanda sit, an probanda et laude digna, docet eadem historia. iii. 4, 7. eorumdem imperium Græcis, cognoscendi orbis terrarum studiosis, multos terræ tractus patefecit, aditu prius difficillimos. iii. 59.

Romani religioni et superstitioni indulgent, præsertim periculosis temporibus; sic ante pugnam Cannensem. iii. 113, 5. ea religio et superstitio inventa est ad coërcendam multitudinem. vi. 56, 6 *sqq.* *De religione Rom. confer* Jusjurandum.

de retinenda Italia desperant post pugnam Cannensem. iii. 118, 5. Sive Romani bello vicissent, sive Pœni, in Græciam arma translaturi erant victores. v. 104, 8 *et* 10. xi. 7, 1 *sqq.* Romani, veriti Philippi audaciam, in Græciam legatos miserunt. v. 105, 7.

Romanorum Militia, et bellandi genus. vi. 19—42. *Adde, de* Vallo Romanorum et Græcor. xviii. 1. *Confer etiam* Legio, *et alia huc facientia.* Cavent Romani, ne Bellum umquam altro intulisse videantur, et nonnisi vim inlatam repellentes. *Fragm. gravem.* 97. Indicunt bella, insidiis raro utuntur; et cominus rem gerentes, pugnam edunt statariam. xiii. 3, 7. cominus non tam cæsim feriendo, quam punctim rectis utuntur gladiis, crebro repetitis ictibus. ii. 33, 6. in pugna spatium a tergo relinquunt, quo se recipere manipuli possint. *ibid. vs.* 7. per vim capta urbe, mire statim sævire in oppidanos solent. x. 15, 4 *sq.*

Romanorum Resp. *vide supra*, in Romana Republica. Civi Romano, capitis reo, impune in spontaneum exsilium abire licet. vi. 14, 7 *sq.*

Romani facile aliorum mores adeiscunt, et optima quæque instituta imitantur. vi. 25, 11.

Fœdus faciunt cum Ætolis et Attalo adv. Philippum, eisque Sulpicium cum classe auxilio mittunt. ix. 30, 7 *sqq.* 42, 1 *sq.* x. 41, 1. ejus Fœderis conditiones. xi. 6, 2 *sqq.*

Romanorum legati Athenis conveniunt cum Attalo. xvi. 26. cum Nicanore expostulant, Philippi duce, Atticam vastante. 27, 1 *sqq.* Romani legati juventutem ridet Philippus. xvi. 34.

Romanorum abstinentia et innocentia ante bella transmarina; ejus documenta eximia dederunt L. Æmilius, et Scipio Æmilianus. xviii. 18. ad luxuriam disciscunt post bellum Persicum. xxxii. 11.

Romanorum institutum est, non funditus evertere victum hostem, imperata facere parantem. xviii. 20. eorum mos, liberaliter agendi cum regibus, qui eorum partes sequuntur. xxi. 9, 5 *sqq.* Romani omnia, etiam parum ad ipsos pertinentia, ab omnibus populis ex ipsorum sententia administrari volunt. xxv. 1, 4. ita solertes sunt, ut, dum videntur beneficium aliis dare, eodem tempore per illorum imprudentiam suum augeant imperium. xxxi. 18, 7.

prudentes, non negligunt adsensum eorum qui sunt extra concilium. *Fragm. hist.* 56.

ingens numerus civium Romanorum, bello Hannibalico captorum, et in Græcia servientium, liberantur a Græcis, hortante T. Flaminino. *Spicileg. ex lib.* xix.

Rostra. Mortuorum laudatio pro rostris. vi. 53, 1 *et* 9.

Rubrum Mare; *vide* Erythræum.

Ruscino, Galliæ fluvius, ὁ Ῥοῦσκινος, *rectius* Ῥουσκίνων *vel* Ῥουσκίνων. xxxiv. 10, 1.
Rutubis, portus Africæ, ad Atlanticum mare. *Spicileg. ex lib.* xxxiv. *num.* 7.

S.

Sabinorum auxilia, Romanis adv. Gallos parata. ii. 24, 5.
Sacer ager Milesiis restituitur a Romanis post bellum Antiochicum. xxii. 27, 5.
sacer olim fuerat et nulli bello obnoxius ager omnis Eleorum. iv. 73, 10.
Sacerdotibus Ægyptiorum summi honores et imperia olim deferebantur. xxxiv. 2, 7.
de Sacerdotum Romanorum collegiis ex professo scripsit Polybius libro sexto; *sed ea pars non superest.* xxi. 10, 11.
Sacramenti militaris formula apud Romanos. vi. 21, 1 *sq.* sacramentum castrense. vi. 33, 1 *sq.* x. 16, 6 *sq.*
Sagalassensium agrum, τὴν τῶν Σαγαλασσέων γῆν, *in Pisidia*, populatur Cn. Manlius, ipsosque dein in deditionem recipit. xxii. 19.
Saguntum, ἡ Ζάκανθα, iii. 17, 1. 61, 8. vi. 37, 4. *et sic sæpe alias; gen.* Ζακάνθης, Ζακάνθῃ, Ζάκανθαν. (*Semel* Ζάκανθον *vulgo editum erat ex Bav. consentientibus aliis nonnullis codicibus.* iv. 66, 8.) ἡ τῶν Ζακανθαίων πόλις. iii. 14, 9 *sq.* 16, 5. Situs et ager urbis. 17, 2 *sq.*
Saguntini in fide et clientela sunt populi Rom. iii. 15, 5 *et* 7. Circa finem belli Pun. I. nondum fuerant socii Romanorum; iii. 21, 5. sed tamen pluribus annis ante Hannibalis tempora. 30, 1 *sq.* Crebris nunciis certiores faciunt Romanos de progressibus Hannibalis in Hispania. iii. 15, 1.
Saguntum oppugnat expugnatque Hannibal; iii. 17, 4 *sqq.* iv. 66, 8. contra fœderum fidem. xv. 17, 3. Ea injuria, causa est belli Punici secundi. iii. 8, 1. Saguntī custodiuntur obsides, quos Pœni ab Hispanis exegerant. iii. 98, 1. urbem obsident fratres Scipiones. 97, 6. 98, 7. obsides Hispanos Abilyx, decepto Bostare, tradit Romanis. *cap.* 98 *seq.*
Saguti, sinus in Africæ ora, ad mare Atlanticum. *Spicileg. ex lib.* xxxiv. *num.* 7.
Sais, ἡ Σάϊς, urbs Ægypti. xxiii. 16, 4.
Sala, fluvius Africæ. *Spicileg. ex lib.* xxxiv. *num.* 7.
Salapia; ibi sua fraude capitur Hannibal. *Spicil. lib.* x. *num.* 2.
Salassi, Σαλασσοί; per eorum fines patet transitus Alpium. xxxiv. 10, 18.
Salentini. *Spicileg. ex lib.* xxxiv. *num.* 4.
Saliorum collegio adscriptus erat P. Scipio Afric. maj. xxi. 10, 10 *sqq.*
Salmantica, ἡ Ἑλμαντικὴ, urbs Vaccæorum in Hisp. capitur ab Hannibale. iii. 14, 1 *et* 3.
Samaria, ἡ Σαμαρεία; ad præsidendum Samariæ, Hippolochum et Kerœam mittit Antiochus Magnus. v. 71, 11. eamdem, *præreptam ab Ægyptiis*, victo Scopa recipit Antiochus. xvi. 39, 3.
Sambucæ Marcelli ad Syracusas. viii. 6—6. σαμβύκαι *sive* σάμβυκες. viii. 6, 2.
Sambucistrias (σάμβυκας) curat juvenis Ægypti rex, Ptolemæus Philopator. v. 87, 10.
Samicum, Σαμικὸν, oppidum Triphyliæ. iv. 77, 9. eo potitur Philippus. iv. 80, 9 *sqq.*
Samnites, οἱ Σαυνῖται. i. 6, 6. *Conf. quæ notavimus ad Appiani Præfat. cap.* 14.
a Romanis debellati. i. 6, 6. cum Gallis arma sociant, et cædunt Romanos in agro Camerte; rursus vero ab illis in agro Sentinate cæduntur. ii. 18, 5 *sq.* socii Romanorum, bello Gallico Cisalpino. ii. 24, 10.
Samnis, ὁ Σαυνίτης, cognomen Magonis, ix. 25, 4.
Σαυνίταν, *quod* x. 1, 3. *vulgo legebatur, in* Δαυνίαν *mutavimus.*
Samnium, ἡ Σαυνῖτις. Samnium intrat Hannibal. iii. 90, 7. via e Samnio Capuam. iii. 91, 9. Capua per Samnium Romam contendit Hannibal. ix. 5, 8.
Samosata, τὰ Σαμόσατα, urbs Commagenæ, ad Zeugma. xxxiv. 13, 3 *sq.*
Samus, (*aliis* Samius,) Chrysogoni filius, poëta epigrammaticus, σύνεσφος Philippi regis. v. 9, 4. ejus versiculus *adfertur ibid. vs.* 5. Occiditur a Philippo. xxiv. 8, 9.
Samus insula, in ditione est regum Ægypti, sub Ptolemæo Eupatore. v. 35, 11. eam invadit Philippus, rex Maced. iii. 2, 8.
Sami cum classe Romana stat L. Æmilius *Regillus.* xxi. 6, 1.
Sanguine semel gustato, efferantur animi. xxx. 14, 5. vii. 13, 7.
Σάνυες, Σάνυος. *Vide* Σάσνυες.
Saporda, ἡ ὑσβολὴ ἡ ἐπὶ Σάπορδα, una ex viis, quibus per fauces Climacis montis ex Milyade in Pisidiam transitur. v. 72, 4.
Sarapidis fanum, τὸ Σαραπεῖον, in Thracia, ad Bosporum Thracicum. iv. 39, 6.
Sardanapalus, idem Concolerus nominatus. *Fragm. hist.* 9.
Sardanapali vitam agebat Prusias,

Bithyniæ rex; xxxvii. 8, 6. non Philippus, Amyntæ filius; quem eo nomine temere reprehendit Theopompus. viii. 18, 3.

Sardes, *οἱ Σάρδεις*, Lydiæ urbs; ubi sedem rerum suarum habuit Achæus. v. 77, 1. *coll. cap.* 57, 4 *et* 8.

Urbs munitissima, jam in alterum annum obsessa ab Antiocho; vii. 15. capitur tandem, felici audacia Lagoræ. vii. 15—18. Arx Sardiana, in quam se receperat Achæus, vii. 17, 4. capto per dolum Achæo, viii. 17 *seqq.* traditur Antiocho. viii. 23. qui eam retinet. xxi. 9, 1. 10, 1.

Sardibus, urbe et arce, potiuntur Scipiones. xxi. 13, 1.

Sardibus cum Chiomara colloquitur Polybius. xxii. 21, 12.

Sardes accusatores Eumenis invitat Sulpicius. xxxi. 10.

Sardinia insula, *ἡ Σαρδὼ*, hominum frequentia et fructuum proventu præstans. i. 76, 6. 82, 7.

tota est in potestate Pœnorum. i. 10, 5. eam Pœnis eripere cogitant Romani. i. 24, 7. Hannibal cum classe in Sardiniam missus, obsidetur a Romanis, et multas naves amittit. 24, 5 *sq.*

Sardiniam præsidio tenentes mercenarii deficiunt a Pœnis. i. 79. et Romanos advocant, sed ab his (qui fidem Pœnis, pace post bellum Siculum facta, servare volebant) non audiuntur. 83, 11. iidem mercenarii ex insula ipsi ejiciuntur a Sardis, adeoque Pœnis prorsus eripitur Sardinia. 79, 5 *sq.* 82, 7. Tum ab eisdem mercenariis, insula ejectis, rursus invitati Romani ad opem ipsis ferendam, navigare in Sardiniam instituerunt. 88, 8. Inde, cum Pœni, finito bello Africo, bellum et in Sardos, ad recipiendam Sardiniam, et adv. mercenarios in Italiam profugos, pararent; Romani, id bellum adversus se parari causantes, Pœnis bellum indixerunt; eaque ratione coëgerunt Pœnos, ut Sardiniam Romanis permitterent. i. 88. iii. 10, 3. 27, 8. 28, 2.

in Sardiniam C. Atilius Cos. abit cum exercitu. ii. 23, 6. inde redit. 27.

Incolæ Sardiniæ, Sardi, *οἱ Σαρδόνες vel Σαρδόνιοι*. i. 79, 5. 88, 10. *οἱ Σαρδῶοι*. i. 88, 9. *Conf.* *mox* Sardoum Mare. *Σάρδους pro vulgato Ἀργίους* xxvi. 7, 1. *legendum censuit Casaubonus, ex Livii lib. XLI. cap.* 8 *seq. eosdem* Sardos *intelligens, quos Σαρδόους et Σαρδονίους, non Σάρδους, alias Polybius cum aliis quibusque Græcis scriptoribus solet adpellare.*

Sardonius risus. xvii. 7, 6. *et* i. 10, 5.

Sardoum mare, *τὸ Σαρδόιον, Σαρδόνιον, Σαρδῶον πέλαγος*. i. 10, 5. 88, 6. ii. 14, 6 *et* 8. iii. 41, 7. 47, 2. xxxiv. 6, 6.

Sardoum ab Africo vel Libyco mari dividit Lilybæum promontorium. i. 42, 6. in Sardoum mare influit Narbo fluvius. iii. 37, 8. Hannibal, a Pyrenæo ad Rhodanum proficiscens, ad dextram habuit Sardoum mare. iii. 41, 7. *Conf.* xxxiv. 6, 6.

Sarissarum mensura et ratio, quibus utitur phalanx. xviii. 12 *seq.* Sarissas in altum erigunt Macedones, cum se dedere aut transire ad hostes volunt. xviii. 2, 9 *sq.*

Sarmata, *Σαρμάτης*, Gatulus. xxvi. 6, 13.

Sarsinates (*οἱ Σαρσινάτοι*) et Umbri, Apenninum incolentes, Gallis opponuntur, bello Gallico Cisalpino. ii. 24, 7.

Saso, *Σάων*, insula in introitu Ioniæ maris. v. 110, 2.

Σάουριοι, Σάουριος aut Σαυριεύς. Sic legendum suspicatus est Gronov. pro vulgato Σαυρόμιον aut Σαυρομίτιον. v. 44, 8. 55, 2.

Sation, *Σατίων*, oppidum Illyriæ ad Lychnidium lacum, captum a Philippo. v. 108, 8.

Satrapii *vel* Satrapiæ, *Σατράπιον vel Σατραπεῖαι, mendosa (ut nobis visum erat) scriptura*, v. 44, 8. 55, 2. *pro Ἀτροπάτενα.*

Saturni tumulus, *Κρόνου βουνός*, ad novam Carth. x. 10, 11.

Satyrus, Achæorum legatus Romam. xxxi. 6, 1.

Satyrus, legatus Ilienſium, pro *Lyciis* intercedens apud Romanos. xxiii. 3, 3.

Scala; *vide* Climax.

Scalarum commetiendarum ratio. ix. 19, 5 *sqq.* Scalas justo breviores Meliteæ adplicat Philippus. v. 97 *extr. et seq.* ix. 18, 5 *sqq.*

Scardus Mons, *τὸ Σκάρδον ὄρος*, Illyriæ; *vulgo Σκάρδον edd. invitis MStis.* xxviii. 8, 3.

Scelatiti, populus Africæ. *Spicileg. Bib.* xxxiv. *num.* 7.

Scerdilaidas, Scerdilædas, *Livio* Scerdilædus, Illyrius, *ὁ Σκερδιλαΐδας*. ii. 5, 6.

dux copiarum Teutæ, per Antigoneæ fauces Epirum intrat, Epirotas ad Phœnicen acie vincit; inde induciis pactis domum redit. ii. 5 *seq.* quindecim lembos auxilio mittit. v. 3, 8. 4, 3. *Reliqua* ad Scerdilædam pertinentia, *collecta vide* ii. 5, 6. *Polybii loca sunt* iv. 16 *et* 29. v. 3 *seq.* 95. 101. 108. 110. x. 41, 4.

Filius fuit Pleurati; Agronis fra-

ter; nepotis ex fratre, Pinnæ vel Pinei, successor in regno; pater Pleurathi; avus Genthii.

Scientia; *vide* Cognitio.

Scipio; *vide* Cornelius.

Sciron, Σκίρων, *aliis* Σκίρων, Scyron; ephorus Messeniorum, expostulat cum Dorimacho Ætolo, prædonibus favente. iv. 4. *Confer* Chirouis villa. Scironides petræ, Scironia Saxa, *al* Σκιρωνίδες *et* Σκιράδες, ab oriente Corinthi. xvi. 16, 4 *sq.*

Scopas, Ætolus, Aristonis prætoris Ætolorum cognatus, cui ille curam belli et administrationem aliarum rerum permisit. iv. 5, 1. Scopam Dorimachus ad bellum Messenils privatim inferendum incitat. iv. 5, 2 *sqq.* Scopas cum amicis privato consilio Messeniis, Epirotis, Achæis, Acarnanibus, Macedonibus, bellum infert. 5, 10. cum multitudine Ætolorum in Peloponnesum transit, et ex Phigalea fines incursat Messeniorum. 6. reditum in Ætoliam simulans, Aratum cum Achæis ad Caphyas adoritur, et prælio vincit fugatque. iv. 10—12.

Prætor creatur Ætolorum. iv. 27. Dum Philippus Ætoliam invadit, Scopas cum Ætolis impressionem facit in Macedoniam, et Dium devastat. iv. 62. v. 11, 1.

